

ANTONII MVSÆ
BRASAVOLI MEDICI FERRA-
RIENSIS IN TERTIVM LIBRV M APHORISMORVM
Hippocratis & Galeni, Commentaria & Annotationes.



NON POSSVM NON VALDE MIRARI, quosdam recentes esse, qui hanc prouinciam hoc opus Aphorismorum interpretandi suscipientes, tertium hunc librum omiserint: ea de causa, quoniam illis facilis ac perplanus uisus sit, & nihil uel parum frugis habeat. Nobis autem hæ causæ, & falsæ & ridiculæ uidentur. Falsæ inquam, quoniam maxima ex hoc libro utilitas habetur: imò is uere medicus iudicandus non est, qui huius libri scientiam ignorauerit, in quo omnium morborum causæ, ex temporum & ætatum mutationibus habentur, ut qui morbi in quibus temporibus & in quibus ætatibus fiant, cognoscatur. Tu ipse ex hac scientia plurimum salis haberi percipies: nec oleum aut impensam perdes, si sedula mentis acie perleges. Nec minus falsa est alia, quam asserunt, causâ: quoniam miri in hoc libro, & inextricabiles nodi offeruntur, à quibus nec summi philosophi explicare se sciunt: imò & Aristoteles in primo Problematu libro, & in decimo septimo, has omnes sententias ueluti arduas, & explicatu difficiles, in dubium reuocauit: nonnulla plerumque offeruntur, adeo ardua, ut humani intellectus uires excedere uideantur. Adde musque, nullum esse, qui sine astronomia, & naturali philosophia, has sententias probe assequi ualeat. Vnde & utilissimus est liber, & difficillimus, qui Oedipo & Sphinge plerumque indigebit. Tu igitur eius scientiam ardenti animo amplexaris: quoniam pulcherrima scitu addisces, & ad rem medicam ualde necessaria.

Sed ne Hippocratis intentionem prætermittere uideamur, scire oportet duo potissimum in hoc libro fieri: primo causas ægritudinum ex dispositionibus aeris contingentium edoceri: secundum earundem ægritudinum causas ratione diuersitatis ætatum pertractari. Vnde & Philotheus ipse huic libro eandem intentionem his uerbis præfixit: *Σκοπὴς ἐστὶ τῶν παρὲντι τμήματι τῶν ἰατρικῶν περὶ βραδύως ἄρῶν ἐστρατηγίας, καὶ νοσημάτων τῶν τῶν ἐν αὐτοῖς ἡρομύλων, οὐ μὴ ἀλλὰ καὶ περὶ ἡλικιῶν, καὶ πρῶτον μὲν περὶ ἄρῶν, ἰδὲστ, Intentio in præsentī sectione Hippocrati est de temporū temperaturis disputare, & de morbis in ipsis factis. Neque hoc tantum, sed & de ætatum morbis. Et primum quidem de temporibus, idest de anni partibus. Tamen quia Galenus in principio huius libri præfatione quadam utitur, non ab re erit, eam pro more nostro interpretari. Hæc autem est quæ sequitur.*

GALENVS

IN TERTIO hoc in Aphorismos Hippocratis commentario, eorum quæ de temporibus atque ætatibus, ab Hippocrate scripta sunt, expositionem faciemus, maxime quidem quicquid est in ipsis obscurum declarantes. Hoc enim est proprium expositionis opus. Verum tamen singulis etiam quæ recte dicta sunt demonstratorem apponentes, quoniam & hoc fieri in Commentarijs consueuit. Miror autem hoc loco & Lyci in æqualitatem, scribentis quidem (ut ipse ait) expositiones Quinti præceptoris. Nulli autem eorum quæ de temporibus & ætatibus dicta sunt, probationem demonstratiuam apponentis, sed ad experientiam & obseruationem omnia referentis: quum tamen ipse in aliorum Aphorismorum expositionibus rationalem adhibeat considerationem, de ea quam in ipsis continetur ueritate, non sola contentus experientia. Quod uero sola experientia non sufficiat ad talem contemplationem aggregandam, ipse Hippocrates ostendit. Hoc & in processu sermonis ostendetur.

BRASAVOLVS

A GALENO in hac Præfatione præmonemur, ea de temporibus & ætatibus ab ipso exponenda esse, quæ ab Hippocrate scripta sunt. Quum autem multa ab Hippocrate satis facilia tradantur, ideo Galenus illa solum aggredi curabit, quæ in ipsis obscura inueniuntur, quia hoc est expositionis proprium: ex quo loco habetur, exposito-
ris officium esse, illa tantum interpretari, quæ obscuritatem pariunt: illa uero quæ sese facilia legenti præbent, omittere. Aliud etiam est commentationis officium, ea uidelicet quæ ab authoribus recte dicta sunt probare, & ubi demonstratio incidere potest demonstrare. Vnde Galenus de Lyco miratur, qui Quinti præceptoris expositiones scribens, omnia ad experientiam & obseruationem refert: & tamen ipse in aliorum aphorismorum expositionibus, de ueritate rerum, rationali consideratione utitur, & sola experientia contentus non est, imò (ut Hippocrates & hic & alibi ostendit) sola experientia non sufficit.

In illa parte ubi à Leoniceno interpretatum est, Quum tamen ipse in aliorum aphorismorum, legi debet, In aliorum multorum aphorismorum, quoniam contextus Græcus ita habet, ἄλλους πολλούς ἀφορισμούς. imò hæc particula necessaria est, quoniam id facit in multis, nō autem in omnibus. Si uero sine hac particula Multorum, legamus, quam Galenus ipse posuit, sensus erit, Quod in omnibus alijs aphorismis eundem modum seruauerit. Id tamen in omnibus non est, sed in pluribus.

APHORISMVS PRIMVS

Mutationes temporum potissimū pariunt morbos, & in quibusdam temporibus magnæ mutationes, aut frigoris, aut caloris, & alia pro ratione, eodem modo.

BRASAVOLVS

BREVIS & exquisitus huius Aphorismi sensus est, In temporibus anni, quæ sibi inuicem natura succedūt, mutationes, quæ à proprijs temperaturis horum temporum fiunt, illæ sunt quæ morbos potissimum pariunt. Imò in quibusdam anni temporibus magnæ mutationes à temperatura sua, quæ uel ad frigus sunt, uel ad calorem, uel ad alia pro ratione eodem modo, ut ad siccitatem, ad humiditatem, ad inconstuetos uentos, ad pluias illius partis anni inconstuetas, & ad eiusdem generis alia. Causa uero in promptu est, quia hæc mutationes nostra corpora à suo naturali temperamento deducunt: nempe humanum corpus secundum temporis qualitates afficitur & alteratur. Hæc est aphorismi summa; nunc particulas omnes singulatim contemplemur.

Αἱ μεταβολαὶ τῶν ὁρίων μολις τικροσι νοσήματα. id est, Mutationes temporum maxime pariunt morbos.] Dicit autem ὁρίων ἀντὶ ὁρίων, secundum dialectum Ionicam, qua usus est Hippocrates. Sed hoc loco, quid per tempora intelligere oporteat, edoceamus. Tempus (apud Aristotelem & uere sentientes) est mensura motus ultimi cœli, secundum uero hunc motum, ex diuersis cœli aspectibus, & solis remotione ac appropinquatione habitabili terræ, quatuor anni partes, quas anni cardines appellant Latini, quæ sibi inuicem succedunt, distinguuntur: uer inquam, æstas, autumnus, hyems: quæ anni partes, & ipsæ, tempora nuncupantur. Vnde ab Hippocrate, per tempora hæc partes intelliguntur, quæ se consequuntur, & unaquæq; propriam temperaturā habet, uer calidum & humidum, æstas calida & sicca, autumnus frigidus & siccus, hyems frigida & humida; hæc sunt apud Hippocratem tempora.

Quid uero per mutationes intelligere oporteat, apud antiquiores etiam in dubio erat, quippe nonnulli temporum successiones intelligebant, sicuti ueri æstas succedit, ætati autumnus, autumno hyems. unde mutatio nihil aliud est, quàm naturalis temporum successio, quæ per solis decursum in zodiaco fit; tamen in Galeni Commentatione, eos qui ita intelligebant, aberrasse discemus: per mutationem uero illam quæ in proprijs qualitatibus fit, intelligere oportet, ut si hyems quæ frigida & humida esse debet, calida & sicca efficiatur. Quam sententiā Philotheus in suis huius libri Commen-

ταίης sequitur, his uerbis usus, μεταβολάς λέγει, τὰς ἢ τὴν ἑασην ἀλλοιώσει ἢ ἄρδου. οἶον ὅταν ὁ χειμῶν μεταβαλλῆ τὴν αἰκίαν φύσιν, θερμότερον γηρόμενον, καὶ πάλιν, ὅ ὄρδου μείνει θερμῶν, ἀλλὰ γηρότου ψυχρότερον. idest, Mutationes dicit, alterationes temporum secundum temperaturas: ut quando hyems propriam naturam mutauerit calida facta: & rursus, aestas calida non manserit, sed frigidior effecta sit.

Suis etiam nominibus in plurali usus est Hippocrates, mutationes temporum dicens: quia una mutatio & unum tempus morbos inducere apta non sunt, praesertim si mutatio non sit effatu digna. Vnde huius aphorismi sensus integer est, Mutationes propriarum qualitatum, temporum anni, natura sibi succedentium, morbos potissimum pariunt: quum plures sunt multorum temporum mutationes, aut omnium. Propterea à Philotheo dicitur, ἰσίου δέ, ὅτι ποτὲ μὲν αἰ παῖσαι ἕραι τὴν μεταβολῶν δέχονται, αἰ καὶ μάλιστα πικρῶσι νοσήματα, ποτὲ δὲ καὶ πλείους, ποτὲ δὲ μίαν, ἢ πρὸς καὶ πικρὰ νοσήματα, καὶ μεγάλα μεταβολῶν ἔχη. ἰαν γὰρ μικρὰν ἔχη, οὐδαμῶς ἔξει νοσήματα. idest, Sciendum autem, quòd quandoque omnia tempora mutationem accipiunt, quæ & potissimum pariunt morbos: quandoque autem & plures, scilicet mutationes: quandoque uero unam, scilicet mutationem, quæ & morbos parit, si magnam mutationem habuerit: si enim paruam habuerit, nullo modo morbos habebit. Tamen concludit, in hoc aphorismo duos sermones esse: hunc, scilicet mutationes temporum, potissimum pariunt morbos, esse καλοῦ λόγου, idest sermonē uniuersalem: illum uerò, & in quibusdam temporibus magna mutationes, μεμεῶν εἶναι, idest particularem esse.

Nec illud te lateat, multas mutationes, & diuersorum temporum intelligi oportere, propter expositionem secundæ partis aphorismi, Cur uero hæ mutationes potissimum morbos pariant, causa est, quia à suis temperaturis corpora remouent, quod in eo genere temperaturæ fit, secundum quod ipsa tempora euariant. Vnde & Philotheus aphorismi causam assignans dicit, ὅτι αἰ μεταβολαὶ τῶν ποιοτήτων τῶ ἀέρου, μεταβαλλοῦσι τὰ σώματα, καὶ τὸν ἄρδου γίνονται τῶν νοσημάτων. καὶ αὐτὴ μεταβολὴ δὲ καὶ ἄρας ὁμοίως, ὅτι διαφορῶν πικρῶν καὶ ὅτι καταλύονται αἰ διωκεμας. idest, quòd mutationes qualitatum aeris, mutant corpora, & hinc aditus morbis datur: & in mutatione unius temporis similiter, quod differentes humores pariuntur, & quod potentia resoluntur.

Non defuere tamen recentes, qui per temporum mutationes, ad similia mutationes intellexerint: ut si aestas magis calida sit, quam suæ temperaturæ conueniat: & hyems magis frigida, quam à tali tempestate exigatur. Sed hi ita fatue hallucinantur, ut nullo monitore egeant, uel accusatore, qui eos reprehendar.

Hic uero dubium non dissimulandum occurrit, An si temporum sibi inuicem succedentium mutationes, ut æstatis, autumnii, hyemis & ueris ad temperatum fiant (nam hæc tempora temperiem naturalem habent) potissimum morbos parient? Respondemus: Mutationes etiam horum temporum, quādo ad temperiem fiunt, potissimum morbos parere: & hoc non sine causa: nam apud nos ita perseverare non possunt, ideo mutationes tanto maiores fient. Adde, quòd illa tempora suam naturalem temperiem non haberent. Vnde sicuti in alijs rebus generationes non fierent, sed potius corrumpentur: idem in hominibus accidere oportet. Nam si tempora, quæ natura se consequuntur, temperiem in omnibus qualitibus seruant, herbae non crescerent, nec triticum, neque alia, quæ hominibus uicium præstant. Etenim noster cæli tractus hoc exigit. Non defunt tamen huius orbis incolæ, qui uer perpetuum habent, & aeris temperiem sempiternam: in his temperies est sanitas, ut illi sunt, qui ab Auicenna sub æquatore describuntur, & quos nauigationes Lusitanæ inuenere. Apud nos igitur qui intemperatas regiones incolimus, sanitates potissimum uigent, quum anni partes suas temperaturas seruant, & potissimum ægritudines, quum non seruant. Si uero dubites, quia ab omnibus fere receptum est, temperatum annum alios excedere: hoc intellige, in tali temperie, in qua tempora suas qualitates seruent.

Accedit ad hæc dubium aliud, Quomodo temporum mutationes in nobis ægritudines parere possint. Respondemus, Quum sol uersus cancrum accedit, & iam gradum aliquem huius signi pertingit, intensa caliditas, & siccitas uigere debent. Nonnūquam uero accidit frequentes pluuias fieri, quæ æstatis qualitatem perfringunt, & aerem nos

ambicem ad suam qualitatem deducunt. Quum uero in aere spiremus, necesse est nostra corpora ab hoc elemēto alterari, & transmutari, secundum qualitates quas habet. Et hoc modo in nobis morbi generantur.

Si iterum dubites, Mutationem aeris eam non esse quæ sit causa morbi, idest quæ morbū faciat, sed potius esse humores. Respondebimus: Aeris mutationes causas esse, quia humores prauè disponunt: hi autem alterati, prius antecedens causa, deinde coniuncta morborum causa efficiuntur. Inter omnia autem elemēta, quæ nostrum corpus alterare & cōmutare possunt, aer potissimus est, qui nobiscum perpetuo manet, & in quo uiuimus. In igne enim, aere, & terra, idest intra terram nullus uiuit: tamen aer ab aqua humiditatem recipit.

Nec dubium istud præterire oportet. Quum duæ mutationes in aere fieri possint, una in primis qualitatibus caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate: altera in secundis qualitatibus: ut si à motu cœli & influentia pestilens aer efficiatur, uel propter lini uapores, uel cadauerum, uel bombycum emortuorum, de qua mutatione Hippocrates intelligit: Respondemus: in utrisq; mutationibus uerum est, quòd morbos pariunt. Hippocrates tamen de mutationibus in primis qualitatibus potissimum intellexit, ut ex ipsomet Hippocrate in libro De aere, aqua & locis, colligi potest: & ex Aristotele in libro suorum Problematum confirmari.

Recentes huius libri interpretes, hanc particulam Maxime, nominaliter (ut dicunt) interpretantur: ac si ab Hippocrate dictum sit, Maximæ mutationes: qui adeo absurde loquuntur, ut reprehensione non indigeant: quippe Græcus contextus, qui *μεγιστῆ* habet, aduerbium esse ostendit. Deinde secūda aphorismi pars, in qua dicit, Et in quibusdam temporibus magnæ mutationes, commode aptari non posset.

Si uero dubites, an hæ mutationes in omnibus hominibus morbos pariunt: Respondemus, In his qui dispositi sunt recipere, & qui his qualitatibus uinci possunt: erunt autem plures, quos temporum uarietates non mutabunt.

Καὶ ἐν τῶν αἰσθητῶν αἰ μεγίστη μεταβολαὶ, ἢ ψύξις, ἢ θέρμη. idest, Et in nonnullis temporibus magnæ mutationes, uel frigoris, uel caloris. Hæc fuit primæ partis huius aphorismi sententia, Mutationes propriarum qualitatum temporum sibi inuicem succedentium potissimum pariunt morbos: ex qua si quis sit acutioris ingenij dubitare poterit, an in uno solum particulari tēpore mutatio morbos afferre apta sit: ut si alia tempora suam naturalem temperiem seruabunt, sola autem æstas, aut solus autumnus, aut sola hyems, aut solum uer, à sua naturali tēperie declinet: an morbos causare apta sit. Huic dubitationi in hac secūda aphorismi parte responderet Hippocrates, inquit, In aliquibus temporibus, idest in aliquo uno tempore, mutationes morbos non faciunt, sed magnæ solum mutationes. Etenim in temporibus sibi inuicem natura succedentibus, etiam si paruæ mutationes sint, & non uehementer intēse, morbos pariunt, quia per continuationem multæ sunt. In uno autem tempore, mutationes nisi magnæ sint, morbos non faciunt. Et ne opus sit te remorari, quærens ad quas qualitates hæ mutationes fieri debeant, addit: Mutationes intelligo, quæ uel ad frigus, uel ad calorem fiant: quoniam hæ qualitates quum magnæ sunt, idest quum multum excedunt, tunc nostra corpora potissimum immutare possunt, & alterare, & adeo uehementer afficere, ut statim in illo tempore morbos incidamus. Propterea non solum multæ mutationes in uarijs temporibus sibi inuicem succedentibus morbos faciunt, sed etiam in uno tempore magnæ mutationes, non autem paruæ, eosdem morbos gignunt. Ratioq; in promptu est: nam magnæ mutationes corpus nostrum uehementius alterant: ideo facile est, ut ob has mutationes, quæ repentinæ ferè sunt, morbi generentur. Debet autem & huic secūdæ aphorismi parti illa particula addi, Potissimum pariunt morbos: quoniam mutatiōes magnæ in uno solo tempore hoc faciunt. Non licet autem ex opposito inferre, quòd magnæ mutationes in pluribus temporibus morbos non pariunt: imò si in uno tempore & breui hos producunt, in pluribus temporibus si fiant, magis excitabunt.

Si uero dicas, tempus mutationis causam non esse, & ex consequenti sua mutatio non erit causa morbi: respondeamus, Omnino tempus, mutationis causam non esse: sed

fano modo intelligere oportet, scilicet quòd hæ mutationes in tempore fiunt, quòd aliam qualitatem libi propriam naturaliter habere deberet.

Καὶ τὰ ἕλλα καὶ τὸ λόγον ἕως. idest, Et alia secundum rationem eodem modo. Per Alia uero secundum Galenū, mutationes alias, intelligit Hippocrates: præter eas quæ ad frigidum & ad calidum sunt, quales eæ sunt quæ ad humidum uel siccum uertitur, & uentorum mutationes. Adde tu, & secundarum qualitatum mutationes, quales sunt causæ putredinem inducetes, ut in pestilentibus temporibus euenire solet: quod an ex astris, an non ex astris fiat, nunc disputandi locus non datur: sed dicimus, pestilentes causas quandoq; in aere esse, & epidemicas; imò omnes epidemici morbi, idest qui per populum uagantur, hanc naturam habent, quod ob mutationem secundarum qualitatum aeris fiunt, tamen hæ secundæ à primis necessario dependent. Ad ampliorem uero huius aphorismi intellectionem scire oportet, Aristotelem summum philosophum in primo suorum Problematum libro, problemate secundo, primam huius aphorismi partem profecutum esse, & ampliasse. Quærit enim, propter quid temporum flatuumq; mutationes morbos intendant, tollant ue, iudicent uel committant, ut simul doceat has temporum mutationes, sanitatem etiam inducere; nam re uera quum tempora suas qualitates transmutant, aliqui qui in illis male se habebant, in his reualescunt. Sux huic dubitationi Aristoteles respondet: & quæ ab ipso dicuntur, nihil aliud sunt, quam huius aphorismi probatio; inquit autem, causam esse, quia hæ mutationes aut calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut siccæ sunt; harum autem qualitatum excessus morbos committunt; & hæc uidetur esse secundæ partis aphorismi causa; tamen & ad primam addi potest. Deinde rationem perfectius profecquitur, inquires: Sanitas, est mediocritas quædam, quòd si per humidam, frigidam ue naturam morbus constiterit, tempus contrarium superueniens eam tollere poterit. Si uero simile tempus sequatur, magis intendetur, & quandoq; in mortem deducetur: unde fit, ut qui bene ualent, ægrotare tempore mutato incipiant; quia temperamentū corporis solui necesse est; nam hoc temperamentum non augetur uel seruetur, nisi idoneus status seruetur in locis, ætatibus & temporibus; unde quum tempora euariant, ratio tunc ualitudinis habenda diligentius est. Sic autem Aristoteles problema suum ampliat, ita nos Hippocratis aphorismum ampliare debemus. Ampliatio uero talis erit: Sicuti in mutationibus temporū illa sunt, ita in mutationibus uentorum, ætatum, locorum, quæ uim habent intendendi, tollendi, iudicandi, uel contrahendi morbum, fieri debent. Imò addit ipse, & ortus syderum, ut Orionis, arcturi, uergiliarum, caniculæ; hæc autem ut talia considerari non debent; sed quia status imbresq; excitant, qui serenitates, frigora, tepores ue solent afferre. Secundam uero huius aphorismi partem, & in præcitato problemate, & in primo problemate eiusdem libri ponit, licet uniuersaliter loquatur, quàm ad tempora spectet. Quærit enim, propter quid omnes nimia exuperantia committendi morbi uim habeant. Respondet, Quia uel excessum uel defectū efficiunt, in quibus morbus consistit, ideo magnæ mutationes in aliquibus temporibus potissimum pariunt morbos. Hippocrates etiam in principio eius libri qui De aere & aqua & locis inscribitur, huius aphorismi rationem ponit, & medicum attentum facit, ut maximas anni mutationes ualde caueat & obseruet, nullamq; libens in his medicam potionem det, nec urat, nec fecet, quod ad uentriculum pertineant, prius quàm decem aut plures dies transeant. Galenus præter ea in Commentatione undecimi aphorismi huius libri, præscripti aphorismi rationem affert; & Hippocrates in secundo libro De uictus ratione, qualitates locorum & uentorum docet, unde colligere potes, quid faciant mutationes ad has & illas. Imò in secundo libro De ratione uictus in morbis acutis, ratio haberi potest, quare istæ temporum mutationes, morbos pariant, quia à consuetudine transeunt. Est autem in illa parte, ubi de consuetudine sermonē habet. Commodius uero & diffusius in libro De humoribus hæc pertractantur, ubi docet, quando tempora anni præpostera fuerint, non temperata, non discreta, non constantia; sic & morbi præsumunt, & ante tempus decernunt, & remanent: in qua parte uentos potissimum considerandos esse iudicat, ut pote qui ad morborum, sanitatumq; generationibus plurimum faciunt. In fine etiam libri De sacro morbo, de uentorum mutationibus plura dicit, quæ multos morbos & ingentes

ingentes pariunt. Ad uentorum autem mutationes, aeris mutationes sequuntur. Celsus praeterea primo capite secundi libri, temporum uarietates damnat, utpote illas in quibus aegritudines fiunt. Denique temperare non possum, quin Galeni locum adducam. Ipse enim in tertio libro Expositionis in sextum Epidemicorum, huic Aphorismo hanc particulam addit, Repentine: ut autem hunc locum facile inuenire possis, in antiqua illa translatione est uigesima secunda Commentatio, in qua docet, naturam repentinam mutationes non pati.

GALENVS

MUTATIONES temporum nonnulli existimant dici, quibus inuicem commutantur, quasi successiones diceret. Nam hyeme in uer commutata, fit dictorum morborum generatio: de quibus ipse deinceps loquetur. Vere enim furores, atræ bilis, & morbi comitiales. Vere rursus in aestatem desinente, quod est initium aestatis, febres continuæ (inquit) & tertianæ, & ardentes, & quæ subinde cōnumerantur. Et de autumno atque hyeme similiter scripsit: ut inquit illi, qui pro eodem accipiunt mutationes, & successiones. Verum id uerbum Potissimum, quod sermōni adiectum est aphorismi, hanc expositionem non admittit. Nam nonnunquam tempora inuicem commutantur, & sicuti quidam morbi ex ea cōmutatione generantur, eodem modo etiam soluantur: & hoc ipse Hippocrates dixit. Quare nihilo magis successiones temporum patiuntur morbos, quam soluant. Quomodo igitur nō fat fuit ipsi dicere, Mutationes temporum pariunt morbos: sed & Potissimū, addidit. Melius itaque fuerit ob hanc adiectionem per mutationes temporum intelligere eas, quæ fiunt secundum illorum temperaturas, alterationes. Hæc siquidem sunt, quæ potissimum generant morbos, quando multæ alia post aliam, fiunt alterationes: quemadmodum in Epidemijs scripsit, & nunc etiam paulopost dicit. Si uero unius temporis solius alteratio efficit morbos aliquos, non tamen potissimum. Quædo igitur fiunt morbi potissimum ex unius temporis alteratione: quando contigerit magnam esse alterationem, & ob hanc causam ipse inquit, Et in quibusdam temporibus magnæ mutationes, uel caloris, uel alicuius alterius rei, ueluti humiditatis, siccitatis, aut uentorum, aut horum defectus. Hæc igitur expositio recta est in ista scriptura. Inuenitur tamen & alia scriptura, quæ ita se habet, Mutationes temporum pariunt morbos, & maximos: potissimum autem & in quibusdam temporibus magnæ mutationes. Quæ scriptura nullam habet obscuritatem, his præsertim qui ea audierunt, quæ à me statim antea dicta fuerunt. Sunt uero & alia scripturæ idem dicentes, quas intelliges atque probabis, si illa quæ diximus animaduuerteris.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus quorundam expositionem enarrat, qui mutationes temporum nihil aliud esse arbitrabantur, quam temporum successiones: & ideo quum hyems in uer transit, morborum generatio fit: de quibus inferius sermonem habebit, & eodem modo per alia succedentia tempora discurrentes, in quibus morbi quos enarrabit, fiunt.

Quod autem successiones dicit, Græca lingua est *επιδυχαις*: hoc enim uocabulum continuationem significat, & cum continuatione successiōnem. *επιδυχαις* enim continuatio & successio est.

SECUNDO, Galenus in prædictam opinionem inuehitur: quoniam hoc uerbum Potissimum, sine ratione positum esset. In successiuis enim horum temporum mutationibus, non solum morbi aliqui generantur, sed & alij soluantur: nam ut inferius dicitur, aliqui morbi sunt, qui ad uer sanantur, alij ad æstatem: propterea temporum successiones, morbos non magis pariunt, quam soluant: & ideo hoc uerbum Potissimū, addendum non erat, sed absolute proferendum, Mutationes, id est successiones temporum pariunt morbos: non enim potius pariunt, quam sanent.

Quod in hac Galeni parte scriptum est, Nam nonnunquam tempora inuicem commutantur, & sicuti quidam morbi ex ea cōmutatione generantur, eodem modo etiam soluantur. Nos hanc particulam Nonnunquam, in illam Dum, cōmutandam esse putamus: quoniam uerum non est, quod tempora nonnunquam inuicem commutentur, imò semper commutantur. Etenim hoc loco Græcus contextus dicit, *μεταβαλλουσθαι ζαφ ενιοτε ες αλληλας εν ωρω*. id est, Nam dum tempora inuicem commutantur. Et licet hæc

cet hæc particula *ἐνίστα*, pro nonnunquam plerumque exponatur: tamen nihil impedit, pro dum, quandoque exponi: præsertim quum sensus uerior efficitur. In illa etiam parte quæ statim sequitur, Et sicuti quidam morbi: illa coniunctio Et, superflua est: quum propter sensum quem obtortum facit, tum quia in Græco codice non adest, sed absolute sine copulatione legit, *ὡσπερ γῆνα σπυρίσκου νοσήματα*. idest, Sicuti quidam morbi ex illa mutatione generantur.

TERTIO, expositio uera à Galeno ponitur, quæ est propter hoc uerbum, potissimum, necessarium esse per mutationes, alterationes intelligere: quæ secundum illorum temperaturas fiunt. Istæ enim sunt quæ potissimum morbos progignunt, quando plures sunt, & alia post aliam sequitur, ut in sequentibus aphorismis edocebit. Propter hæc uerba, quæ à Galeno scripta sunt, scilicet alterationes, secundum illorum temperaturas, recentiores Galenum intelligunt, & ex consequenti Hippocratis aphorismum, quod in qualitatibus naturalibus mutationes intelligat, ut quia æstas calida est, ad magis calidum mutatio sit, hyems est frigida, mutatio ad magis frigidum fiat, & hæc inquit, est in suis qualitatibus alteratio.

Quod autem Galenus hoc non uelit, ex re ipsa primo apparet. nam alterationes istæ in proprijs qualitatibus potissimum non pariunt morbos, & quia dicit multas fieri mutationes, alia post aliam. Si autem in proprijs qualitatibus auctus intelligeret, multæ non erunt una post aliam. Adde, Hippocratem in Epidemijs, de mutationibus & alterationibus ad alias qualitates, quàm sint naturales, semper loqui. Ideo quum Galenus hic librum Epidemiorum citet, necesse est ita ipsum intelligere, ut in eo libro prodidit.

Quod in hac parte legitur, Quando multæ alia post aliam fiunt alterationes. Græce est, *ὅταν ἐφεξῆς ἀλλοιώσεως ὡς πλείους*, idest, Quando multæ alterationes deinceps per ordinem fiunt. Leonicensus optime id uerbum *ἐφεξῆς* interpretatus est: idest, alia post aliam: uerbum uerbo reddere non curans, modo sententiam sequatur: uel quum plures uicissim fiant immutationes, siue alterationes.

Dubitationem mouent hoc loco recentes, an temporum mutationes ad cõsimilem naturam morbos generare debeant: concluduntque, morbos generare, præsertim ex Galeni sententia hic, quem (ut uides) non intellexere, quoniam hoc non intendit.

QUARTO, Galenus ut secundam Aphorismi partem interpretetur, notat quod unius temporis alteratio morbos quidem facit, sed non potissimum: propterea edocere uolens, quando mutatio in uno tempore morbos potissimum inferre possit, dixit, Magnas mutationes in quibusdam temporibus uel caloris, uel frigoris illas esse, quæ morbos potissimum faciunt, & non simpliciter mutationes, sed cum additione Magnas.

Huius partis initium in hac Leonicensi interpretatione ita legitur, Si uero unius temporis solius alteratio efficit morbos aliquos. In Græco autem codice ita habetur, *ἢ ἢ μίας ὥρας ἀλλοιώσεως μόνως, ἐργαζέτου μὲν νόσους πινυλς*. idest, Vnius uero temporis solius alteratio, efficit quidem morbos aliquos: ut hinc cognoscere possis conditionem Si, deesse: & particulam quidem, post uerbum Efficit, apponi debere, ut legi possit, non ἢ ἢ, sed ἢ ἢ, idest, si autem. In hac etiam impressione post illam particulam Vel caloris, deest particula Vel frigoris: quam librarij causa abesse putamus.

QUINTO, Galenus partem illam Aphorismi interpretatur, in qua dicit Hippocrates: & alia pro ratione eodem modo, inquit, hoc intelligendum esse de humiditate, siccitate, de uentis, & de uentorum defectu. Nosque secundas qualitates addimus, ut sunt mutationes ad uenensum & pestilens, quæ omnes potissimum morbos pariunt, si magnæ sint: imò & si adeo magnæ non sint, hoc faciunt, quando in pestilentem naturam inuersæ sunt.

Leonicensus hanc partem ἢ ἢ *συνδυμῶτων, ἢ ἀπνοιδυ*, hoc modo interpretatur, Aut uentorum, aut horum defectus. Et re uera nihil aliud uult Galenus, quam istud: quia uentorum defectus quandoque morbos pariunt: præsertim quum prauis uapores eleuantur, qui à uento transferri non possunt. Fortè nos interpretari possemus *ἀπνοιδυ*, idest Si ne spiritus: ubi non est euentatio, uel perflationum uel imperflationum.

Denique Galenus alias quasdam huius Aphorismi lectiones refert, quæ adeo planæ sunt, ut expositione non indigeant. Tu solum ultimum uerbum annotare debes, quod est

est, Animaduertes: in Græco habetur, ὁρμώμενον. Et ubi scriptum est, Quas intelliges atq; probabis: lege tu, Quas & intelliges, nam Græce est, καὶ νοήσεις.

APHORISMVS SECVNDVS

Naturarum, hæc quidem ad æstatem, hæc uerò ad hyemem, bene, malè uel se habent.

BRASAVOLVS

NULLVS est, qui non nouerit, homines aliquos in æstate magis sanos esse, alios in hyeme: nempe hi facilius æstatis, illi hyemis discrimina ferunt. Propterea ab Hippocrate non sine ratione scriptum est, aliquas hominum temperaturas esse, quæ ad æstatem bene se habeant, aliquas ad hyemem: e contrario etiam, aliquas quæ ad æstatem male se habent, aliquas ad hyemem.

τῶν φύσεων. idest, Naturarum.] In uarijs Hippocratis locis, hoc uocabulum Natura, diuersimode usurpatum reperitur. Nunc uero per naturam, quatuor elementorum temperaturas intelligit: quam quisq; sibi propriam nactus est: hæc enim & tanta calidè, frigidè, humidè, & sicci miscella Socratis temperaturam facit, quæ secundum quod talis est, ad æstatem, uel hyemem bene malè uel se habet. Est autem hæc natura, idest temperatura quoddam animæ instrumentū, secundū quod ipsa operatur, & melius uel peius agit uel patitur. Vnde & Philotheus quid per naturam intellexerit Hippocrates edocens, inquit, φύσιν ἢ τοῦτα πλὴν κρῶσιν λέγει. idest, Naturam hic temperaturam dicit.

Αἱ μὲν πρὸς θέρμην. idest, Hæc quidem ad æstatem.] Quoniam illæ naturæ, quorum errores in æstate corriguntur, melius se habent: quorum autem crescunt, peius: opus uero est, quod æstas propriam æstatis naturam seruet: quoniam si nō seruaret, accidere posset eos, qui in æstate peius se habere deberent, in melius proficere, & e contrario. Si uero quæras, qui nam illi sint, qui æstate bene uel male se habeant, Philotheus tibi satisfaciēt, inquit, καλῶς μὲν ἔχουσι ἢ θέρμην αἱ ψυχῆς καὶ ὑγραί. κολάζεται γὰρ ἢ ἀμετερίαν αὐτῶν ἐκ τῆς θερμότητος ἢ ξηρότητος, ἢ εἰς δυσκρασίαν ἔρχεται. κακῶς δὲ ἔχουσι πρὸς αἱ θέρμην ἢ ξηρότητα. ἐπειδὴ ἀντενόηται τοιαύτη κρῶσις, εἰς ἀμετερίαν ἐπιπίπτουσι. idest, Bene quidem se habent in æstate frigidæ & humidæ: corrigitur enim ipsorum excessus ex caliditate & siccitate, & in bonam temperaturā ueniunt. Male autem se tunc habent calidæ & siccæ, quoniam tali temperatura intensiores factæ, in excessum incidunt.

Αἱ δὲ πρὸς χεμῶνα. idest, Hæc autem ad hyemem.] scilicet, bene se habent, & illæ male. Hyemem uero intelligas suam debitam naturam & temperaturam seruantem: bene autem se habent, secundum Philotheum hoc tempore, & male, naturæ quas enumerat, inquit: πάλιν αἱ ψυχῆς καὶ ὑγραί κρῶσιν ἢ πρὸς χεμῶνα κακῶς ἔχουσι, ὅτι τὸ πρὸς τὸ ἄμικτον πλὴν αἰφρονῶν ἀντείνονται. ἢ θερμὴ δὲ καὶ ξηρὰ, καλῶς ἔχει, ἐπιπίπτει κολάζεται κατὰ ἐπιτόθειαν αὐτῶν, πρὸς τὴν ψυχρότητα καὶ ὑγρότητα, καὶ εἰς συμμετείαν ὀφίεται. idest, Rursus frigidæ & humidæ temperaturæ in hyeme male se habent: propterea quod à simili augmentum intenditur. Calida autē & sicca bene se habet, quoniam corrigitur per alteram compositionem, à frigiditate & humiditate, & in concinnam temperaturam ueniunt.

Ἐν ἢ κακῶς πεφύκασιν. idest, Bene uel male se habent.] Vt in utroq; tempore, bene uel male sit, secundum quod naturæ diuersæ sunt. Hominum autem naturæ, idest temperaturæ, aptæ sunt bene uel male se habere: non solum quia ægrotabunt uel sanabuntur, sed etiam quo ad præseruationem.

Si autem petieris, Cur de alijs temporibus locutus non sit, autumno inquam, & uere: Respondemus, illa tempora esse magis placida alijs, & nullam habent excellentem qualitatem, quæ nos afficiat, sicut æstas & hyems habent: rariq; sunt, qui in uere & autumno male se habeant. Et si multi in autumno periclitentur, non est ratione autumni, sed ob præcedentem æstatem, quæ nostras uires debiliores effecit. Vel per hæc duo extrema tempora, mediā simul intelligas: nam ab experientia edocemur, aliquos esse, qui facilius hyemem & æstatem ferre possunt, quàm uer & autunnum.

Hic autem

Hic autem aphorismus in temperaturis naturaliter distemperatis uerus est, ut inter legendum commentum uidere licebit: quamuis & in temperatissima uerificari possit: quod ad temperatum tempus, bene: ad distemperatum, male se habeat.

Hippocrates in libro De humoribus, huius aphorismi sententiã prosequitur, quum in fine libri dicit, Quaedam etiam naturæ, quum tempore mutantur: nam quedam æstate, quedam hyeme, melius, peius ue habent; quedam prout sunt regiones & loca ubi degunt. In eodem autem loco ad multa alia ampliãt, inquit, Ætates præterea, nutritus, morborum status, per temporum mutationes peius, melius ue habent. Imò addit, Quin & anni temporibus, uictus rationem, cibaria, pocula congruentia porrigit.

Si uero de his naturis quæras, quænam illæ sint quæ peius, melius ue ad hyemem aut ad æstatem se habeant, in Galeni commento satisfaciemus.

GALENVS

NATURAS hoc in loco dixit Hippocrates secundum principalissimam, & propriam significatiõem quod secundum ipsam maxime substantiam naturæ est. Dicebamus autem in præcedentibus, ipsam esse temperaturam quatuor elementorum, humidam, siccam, calidam, & frigidam. Et quidem ostensum à nobis est in libris De temperaturis. Vna quidem temperatura bene temperata atque optima. Male autem temperata & uitiosa numero octo, quatuor quidem secundum qualitatem excedentem, quatuor uero aliter secundum duas. Secundum unam quidem calidam, frigidam, siccam, & humidam. Secundum duas uero calidam & siccam, humidam & calidam, & frigidam & humidam, & frigidam & siccam. Ad æstatem quidem frigidam & humidam naturam optime afficiuntur. Ad hyemem uero calidam & siccam, sicuti & male afficiuntur calidam & siccam ad æstatem, frigidam & humidam ad hyemem. Perfectissimam quidem igitur naturam huiusmodi ad dicta tempora optime ac pessime afficiuntur. Mediocriter autem quæ quouis modo ex temporibus uel iuantur uel offenduntur, sicuti humidam, & calidam ætate & hyeme: quoniam ætate quidem quatenus humidam est, melius afficitur: hyeme uero contra, quatenus calidam.

BRASAVOLVS

PRIMO à Galeno edocetur quid per illud uocabulum natura, intelligendum sit, nempe principalissimum significatum intelligitur, quod est secundum naturam substantiam: est autem quatuor elementorum temperatura: de qua in libro De temperaturis, & in opere De dogmatibus Hippocratis & Platonis perplura.

In hac parte, quum dicitur, Naturam secundum principalissimum & proprium significatum accipi. lege debet, Et primum significatum: non proprium. In Græco enim codice ita habetur: ab Hippocrate accipi hoc uocabulum Natura, *ἢ τὴν ἐν ἰσχυροτάτῃ καὶ ἰσορροπία* id est, secundum propriissimum, uel potissimum, & primum significatum. Nullus autem est qui ignoret, aliquod esse primum, quod proprium non est, & econuerso.

SECUNDO, Galenus temperaturas enumerat, unam mediam & temperatissimam ponens, quæ quatuor qualitates in æquilibrio habet, & octo distemperatas. Inter has quatuor simplices sunt, calidum, frigidum, humidum, siccum: & quatuor composita, calidum siccum, calidum humidum, frigidum siccum, frigidum humidum. Illa autem temperatissima, quæ corpus *ἀνθρώπου* facit, nunquam inuenitur, nisi sacris theologiis assentiamus, quibus & assentire debemus, authorem nostræ salutis **CHRISTVM**, ea temperatura præditum fuisse: unde quæ pro nobis miseris passus, uegetioribus sensibus sentiebat, quam alij homines sentire soleant.

Quum autem hic legitur, Quatuor quidem secundum qualitatem excedentem. legendum est, Quatuor quidem secundum unam qualitatem excedentem. in Græco enim codice habetur, *ἑσάβητον μὲν ἢ τὴν μίαν ὑπερβαίνουσαν ποιότητα*. In quibus uerbis uidere licet, illam particulam *μίαν*, addendam esse, id est unam: quam librarius in Leonicensi codice omisit. Hæc autem pars dubium quoddam soluit, quod ita fieri posset, quomodo in uno homine temperaturas simplices inuenire contingat, quum ex elementis compositus sit? Respondemus, simplices temperaturas hoc solum modo inueniri: Quisquam ex quatuor qualitatibus compositus est. Si autem accidat unam actiuarum uel passiuarum aliam superare, & in reliquis duabus æqualitatem esse: ut si Socrates in humido & sicco

& sicco temperaturam habeat, sit uero magis calidus q̄ frigidus, tunc Socrates unam solam qualitatem habere dicitur, scilicet caliditatem.

TERTIO, Galenus docet, quæ naturæ quibus temporibus bene male ue se habeant: nam frigida & humidæ naturæ in æstate optime degunt, frigida & sicca in hyeme: e contrario calida & sicca in æstate male se habent, frigida & humidæ in hyeme. Si autem dixeris, simile à simili conseruari, & à contrario reduci, Respōdemus, uerum esse, quando similitudo in tanto gradu est, ut naturam cōseruare possit: quando autem in gradu est, quod naturam adeo excedat, ut alterare possit, uerum non est, scilicet has naturas istis temporibus comparando, quæ in suis qualitibus multum excedunt.

QUARTO docet, quòd perfectissimæ naturæ tales, idest naturæ prædictæ, etiam si in sua perfectione sint, in qua esse possint, tamen ratione illorum temporum optime & pessime afficiuntur: propterea in genere, naturæ illæ quæ temporibus consimiles sunt, pessime afficiuntur. Non desunt tamen naturæ aliquæ, quæ afficiuntur quidem, sed mediocriter, ut calida & humidæ, quæ in æstate male se habet propter calorem, sed melius propter humiditatem, in hyeme male se habet propter humiditatem, melius autem propter caliditatem. Eodem modo naturæ frigida & sicca, ratione siccitatis bene se habent hyeme, male æstate: ratione frigiditatis, bene se habent æstate, male hyeme. Illæ autem naturæ, qualis est calida & humidæ, in uere male se habere deberent, & frigida & sicca male se habere deberet in autumnō: sed quia uer & autumnus suas qualitates multum intensas non habent, propterea opus non est, quòd ita male se habeant, præsertim quia actiuas qualitates remissiores habent, passiuas intensiores.

Quod in hac parte legitur, Mediocritas autem quæ quouis modo in Græco codice habetur, μετῆος δὲ αἰ κερδ' ὀνοῦ. idest, Mediocriter autem quæ secundum aliquid ex temporibus, uel ad tempora, quia scriptum est μετῆος ὄρας, uel iuuantur, uel offenduntur: nam si recte perpendas, secundū unam partem iuuantur, secundū aliam offenduntur.

APHORISMVS TERTIVS

M Orbi quoq̄ alij ad alia bene uel male se habent, & quædam ætates ad tempora & loca & uictus genera.

BRASAVOLVS

SICVTI in præcedenti Aphorismo dictum est, aliquas naturas ad ætatem bene uel male se habere, alias ad hyemem: idem in morbis & in ætatibus docet, quòd morbi & ætates bene uel male se habent ad tempora, ut ad hyemem & ætatem, & ad loca & ad genera uictus: quod etiam absolute in naturis dici poterat, non solum ad tempora bene uel male se habere, sed etiam ad loca & ad uictus rationem & ad exercitia, ut Oribasius ampliatur.

τῶν νόσων ἅλλαι μετῆος ἄλλας εἴη κατὰς περιέχεται. idest, Morborum aliqui ad alia bene uel male se habent. 1 Intellige autem ad alia anni tempora, μετῆος ἄλλας ὄρας. nam in alia aphorismi parte illa ponit, in quibus morbi male bene ue se habent. Sunt enim aliqua tempora in quibus morbi fiunt & conseruantur, ut in æstate biliosi morbi, in hyeme pituitosi: & in æstate pituitosi sanantur, in hyeme biliosi, quantum sit ratione temporis, quod morbo opponitur. Verum enim est, quòd biliosi in hyeme fortiores sunt, quia à maiori causâ, & pituitosi in æstate: tamen ratione temporis quod opponitur bene se habent. Si uero pituitosum ætatis in hyemem, & biliosum hyemis in ætatem duces, à similibus qualitibus diutius conseruaretur. Morbi igitur in illis temporibus bene se habent in quibus generantur & conseruantur. Sunt autem hæc tempora similia. Male uero se habent in illis in quibus expelluntur, ut sunt tempora contraria.

Etiam morbi bene uel male se habent μετῆος χώρας, idest ad regiones, quia morbi calidi, in calidis locis bene se habent: generantur enim & conseruantur. In frigidis uero male, quia expelluntur: & frigidi bene se habent in frigidis, in calidis male. Vel hæc omnia cōtrario modo intelligamus. Quod morbus frigidus in calido loco bene se ha-

H beat

beat, quoniam sanatur: nobis autem bene est. Sed quomodo cunq; intelligatur, ad rem ipsam nihil refert. Adde, morbos bene uel male se habere *πὸς διατάς*, idest, ad genera uictus: similibus enim fiunt morbi & conseruantur, dissimilibus expelluntur. Quæ uictus genera, & quo ad qualitatem & quantitatem intelligenda sunt; nam ex ipsis, & morbi fiunt, & sanantur. Philotheus autem, ut hæc omnia edoceret, hoc animaduertit, quod his uerbis expressit, *ἰστέον δὲ, ὅτι πῶ ἐν καὶ κριτικὸς ἀπὸ τοῦ εἴδητος, κατὰ τὴν φύσιν καὶ ἢ τὴν λύσιν.* idest, Sciendum autem, quod hæc particula Bene & Male, dupliciter dicuntur, & secundum generationem, & secundum solutionem. Postea diffusius uerbis hanc distinctionem ad aphorismi commodum & intellectionem applicat, inquit (ut eius sententiã omisis uerbis referamus) omnes calidos morbos in ætate secundum generationem bene se habere; at secundum solutionem male, propterea quod exauretur causa, sed ijdem rursus calidi morbi in hyeme male se habent secundum generationem, imò non nisi ab ingenti causa fieri possunt; bene autem se habent secundum solutionem, propter contrarietatem. Propterea in Æthiopia calidi morbi secundum generationem bene se habent, at secundum solutionem male. In Scythia uero econtrario se habet. Idem intelligendum est in ætatibus, exercitijs, & reliquis quæ morbos & exaugere & minuere possunt.

ἡλικίαι πίνες πὸς ἄρας. idest, ætates quædam ad tempora.] Supple tu suprapositam particulam, Bene male ue se habet. Quod enim in morbis prædixerat, idem in ætatibus dicit. Aliquæ enim ætates sunt, quæ morbos in ætate pariunt, aliquæ in hyeme; & ideo in his temporibus male se habent, in oppositis bene.

καὶ χώρας. idest, Et loca.] Quoniam ætates quædam, ut iuuenilis in frigidiori loco degere potest, senilis autem non; & ideo illi bene se habent, isti male; & econtrario per ætates discurrunt, quæ in locis suæ naturæ oppositis bene se habent, in oppositis autem male.

καὶ διατάς. idest, Et diætæ.] Nam & ætates ad aliqua genera uictus bene se habent, ad alia male. Iuuenes etenim si aromaticis & calidioribus pulueribus uescatur, male se habent, seniores bene; & econtrario in oppositis qualitibus.

Quod autem & ætates & morbi bene male ue se habeant, ad tempora, loca & uictus genera, non solum ex horum natura uerum est, sed etiam ex ipso tempore, quantum in se sit. Propterea Hippocrates in libro De morbis inquit, Annus ab anno, tempusq; à tempore, & hora ab hora differt. Et in principio secundi libri Epidemiorum, in nobis tempestates anni multum posse docet, ubi inquit: Tempestas alia pro alia incipiat, sicq; annus & eius tempora inter sese habeant; nam quemadmodum stas anni temporibus matura cuncta, suocq; tempore redduntur; sic stas annis, eorum ue temporibus tempestatibusq; morbi stas fiunt, facillimeq; decernunt. Contrà uero non stas, non stas, quicq; difficulter decernant, fiunt.

GALENIUS

EXORDINATO quodam interpretandi genere mihi uidetur usus Hippocrates in hoc aphorismo. Nam melius utique ita dixisset, Morbi & ætates, alij ad alia tempora & loca & uictus genera, bene male ue se habent. Morbi igitur bene se habent, ad tempora quidem, ut ad generationem similes, ut ad solutionem uero contrarij. Nos enim de hoc ipso determinauimus in expositione illius Aphorismi cuius initium est, In morbis minus periclitantur. Ætates autem, quemadmodum & naturæ; frigidæ quidem ad calida, calidæ uero ad frigida. Senum quidem ad ætatem, iuuenum uero ad hyemem. Eadem ratione & ad loca, non morbi tantum, sed etiam ætates afficiuntur. Nam morbi calidi in locis calidioribus magis generantur, & minus sunt periculosi, & magis sanæ sunt in frigidis regionibus ætates calidiores, & in alijs proportionaliter. Sic uero & ad uictus genera, alij ad alia bene male ue se habent morbi, & ætates. Nam calidiores ad frigidiores, frigidiores uero ad calidiores, & sicciores quidem ad humidiores, humidiores uero ad sicciores bene se habent: & (ut simpliciter dixerim) contrarij quidem ad contraria bene, similes autem ad similia male; præterquam si ætas temperata, & uictui, & regioni, & loco temperato comparetur; hoc enim solo modo similes à similibus bene afficientur. Quæ uero plus à temperie recesserunt ætatis, secundum temperaturam

peraturam contraria loca, & tempora, & uicius genera conferunt magis. Quum uero omnes morbi à temperie & modo recedant, generatio quidem à similibus locis atque temporibus, solutio uero à contrarijs fit.

BRASAVOLVS

PRIMO, Galenus docet, Hippocratem inordinato loquēdi genere usum esse, nempe breuius dicere potuisset, Morbi, & ætates, alij ad alia tempora, & alij ad alia loca, & alij ad alia uicius genera, bene male uel se habent. Est autem apud authores figura quæ hyperbaton nuncupatur, quando inordinato quodam loquendi modo utuntur. Dicit uero ἀτακτοῦσιν, idest inordinatiorem.

SECUNDO, Galenus docet, morbos bene se habere ad tempora, quando similes sunt, quia in ipsis generantur, respectu uero solutionis ad tempora contraria bene se habent, quia conseruatio in temperatis per simile semper fit, cura per contrarium: de quibus omnibus in Aphorismo trigesimo quarto secundi libri scriptum est, In morbis minus periclitantur ægrotantes: & reliqua.

Sed forte id uerum non esse tibi uidebitur, quod morbi secundum anni tempora bene uel male se habeant, quoniam omnes morbi in æstate bene se habere uidentur: nam ut in uigesimo quinto aphorismo secundi libri scriptum est, qui incipit, Æstiuæ quartanæ, & cætera. Omnes morbi in æstate breuiiores redduntur, quia æstas hoc facit. Igitur in æstate omnes morbi melius se habent. Respondemus, æstatem omnino quantum sit ratione sui, morbos abbreviare, tamē necessarium non est quod melius se habeant, imò calidi morbi intensiores sunt. Propterea Hippocrates & Galenus in illo aphorismo de morbi longitudine loquuntur, non autem de intensione uel remissione.

Si iterum arguas, Morbos per medicamenta curari, quæ apud Galenum uigesimo quarto Aphorismo primi libri, potentia calida sunt, Calor igitur confert. Respondemus, Ut calida sunt, per accidens curare: solum etenim curant, quia euacuant. Omnis enim cura per contrariū fit. Et ideo pharmaca curant: quia quod plenum est, euacuant.

An uero morbi qui in tempore simili fiant, in tempore contrario curentur, meliores sint, dubium uideretur: etenim longiores sunt, quam si in tempore simili curati essent. Respondemus, tempora cōtraria pro cura meliora esse. Et hoc Galenus intelligit. Non tamen quod ipsi meliores sint morbi, si prorogentur: sed quantum sit pro intentione curandi, contrarium tempus magis aptum est.

Et etiam si arguas contra id dictum, quod morbi facti in temporibus similibus meliores sint, quia simile simili additum furere facit, ut trigesimo quinto aphorismo secundi libri habetur. Respondemus, non habere tam magnam causam intrinsecam, quantum habent ij qui in temporibus contrarijs facti sunt.

TERTIO, Galenus de ætatibus tractat, quas dicit naturarum ordinem sequi, quia frigida naturæ in temporibus calidis bene se habent, & calida in frigidis. Eodem modo ætates calida, in frigidis bene se habent, & frigida in calidis, & ideo seniores in æstate bene se habent, in hyeme iuniores.

QUARTO Galenus docet, quomodo morbi & ætates ad loca se habeant, quia calidi morbi in calidioribus locis magis generantur, & tales humores in his locis fiunt, qui morbos calidos generare apti sunt. Eadem ratio est de ætatibus.

QUINTO, ad genera uicius transit, quoniam morbi calidi & ætates calida ad uicius frigidum bene se habent: & ita de alijs. Legi autem debet, Calidiores ad frigidiora, in neutro genere, & non ad frigidiores. Similiter, Frigidiores ad calidiora, & non ad calidiores: & ita de humidis & siccis. Propterea à Galeno hoc simpliciter enuntiatur, Contrarij ad contraria bene se habent, similes ad similia male. Vnum tamen excludit, quod est, præter quam si de ætate temperata loquamur, quam si uiciui cōparemus, temporij & loco temperatis bene se habet. Et ideo temperata ætates ad temperata bene se habent, quæ autem à temperamento recedunt, his contraria magis conferunt.

Sed tibi forte uidebitur in Galeno contradictio, hic, & Aphorismo decimo sexto primi libri, ubi dicit, Humidioribus uero naturis, siue propter etatem, siue propter consuetudinem, non contrariam, sed magis affinem seruandam statuit, oportet enim naturam

eorum fouere per humida, non eodem quo morbos modo demoliri, Respondemus, illud intelligendum esse, quando non multum excedunt, & hoc etiam quantum sit, ratione distemperatae aetatis, per comparationem ad temperatam, Vnde hoc prope uerum est, in aetatibus distemperatis contraria conuenire, in temperatis similia.

Si uero dubites eandem habere proportionem temperatum uictum ad corpus temperatum, qualem uictus lapsus ad corpus lapsum habet: igitur uictus lapsus, aequale lapsum corpus conseruare deberet, sicuti temperatus uictus, temperatum corpus seruat, Respondemus, quia uictus lapsus aptus est illud corpus in lapsum magis ducere, & uictus temperatus in tali esse conseruare. Ideo in ipsis uictibus nulla proportio est: nam uictus lapsus, lapsum corpus in lapsu ipso conseruat. Hoc autem est ipsum offendere, sed temperatus uictus in sua temperie conseruat, nec laesio aliqua sequitur.

In hac parte ubi legitur, Quae uero plus a temperie, & caetera, Graecus contextus habet, *ταῖς δὲ ἀμετροτάτοις ἐχούσαις ἡλικίαις ἢ τῶν λιγῶν αἰ ἐναντία χόδραι καὶ ὥραι καὶ διατα, συμφορόταται.* idest, aetatibus autem habentibus intemperaturam, secundum temperaturam (scilicet quam habent) contraria loca, & tempora, & uictus genera conferunt magis: si hoc modo interpretemur, sensus perfectior esse uideatur, uel hoc modo, Aetatibus sese intemperantius habentibus secundum habitudinem, contraria loca, & anni tempora & uictus genera plus conferunt.

Denique infert Galenus communissimum apud medicos theorema, cum omnes morbi a temperie & modo recedant, generatio fit a similibus, & solutio a contrarijs.

APHORISMVS QVARTVS

IN temporibus, quando eodem die modo calor, modo frigus fit, autumnales morbos expectare oportet.

BRASAVOLVS

AB HIPPOCRATE nunc edocemur, quando eadem die modo calor, modo frigus fuerit, ita ut bis, ter uel haec qualitatum mutatio fiat, tunc morbos tales expectare opus est, quales in autumno superuenire solent, in quo tempore eodem die plerumque modo calor, modo frigus est. Duo autem commoda habemus: unum est, quod medicus futuram aegritudines praedicere sciet, propterea in hac arte peritus putabitur, multosque sanabit, quando in eo plures confident. Deinde haec temporis discrimina euitare sciet, nempe uestibus prouidendum est cum haec tempestates praualuerint.

ἐν τῆσιν ὥραισιν. idest, In temporibus. Quodcumque sit hoc tempus, uel hyems, uel aestas, uel autumnus, uel uer, usus est plurali uocabulo temporibus, ut omnia tempora promiscue intelligere possimus, imo quanto magis tempora constantia esse solent, & has uarietates habuerint, tanto magis in ipsis morbi generantur, possent etiam hic Aphorismus ad genera uictus ampliari, quando eadem die diuersa genera uictus insumuntur, tunc autumnales morbos expectare oportet, nam diuersi humores generantur, qui corrupti, diuersos & inconstantes morbos faciunt.

ὅταν φη αὐτὸν ἡμέρας. idest, Quando eadem die. Tu uero intellige eadem die bis uel ter fieri, ut si oriente sole sit frigus, in meridie calor, uespero frigus. Propterea & Philotheus, ita diei partes enumerat, *εἰς τὴν μὲν ἡμέραν ἀρχομένην γίνονται θέρμασι, εἰς τὴν δὲ τῶν ὥρων ψύξις, ἢ δὲ τὸ μέσον φη ἡμέρας, πάλιν θέρμασι, εἰς τὴν δὲ τῶν ὥρων ψύξις.* idest, Si eadem die incipiente caliditas fiat, postea circa tertiam horam frigiditas, in meridie uero rursus caliditas, postea iterum frigiditas, adeo ut eadem die secundum Philotheum multae mutationes fiant: tunc enim autumnales morbi sequuntur, quos hic auctor, *αὐτὸν μεταλλάξασα*, idest irregulares morbos uocat. Et licet eadem die scriptum reliquerit, non est opus intelligere, quod una solum die hoc faciat, immo opus est per multos dies perseveret, si aegritudines adducere debeat. Adde, si hoc idem in diuersis diebus fiat, ut in aliquibus frigus sit, in alijs calor, morbos fieri necessarium non esset.

ὅταν μὲν

ὅτε μὲν θάλωσθ', ὅτε δὲ ψύχθ' γίνονται. idest, Quandoque quidem calor, quandoque frigus fit. J Calor hic, nostri corporis meatus aperit: frigus deinde constipat & obstruit: iterum calor aperit & frigus constipat. Propterea hæc mutationes adeo nostra corpora afficiunt, ut opus sit incōstantibus morbis agitari. Recentes ipsi in hac parte Galenum ita intelligūt, ut uelit per tres horas calorem esse, per tres frigus, & iterum per tres alias calorem, & per tres alias frigus. Quod nunquam somniauit Galenus, Sed ex antiqua interpretatione decepti sunt, in qua hæc inueniuntur addita uel à Constantino Aphricano huius libri parum fido interprete, uel à Ioaniculo, qui in diuersis aphorismis multa addidit, quæ in Græcis Galeni codicibus non sunt.

ὁ θινοπωρινὰ τὰ νοσήματα πρὸς δέχεται χθί, idest, Autumnales morbos expectare oportet. J idest, Tales quales in autumno fieri solent: de quibus posterius sermonem habebit. Vel autūnales, idest inconstantes, inæquales: quia autumnus, inæquale tempus est, in quo morbi inconstantes, & iudicij inconstantis fiunt. Celsus capite secundo primi libri, ubi ea docet, quæ stomacho imbecilli seruanda sunt, inquit: Minimeque nubilo celo soli aperiendi se committere, ne modo frigus, modo calor moueat: quæ res maxime grauedines destillationesque concitat. Ut hinc haberi possit, hoc esse unum genus morborum, qui fiunt quando eadem die modo frigus, modo calor extiterit, nempe destillatio. Hippocrates in libro De humoribus, haud longe à fine inquit, Siquidem anni tempora, quum inæqualia sunt, hoc est, eadem die non æque calent frigentque: quod quum euenerit, morbi per autumnum, alia que anni tempora, rata portione, fient, & erunt. Vnde habes, quod in autumno fient morbi & in alijs temporibus: ne quis putet, quod solum in autumno fieri debeant: nam & in alijs temporibus fiunt: sed per quamdam proportionem: ut id tempus simpliciter & secundum naturam suam magis uel minus salubre est. Propterea in hoc loco id exquisitius exprimitur, quod breuius in hoc aphorismo reperitur.

GALENVS

CVM RATIONE fit hoc. Neque enim appellationes temporum, causæ morborum sunt, sed temperaturæ. Quum igitur ipsæ conuariant, necesse est & morbos conuariari.

BRASAVOLVS

IN HAC breui & concisa Galeni Commentatione nihil aliud fit, quàm quod hoc modo aphorismi causa redditur: In omni anni tempore, si inæqualis temperatura adfuerit, qualis in autumno esse solet, autumnales ægritudines fient: non enim πρὸς ποιεῖται τῶν αἰσθητῶν, idest appellationes temporum, morborum causæ sunt, ita quod autumnum uel æstas, uel hyems, uel uer morbos pariant, sed sunt temperaturæ & qualitates, quæ in his temporibus sunt: hæc enim quum variæ sunt, necessarium est ut morbos uarios faciant.

Hæc breuissime in omnibus Græcis codicibus habentur: in antiqua uero translatione causa redditur, quia in his mutationibus modo aperitur, & modo constringitur corpus. Et quod de illis tribus horis caloris, & tribus frigoris dicitur, à Ioanico, uel à Constantino addita sunt.


APHORISMVS QVINTVS

AVstri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauentes, pigri, dissoluentes. Quando huiuscemodi tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. At si Aquilonia fuerit, tusses, fauces, alui duræ, difficultates urinæ, horrores, costarum dolores, & pectoris. Quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis expectare oportet.

BRASAVOLVS

VT EDOCEAMVR ab Hippocrate, quarum dispositionum diuersi uenti causæ sint, ad uentos sermonem flecūt. Etenim aer, in quo uiuimus, continuis uentis agitur

rumno. Aestiuus ortus, in Septentrionem iuclinat: brumalis ortus aut hyemalis, in Meridiem: in medio horum est, æquinoctialis ortus. His autem ortibus, tres occasus correspondent: aestiuus, brumalis, æquinoctialis. Ab his ortibus & occasibus, sex uentorum ducunt: tres ab ortibus, & tres ab occasibus. tres primi, Orientales appellantur: tres alij, Occidentales. Extant duæ aliæ mundi partes, Septentrionalis, & Meridionalis, à quibus & duo uenti spirant. Propterea, in summa octo erunt. Sed à posterioribus, plures alij adduntur: quorum, ut notitiã, si non exquisitam, saltem mediocrem habeas, nos secundum mundi plagas descriptam formulã uentorum disponemus, ut ab authoribus dispositi sunt: & nomina tum antiqua, tum quæ uulgò circumferuntur, adducemus: ut quisq; etiã mediocriter eruditus id cognoscat, de quo sermo futurus est.



HÆC est Pliniana, & antiqua uentorum ratio, quantum sit e locis, & partibus e quibus spirant. Vitruius capite sexto primi libri suæ Architecturæ, cuiusdam Andronici Cyrestis mentionem facit, qui uentorum exemplum Athenis collocauit: Turrim inquam, marmoream octogonam, & in singulis lateribus octogoni singulorum uentorum imagines exculptas, contra suos cuiusq; flatus designauit: supraq; eam turrim metam marmoream perfecit, & insuper Tritonem æreum collocauit dextra manu uirgam porrigentem: & ita machinatus est, uti uento circumageretur, & semper contra flatum consisteret, supraq; imaginem flantis uenti indicem uirgam teneret.

SUNT deinde multi alij uenti, quos non nominauit antiquitas: sed à recentibus nauis in promptu habentur. Eos enim medios, & medianellos uocant: quartos, bastardos, & bastardellos: ut suis nominibus utar. Sumuntq; ab his, quibus propinqui sunt, denominationem, præsertim ab his octo.

AD Hippocratem igitur redeunt, quum apud ipsum inuenietur Boreas, Aquilonem, Septentrionem: & Thraciam intelligit, & omnes ab illa parte spirantes, imò omnes frigidos & siccos. Quum uero dicit Auster, Libonotum, Euronotum, Eurum, & omnes calidos & humidos intelligit. Sed ab re non erit, si horum uentorum naturas, secundum Hippocratem & Aristotelem enarremus. In qua re, si longiores quam huic proposito conueniat, uideamus, id agemus, ne amplius in hoc libro opus sit de uentis mentionem facere. Ad hunc enim locum lectorem semper remitteremus.

Hippocrates ergo in principio libri De aere, aquis, & locis, iubet uentos considerandos esse, & præcipue calidos, & frigidos, & eos qui omnibus hominibus communes sunt: deinde singulares, quoniam multi uenti sunt aliquibus prouincijs peculiare. In genere igitur, apud Hippocratem in secundo libro De uictus ratione, in principio, Omnes uenti de niue, glacie, geluq; uehementi, fluminibus, lacubus, paludibus, terra madefacta, frige factaq; necessario spirant, Vnde absolute innuit, uentorum naturam esse madefacere & refrigerare animalium corpora, & quæ terra ædita sunt: tamen quia per loca uaria transeunt, propterea illorum locorum qualitates acquirunt, unde aliqui calidi sunt, alij frigidi, alij humidi, alij sicci. In genere uero infert, Ventos de mari uenientes sicciore esse. Qui uero de niue, glacie, gelu, lacubus, paludibus, & fluminibus spirant, humectant, & refrigerant animalia omnia & fata. Qui de montibus spirant, exsiccant: sed perturbant corpora. Hæc in genere ab Hippocrate de uentis dicta sunt in illo loco. Sed in fine etiam libri De humoribus, in genere dicit, Aliquos esse uentos, qui quum spirant, continuo spirant: alios, qui non continuo, sed per spatium intermittunt: alios, qui per tres dies durant: alios, per longius spatium: alios, per annum: ut etiam ægritudines sunt. Propterea, in generatione & duratione inter ægritudines & uentos comparationem facit. Ventum præterea in libro *weis quodolay*, id est De flatibus, definiuit Hippocrates, esse aeris fluentem undam, qui quum uehementer flat, ui eius arbores conuelluntur, mare fluctuat, naues tantæ magnitudini non assuetæ per altum iactantur. Hanc quidem uim in his habet, qui non uidetur quidem, sed sentitur. Ad uentorum autem naturas particulariter descendentes, apud Hippocratem non uidetur de alijs uentis statuta mentio facta, præter quam de Austro, & Borea. Vnde in libro De humoribus dicit, Quæadmodum ex anni temporibus morbos coniectari licet: sic & ex morbis, aquas, tempestates, uentos prænoscerè est, & siccitates: Septentrionem, Austrumq; scilicet. Ac si dixerit: Per uentos, Septentrionem & Austrum intelligo.

Auster, à meridie spirat, omnium uentorum insaluberrimus existimatur: calidus & humidus est, humiditate etiam caliditatem superante. Vnde Hippocrates in ultimo folio libri De sacro morbo, quum dixisset, Septentrionem saluberrimum esse uentum: addidit, Contra autem Auster. Primum quidem, aerem strictum liquefacit, & spargit: siquidem non statim uehementer spirat, sed primo leniter: quoniam non tam subito priorem aerem compactum & densum superat, sed temporis spatio dissoluit. Quod & per terras, mare, flumina, fontes, puteos facit, cunctaq; quæ gignuntur, & in quibus quid humidum est, quod in omnibus plus minus ue est: quæ omnia uenti huius flatum sentiant

sentiunt: de lymphidiscq; turbulenta fiunt: de frigidis, calida; de siccis, humida. Quæq; dolia domi & in terra sunt, cum uino uel alio liquido, flatum Auftri sentiunt, formasq; alias sumunt: solemq; & lunam, cæteraq; sydera, hebetiora quàm suapte natura sint, facit. Quum hæc ergo tam magna ualidaq; tantopere superet & afficiat, quid mirum, si eum corpora sentiant, mutanturq;? Mutationibus ergo horum uentorum, præsertim Austrinis, cerebrum dissolui, flaccescere, madescereq; necesse est: uenasq; magis laxari, & demitti. Hæc Hippocrates de Austrinis flatibus in libro De sacro morbo.

De eo autem quod dicebatur, Auftrum primò leniter spirare, postea uehementer: Aristoteles libro decimo septimo Problematũ, problemate sexagesimo primo, dubiũ facit: propter quid Aquilo ut magnus incipiat, ita paruus desistat: Auster contrà, ut paruus incipit, ita magnus cessare solet. Respondet & hoc loco, & problemate sexagesimo septimo, ubi id uulgatum carmen habetur,

Quum cessat Boreas, quumq; Auster surgere cœpit,

Nos potius uersus Septentrionem sitos esse, quàm uersus Meridiem: Aquilo autem ex Septentrionibus spirat, Auster ex Meridie. Merito alter statim quum ortus est, uehemens proxima sibi loca inuadit: deinde, suam uehementiam in loca transfert remotiora. Alter è contrario, Homines Meridiei incolas inter initia urget, post ubi præterijt, ignauus & imbecillis ad nos uenit. Vbi Aristoteles principalis quæsti rationem reddere non uidetur: quamuis alia multa & pulcherrima de Austro & Borea quæsitæ dissoluere tentet, quæ tu ipse conspicerè potes. Ad rem igitur redeunt, Hippocrates in principio secundi libri De uictus ratione, uel De alimentis, dicit, Auftrum è similibus natura locis spirare, è quibus spirat Aquilo: nam dicit, de axe Austrino spirare, & quod frigidus est: tamen ob loca per quæ transit, calidas & humiditas qualitates acquirit. Aristoteles autem, ab antarctico polo nullum uentum spirare docet. Et re uera ita est, quoniam terræ globus impedit, ne uentus à polo antarctico ad nos spiraret: immo idem terræ globus nostrum Aquilonem impedit, ne antarcticos attingat.

Ventus autem qui ad nos spirat, Auster nuncupatus, à medio spirat. Sed quoniam hæc pars, respectu nostræ habitationis, uersus antarcticũ polum sita uidetur: propterea hic uentus ab antarctico polo spirare dicitur. Et forte illum ita nuncupauit Hippocrates. Mirum tamen uidetur, cur frigidam qualitatem illi condonauerit, nisi putasset, ab Australi polo spirare, & non à parte media.

Aristoteles autem in secundo Meteororum libro, talem speculationem de uentis fecit, ut secundum duodecim mundi puncta, diuersitatem uentorum assignaret; unum in polo nostro Boreali; alium in puncto dextero circuli arctici, alium in sinistro: alium in puncto dextero circuli solstitij æstiuæ, alium in sinistro: alium in puncto dextero æquatoris, alium in sinistro: alium in puncto dextero solstitij hyemalis, alium in sinistro: alium in puncto dextero circuli antarctici, alium in sinistro: alium in polo antarctico. Itaq; duodecim sunt. Tamen admonet, illos uentos ad nos non spirare, qui ex parte antarctici poli spirant: sed unum solum esse, qui eorum officio fungatur, & qui nobis ab illa parte spirare uidetur. Multa autem hic occurrunt ambigua, quæ nos omittere decreuimus, te ad Aristotelis librum remittentes, in quo ordinatiorem modum elicere poteris.

Ad rem nostram redeunt, Auster, uentus humidus est, qui ut plurimum pluias & tempestates inducit; unde à Poeta decantatum est in narratione Æneæ,
Et teruit Auster euntes.

In naufragio præterea eiusdem Æneæ scriptum est,

Tris Notus abreptas in saxa latentia torquet.

Et nubilosus Auster, præsertim quum maior est. Nam ut Aristoteles decimo septimo libro Problematum docet, problemate quadragesimo tertio: Auster minor, nullas nubes obducit; minor autem, nubilus & diuturnior est. In summa igitur, Auster, humidus est & calidus, humiditate caliditatem plerunque superante, tuncq;

te, tuncq; deterior est. Tamen Aristoteles quandoq; siccum Austrum appellat, ut libro decimo septimo, problemate septuagesimo secundo, ubi quærit cur Austri sicci febres cōtrahant. Intelligit autem per siccos Austros, eos qui dum spirant, pluitiam non inducunt, non tamē quia humidam qualitatem non habeat: aliter ratio quam assignat, conueniens non esset. Est autē illa: ideo febrem inducere, quia humidus est & calidus, quæ sunt materiæ febris. Est ergo uentorum pessimus Austus: sed Aetius capite centesimo septuagesimo secundo tertij libri Austrum non esse semper humidum, sed quandoq; calidum & siccum edocet, ideo (inquit) uarios morbos producit: tempore ætatis calidus & siccus esse debet. nam si apud nos tēpore ætatis tempus tranquillum sit, necesse est usq; ad meridiem spiret Aphricus, qui & Libs, à nobis autem *Garbino* nuncupatur, post meridiem uero, Australis uentus Eurus spiret, quem nos *Sirocho* uocamus. Imò & Aristoteles decimo septimo Problematū libro, problemate trigesimo quarto, dubitat, cur Austus Canicula oriente moueatur, idq; lege naturæ certissima fieri soleat, & ita experientia esse docet: Respondet quia tunc calidissimi uenti generantur, & multa alia addit, quæ huc non est opus afferre. De uentis autem præcitato loco, secundum Adamanthinum Iosophitæ sententiam Aetius tractat, & secundum ordinem à nobis datum, imò solum differt, quia ubi nos Argestem posuimus, ipse Thraciā collocat, & ubi nos Thraciā, ipse Argestem: sed non est hic locus considerandi diuersorum authorum sententias in positione uentorum, nempe opus esset, Ptolemæum, Victruuum, Plinium, Gellium, Columellam, & recentes multos in ordine uentorum explicando unā conferre, & ita ad nostram intentionem nimis tarde perueniremus. Sed illuc redeuntes, unde digressi sumus, Celsus capite primo secundi libri Austrum damnat, imò Austri spirantibus, dies pluuios magis sanos esse quām nubilos, & nebulosos, propter suam humiditatem iudicauit. Austus quoq; aerem, in quo uiuimus, crassiozem, & humidiozem reddit, quā par sit, unde ab Hippocrate hic non sine causā dicitur, *νόπι βαρύνουσι* idest, Austri auditum hebetātes. Quod de auditu Hippocrates dicit: idem in omni alio sensu intelligere oportet, quippe, sensus in sicco uigent, propterea Galenus in libro Artis medicinalis: siccas cerebri temperaturas, sensus uegetiores habere dicit, humidam autem hebetiores. Ratio autem est, quia in aere propter Austrum humiditas gignitur, nam multos habet uapores humidos immixtos, qui aures ingredientibus, & eorum meatus, auditum obtundunt, nam hic aer non ita facile extrinsecus mouetur, nec ita facile aerem intrinsecum auris, ab Aristotele complantatum & cōnaturalem aeri appellatum mouet. De solo autem auditu sermonem habuit Hippocrates, & non de alijs sensibus, quia in auditu hoc sensate percipimus, spirante Austro, & per aliquot dies perseverante auditū hebetari. Tamen & de uisu dicit quod caliginosus fit, ut duos sensus perfectiores ponat. Imò aliqui ob hanc humiditatem uisum penitus amisere, alij auditum, quia hæc extrinseca causa, intrinsecam mouit, quæ quiescebat, sed à solo uento id fieri non poterat. Quod autem dicitur *βαρύνουσι*, & antiqua interpretatio habet grauātes auditum, non mihi displicet, quia uerbū uerbo reddit. Philotheus etiam ex eius humiditate sensus obtusiores fieri testatur inueniens, *μετὰ γὰρ πολλῆς ὑγρότητος, τὰ τῶν αἰσθητικῶν ὀργάνων ἀρφαίνουσι*, idest, Nam cum multa humiditate sensuum organa obstruuntur.

ἀχνυόδεσι, idest, Caliginosi.] Ipsi Austri caliginosi sunt, quoniam oculorum uis in sicco & puro aere fit. Est autem turbulentus, impurus, & subobscurus Austrorum aer, imò & uisuales species, quæ per aerem causantur, obtusiores sunt: propterea caliginosi sunt Austri, tum ratione oculorum, à quibus uisum partim demunt, & obscurant, tum ratione sui, quia caliginosum, obscurum, crassum, & non lymphidum aerem faciunt: tamen de ea potissimum quæ in nobis fit caligine, ab ipsis causata intelligendus est, ut in Galeni Commento inueniemus; immo & ipsemet Hippocrates in libro De humoribus, oculos caliginosos ab Austro fieri dicit. Celsus tamen in primo capite secundi libri, hunc Aphorismum interpretans, hanc particulam Caliginosi, non ponit: sed eius loco dicit, sensus tardat. Oribasius uero manifeste caliginem circa oculos intelligit, immo dubium facit, cur prius Hippocrates oculorum caliginem, deinde auditus hebetudinem ponat. Ita forte scriptum erat in Oribasii contextu. Sed in codicibus quos habemus

habemus, & quos unquam uidimus, quum Græcis tum Latinis, auditus hebetudo est ante oculorum caliginem. Hæc autem (inquit) duobus modis fiunt, uno quia calor uenti crassa resoluit, quæ euaporari non possunt, secundo quia humiditas humiditati augmentum est.

Κεφαλαιώσι. idest, Caput grauantem.] Quia sunt calidi & humidum, apti ut facile caput ingredi possint, & cum crassi sint, pondus habent, quare hoc uento spirante necesse est nostra capita insolitam quandam grauitatem sentire, quæ ex plenitudine rei humidæ prouenit, unde & Philotheus, *Ἐξ πλῆθους*, idest, Ex multitudine, prouenire dicit.

Νωδρωσι. idest, Pigri.] Quum enim caput impletur, necesse est omnia quæ à capite dependent, & ab illo ortum habent, impleri; ortum uero habent nerui, ideo ipsi implentur, & pigritiam quædam in nostro corpore causant, in omnibusq; membris lassitudinem, ut lere moueri non possimus, sed in eodẽ loco in quo sumus, iacere cupiamus, propter reæ Aetius libri quarti capite septuagesimo, calidi, & humidum cerebri signa describens dicit hos plurimum ab austro offendi. eandem causam reddit Philotheus, inquit, *Ἐξ ἀρχῆς τῆς νόσου ὑγραύθειος, ἀνοήτης καὶ τὰς κατὰ ὄψους φθογίας καὶ ὀρθῆρας ἀφαιδίας, καὶ ἡσυχίας ἀπὸ ἀλλοιωτικῆς αὐτοῦ φάνειαν τῆς ἀνθρώπου.* idest, Principio autem neruorum humectato, necesse est & operationes quæ secundum motum sunt, magis pigras fieri, & ueluti resolutum ipsum hominem uideri.

Διλυτικῆσι. idest, Dissoluentes.] Quoniam membra ob humiditatem dissoluntur, quæ per neruos ad omnẽ nostri corporis partem fluit, & eos tali modo relaxat, ut is qui dissolutus est, brachia eleuare sine aliquo impedimento non possit, idem in cruribus & alijs membris accidit. In aliquibus contextibus hæc pars dissoluentes, post illam ponitur, caliginosi, & præsertim in antiquis, tamen in aliquibus secundum Leonicensi ordinem legitur: sed uel præcedat uel sequatur, ad intelligendam Hippocratis sententiam nihil facit. Quod hæc ab isto uento fiant experientia ipsa ostendit, imò & plura alia, quæ in hoc loco ab Hippocrate enumerata non sunt, ut quod hi uenti capita implentes apoplexiam, morbum ue comitiale pariant, & capitis dolores, & aurium tinnitus, & putridas febres: Præterea putredines exaugent, podagras, chiragras ue mouent. Nec alij de sunt morbi, quos prosequi nimis longum esset, nam infinitorum prope morborum, humiditas causa est, quæ omnium putredinum mater existimatur. Hippocrati uero satis fuit, morbos in hac tempestate frequentiores adducere. Celsus capite primo secundi libri opposito modo, quàm Hippocrates fecerit, hunc Aphorismum adducit. nam Hippocrates primo incõmoda austri enumerat, deinde Aquilonis. Econtrario Celsus, primo Aquilonis, deinde austri, de austro autem hæc dicit; auster aures hebetat, sensus tardat, capitis dolores mouet, alium soluit, totum corpus efficit hebes, humidum, languidum. Locutus autẽ fuerat prius de Aquilone, ideo addit, ceteri uenti & plura alia, uel illi propiores sint, eo magis uicinos his, illis ue affectus faciunt. Hippocrates quoq; in libro De humoribus, de Austro & Aquilone sermonem habens, primo de Austro hæc dicit; nam auster auditum grauem, capitis grauedinem, uisum hebetem, corporis torporem, delassationem, & resolutionem facit; cumq; hic præualet, hæc in morbis patitur, & ueniunt putrida fluidaq; ulcera; præsertim os, pudenda, cæteraq; talia hoc patiuntur. Imò & ipse Aristoteles decimo septimo Problematum libro, problemate sexagesimo quarto dubitat, cur spirantibus austris homines grauiores, inualidiores sese reddunt. Respondet, quia humor augetur & tabescit, per humorem autem humiditatem ipsam intellige. Hippocrates quoq; in principio secundi libri De ratione uictus, in hæc uerba prorupit: quæ uero loca montes ad austrum uergentes habent, morbos & æstiuosi in his austri spirant. Paulo deinde addit; loca uero caua cum urbibus, Aquilonibus obrepta, uentis calidis afflantur, calida morbosaq; sunt, quoniam Septentrio spirans ea non purgat, nec æstiuus uentis refrigerantur.

Idem Hippocrates in libro De aere, aquis, & locis, ubi de Asianis sermonem habet, quos dicit habere corpus ad laborem & exercitationem pigerrimum, quoniam uenti ut plurimum ibi spirant Austrini, ideo & ipsos imbelles dicit, unde & nos experientia uidemus Turcas qui ex illa mundi plaga ortum habent, effœminatos esse, & in conferendis manibus parum ualere.

Quum

Quum uero dictum sit, austrum calidum & humidum esse, alicui fortasse uidebitur, ab Aristotele oppositum dici, qui in secundo Meteororum libro uentos calidos, & sic eos facit, ideo auster humidus non erit. Præterea experientia ipsa nos commonet uentos frigidos esse, nam ipsis spirantibus refrigeramur, ut eodem loco ab Aristotele edocemur. Respondemus, austrum duobus modis considerari posse, uno modo ut uentus est, alio modo ut ab ea parte à qua uenit, spirat, primo modo est exhalatio calida & sic ea, quæ ut ab illa mundi plaga ad nos uenit, humidos uapores ducit. Ideo loca, per quæ transit auster, humidum ipsum fecere: qui tamen, ut uentus, siccus erat. Ad aliud Aristoteles in Problematibus respondet: austros refrigerare, quia aerem qui nos ambit, frequenter immutat. Propterea frigidiores uidentur, quia nobis diu non inhaerent.

ὄντοπι οὐτὸ θύελλος. idest, Quando hic (scilicet austrinus uentus) uel quædo hæc tempestas præualuerit. Idest cum hic uentus diu perflauerit, & uehemens sit, quia Galenus in primo Epidemiorum de forti & perdurante, quod præualeat, intelligit.

Τοιαῦτα δὲ νόση ἀφ' ὧστων πάσχομεν. idest, Talia in morbis patiuntur. Ac si dicat, hi qui ægrotant, in morbis hæc symptomata patiuntur, si austri spirauerint, nam ea quæ ab Hippocrate numerantur, symptomata sunt, quæ ab aliqua ægitudine pendunt, tamen & hi uenti dispositiones ipsas, quæ morbi sunt, efficiunt. Intelligo autem australes uentos, in quorum numero Euronotum, & Libonotum, & Eurum (quem nos *sirocho*, quoniam uesperii spirat, præsertim æstate, uocamus) complectimur. Est enim & Eurum humidus ualde, & caliginosum aerem, crassum & obscurum facit. Vnde Aristoteles decimo septimo Problematum libro, problemate septuagesimo quinto dubitat, cur Euro spirante omnia maiora uideantur: respondet, an quoniam eo flatu aer obscurior caliginosissimusque reddatur, & hæc est ratio cur nunc duæ stellæ Ferrariensium animos perturbauerint, quæ multo maiores solito uidebantur, tamen erant Venus & Mercurius: maiores autem uidebantur propter uapores in aere positos, nam quandoque auster, quandoque Fauonius (qui huius tempestatis idest ueris peculiarissimus uentus est) spirabat. Per austros etiam, orientales uentos simul intelligo, qui apud nos pluuias ferè semper inducere solent, & nubibus cælum obducunt. Venti autem occidentales, apud nos serenitates inducunt, apud nos autem intelligo, quia fieri potest aliquibus mundi plagis orientales uentos serenos esse, imò ita esse constat, Vnum tamè est apud Aetium capite centesimo septuagesimo secundo tertij libri consideratione dignum, quia ab hoc auctore dicitur, orientales uiolentissimos esse, & mirum in modum ægitudines inducere, quæ à siccitate fiunt, tamen apud nos constat orientales uentos ut plurimum humidos & pluuios esse. Hæcque pro prima aphorismi parte interpretanda satis sint.

ἢ ἢ Βόρεος. idest, Si autem Boreas (quem Latini Aquilonem uocant) scilicet spirauerit. Est autem Boreas frigidus & siccus uentus, unde & Philotheus dicit, *ὁ Βόρεας, ψυχρὸς δὲ καὶ ξηρὸς, ἐστὶ τὸ εἶναι τὸ πῶμα ἐξ οὗ γινάσκται ψυχρὸν, καὶ δὲ ἐξ ἀποδύεσθαι.* idest, Boreas, frigidus est & siccus, propterea quod locus ex quo oritur, frigidus est, & per quem transit. Quamuis humidus quandoque sit, propter aliqua loca, per quæ transit. Nos dicere solemus, si Boreas tranquillum tempus inuenierit, pluuias inducere: si pluuias, tranquillitatem parere. Apud nos uero Boreas ut plurimum serenus est, tamen quandoque humidus uidetur, quia post austrum spirat, qui nubes iam collegit. Ipse uero collectas nubes, tanquam manus exprimit, & hoc frequenter accidit, desinente Austro surgit Boreas: & ideo Aristoteles decimo septimo Problematum libro, problemate sexagesimo nono dubitat, cur post Austrum cito Aquilo spiret, post Aquilonem non cito Auster: imò quando Auster præcedit Boream, hyems glacialis fit, iuxta illius carminia sententiam,

Fit glacialis hyems Boream si duxerit Auster.

Et iuxta illud celebre,

Ostendente lutum Borea, mox terra gelascit.

Quæ carmina ab Aristotele referuntur problemate sexagesimo octauo præcitati libri. Est autè inter uentos saluberrimus Aquilo: & ideo Celsus capite primo secundi libri inquit, Salubriores septentrionales, quam subsolani uel austri sunt. & Hippocrates in libro De sacro morbo dicit eos mutationibus uentorum corripi, præsertim austri, deinde aquilonis

aquilonijs, ut præferat Aquilones austris, quoniã hunc morbum per suum motum ita non faciunt, ut austris, propterea in illo loco profequitur, Aquilo nùbila discutit, cælũ, aera serenat,lympidumq; & lucidum facit. Similiterq; & uenti omnes qui de mari, cæterisq; aquis ueniunt, caliginem enim humidam omnium, & hominum pellunt, propterea uentorum omnium Aquilo saluberrimus est, contra autem auuster. Idem quoq; Hippocrates in secundo libro De uictus ratione post principium, Boreã naturã describẽs inquit, Boreas frigidus et humidus est, quod de locis spirat, quæ Sol nō adit, nec siccat, Quare cum sua uia loca habitata perflat, nisi regionis situ perdat, proxime quidem habitantibus frigidissimus est, longius uero minime. In qua re de Hippocrate miror (si is liber Hippocratis sit qui De uictus ratione circumfertur, tamen apud omnes Hippocrates esse in confesso est) qui hunc uentum humidum facit, cum siccus sit, & etiam in Coo insula Hippocratis patria siccus est, quamuis nonnunquam & illuc & ad nos humidus spiret, tamẽ ut plurimum siccus est. In eodem uero libro antequam ea quæ à nobis dicta sunt, adduxerit, quod est in principio ferẽ libri dicebat, Montes autem Aquilonem non spectantes, aquilones perturbant, morbosq; creant. unde hos uentos sanos esse intelligit, ideo loca quæ tecta sunt ne illuc aquilones spirare possint, dicit esse morbosa, propterea in libro De aere, aqua, & locis, de Scythijs Nomadibus sermonem habens, quos feroces facit, et Scytharum mulieres militiã exercere docet, ad hos dicit Boream spirare. Quare Boreas sanissimus uentus est frigidus & siccus, unde & Aëtius capite. 172. libri tertij, inquit, Boreales natura frigidi uentorũ omnium saluberrimi sunt, calidioribus præsertim & carnosius hominibus. Adde quod Victruius in primo tradit oppidum Mitylenem magnificenter quidem ædificatum fuisse, sed positum non prudenter. In qua ciuitate, Auuster quum flat, homines egrotant: quum Corus, tussim: quũ Septentrio restituitur ad salubritatem. Ad rem igitur redeunt, Hippocrates in secũda huius Aphorismi parte dicit.

ἢν δὲ Βόρειον ἢ, Βῆχες. idest, Si aquilonia fuerit, scilicet tempestas uel constitutio, tussis. Quippe spirante Borea fit ueluti humiditatum quæ in capite sunt, compressio, propterea ad pectus destillant, & tussim inducunt. fit inquam compressio ac si quis spongiam aqua plenam manu comprimat, ita facit Boreas, humiditates capitis fringens, & comprimens, ad pectus destillare facit, & tussim faciunt. Galenus autem inquit tussim ex intemperie frigida quæ ab hoc uento in instrumentis anhelitus inferitur, nempe instrumenta hæc neruea, carthilaginea & frigida sunt, ideo ab hoc uento multum penetrante facile afficiuntur. Tamen nos etiam putamus ex compressione prædicta à Borea tussim fieri, & hoc potissimum uerum est, quando tussis humida infestat, in qua scilicet materiam exprimimus: hocq; potissimum uerum est, quando præcesserit auuster, qui nostra capita impleuerit, deinde Boreas subsequatur, qui tanquam manus exprimat. Tussis autem ille (de quibus Galenus sermonem facit, quæ ex frigiditate uenti, & qualitate illa qua afficiuntur instrumenta anhelitus) sicca sunt, idest, in quibus nihil expuitur, nec adest materia quæ expui debeat, ideo per solam alterationem ad oppositum sanantur, quoniam euacuatione non indigemus, nisi ibi præfuerit materia. Philotheus quoq; tussis causam in hac constitutione talem assignat, inquit, *ἐὰν οὖν Βόρειον ἢ τὸ κατὰ στήμα, καὶ ἀνκρατὶ, τὸ τῆς ἀνδροῦς, ψυχρὸς, καὶ ξηρὸς, βῆχες γίνονται, φάρυγγος ξηρὰ, καὶ τὰ λοιπὰ. ἢν δὲ τὸ δίοτι ἢ τὸ εἰσπνεύμενον ψυχρὸν ὄν τῶν τραχείων ἀρτηρίων ἢ τὸν πνεύμονα πλὴν ἢ τῆ ψύξης, καὶ τὸ βῆχα ἀποργάζεται, τῆς ἀρκειτικῆς διατάξεως ἐπιγερομένης πρὸς τὸ ἐκδιώξαι τὸ τῆς φύσιν ἐφιέμενον.* idest, Si uero constitutio aquilonia sit, & præualuerit, hoc est, in aquosa, frigida, & sicca, tussis fiunt, fauces sicca, & reliqua, propter quid: quoniã cum fit inspiratio frigida, asperam arteriam & pulmonẽ frigiditate percellit, & hinc tussis efficiuntur, depulsiua potentia exsiccata, ut id quod præter naturam ingressum est, depellat.

Φάρυγγος. idest, fauces. Theodorus, & Leoniceus hoc modo interpretantur, & ante hos, hanc partem Celsus libro secundo, capite primo ita interpretatur, Fauces exasperant, ubi hũc Aphorismum citat, & latina lingua interpretatur. Ego uero interpretarer guttura, quia dictum est Boream mouere tussim, & hoc ob materiam à capite destillantem, & pectus petentem, uel ob siccitatem secundum Galenum, quæ in pectoris parti-

bus causatur, & frigiditatem. si autem eadem materia ad canalem spiritalem descendat, illum exasperat: uel Boreas suo frigore hunc canalem qui carthilagineus est, adeo exsiccat, ut exasperet. Cum autem φάρυγξ apud Græcos quandoque spiritalem cannā, quandoque fauces ipsas significet, ego hic spiritalem cannā & guttur intelligo, quamuis & fieri possit quod spirante Borea fauces ipsæ exasperentur, propterea & fauces & guttura intelligere possumus; tamen uocabulum φάρυγξ apud Aristotelem in tertio Ethicorum libro pro fistula cibali accipitur, ubi de Philoxeno excellenti lurcone historiam refert, qui longissimum φάρυγγα habere cupiebat, ut cibus diutius moraretur in uia. Aristotelis uerba hæc sunt, Διὰ καὶ ἡύφα ποτὶς Φιλοξένου εὐεξίως ὀψοφάγος ἄν τῷ φάρυγγα αὐτῷ μακρότῳ χρόνῳ γενέσθαι. idest, propterea & Philoxenus quispiam Erixius, uorator existens cupiebat φάρυγγα sibi longiorem fieri, quā grus habeat. Apparet autem quod per φάρυγγα cibalem cannam intelligit, nisi quis collum interpretari uoluerit, in quo & cibalis canna & spiritalis insunt. Cum autem absolute uel guttura, uel fauces ab Hippocrate dicatur, aliquis dubitare posset, quid à Borea circa has partes fieri intelligendum sit. Respondemus, illam particulam, durā, subintelligendam esse, uel ut Celsus interpretatur, fauces exasperant, nos autem guttura exasperant dicamus, quia Boreas carthilagineas partes exsiccat, fauces autem non ita facile afficiuntur, quia sunt initia uisum ad cannas, sicuti ora fluminum maria ingredientium fauces appellamus, quæ carne septa sunt. Non solum uero guttura prædura & aspera efficiuntur, & arcuora, sed & arthelitus difficultas contingit. Ab hoc tamen temperare non possum, quin edoceam apud medicos autores φάρυγγα esse fauces, λάρυγγα uero esse uiam ad pectus & canalem spiritalem, qui ad pulmonem transit. Nam Paulus Aegineta libro tertio, capite uigesimo octavo De destillatione uerba faciens dicit, Si fluat ad nares, coryza est; si autem per palatum in φάρυγγα, idest fauces, simpliciter catarrhus appellatur: si uero in λάρυγγα, idest guttur, Branchus dicitur, ubi manifeste apparet hunc authorem per φάρυγγα fauces, per λάρυγγα guttur intelligere. Iulius autem Pollux secundo libro sui onomastici inquit, quam Græci φάρυγγα uocarunt, esse principium stomachi. & hoc loco per stomachum id intelligit, quod ab antiquis intelligebatur, scilicet canalem cibalem: λάρυγγα autem uocat, animā, idest spiritum, canalem. Et quod φάρυγγα fauces significet, hinc testimonium haberi potest, quia Græci φαγιπιδας appellant, uenas quæ sub faucibus sunt, quarum primo libro Trallianus meminit, ubi de sanguinis missione per uenas & cucurbitulas, deque purgatione corporis in angina tractat, & omnes, qui de destillatione sermonem habent Græci, dicunt, quandoque ad φάρυγγα, quandoque ad λάρυγγα destillare materiam: quod indicium est unum fauces, aliud guttur significare, quamuis nonnunquam indiscriminatim posita uideantur. Ad rem igitur, cum spirant Boreas, φάρυγγες, idest fauces, uel guttura, prædurescunt uel, ut Celsus, exasperantur, uel patiuntur: quia cum membra frigida sint, facile exsiccantur, sed guttur magis quā fauces. Philotheus uero hoc modo causam assignat φάρυγγες δὲ, τὸ πρὶν τὰ πῶδι τῷ φάρυγγα πῶδι, ἢ τὸ ἀμείσως τῷ εἰσπνεύσαντι ψυχρῷ ἀέρι, πῶ φάρυγγι οὐκ εὐκρινεῖται, idest, fauces autem, hoc est circa fauces affectus, propterea quod aer frigidus immediate ad pulmonem in spiratus, primo circa fauces uersatur.

Κοιλία σκληρὰ, idest, Alui dura. I Celsus capite primo secundi libri hanc particulam interpretari uidetur, uentrem adstringit. Aquilo enim cum siccus sit, nostri corporis feces exsiccat, propterea duræ efficiuntur: & ideo hoc de alui duritie, non ad ipsam aluum referri debet, & uentris substantiam, quæ durescat, sed ad feces contentas, quæ spirante Borea solidiores & semilapidæ efficiuntur. Adde, cum sit frigidus & siccus uentus, contentiuam uirtutem fortiorem reddit, expultricem uero debiliorem, ideo aluius dura efficitur. Si autem multum infrigidauerit, mollior erit, immo defluxum inducere possit, ut plures uisi sunt, qui ex nimio frigore alui profusiuia incidere. hæc autem per κοιλίαν inferiorem uentrem intelligimus. Philotheus & ipse cur alui dura fiant ita rationem assignat, ἀλλὰ καὶ κοιλία σκληρὰ γίνονται, ἐπειδὴ τότε πυκνῶτα ἢ ὑπόφαινα ψυχρῶν, καὶ ἀρκλείται ἐν τῷ βάθει τοῦ ἐμφυτοῦ θερμῶν. τότε οὐκ ἀρκλείονται ἐξ ἀκμῆς τὰ ἐν τῷ ἐν τῷ σπέρματι πρὸς τὸ πῶδι. καὶ τὸ δὲ κοιλία σκληρὰ γίνονται, idest, Sed & alui duræ fiunt quoniam superficies infrigidata densatur, & innata in profundo caliditas excluditur: hac

hac igitur exclusa, excrementum quod in intestinis est amittit uigorem, uel exsiccat, & hinc alui duræ fiunt.

Δυσουρία, id est, difficultates urinæ,] Celsus præcitato loco, scilicet primo capite secundi libri, hanc partem ita refert, urinam supprimit. In urinæ autem difficultatibus expianandis recentes mire hallucinantur, ideo nos eorum nugis omiſſis, dicamus, apud antiquos auctores, hæc tria intueniri *δυσουρία*, *σπασμωδία*, *ιχθυία*. *δυσουρία* difficultas urinæ est, unde Cato capite centesimoprimo, sexti libri De re rustica inquit, Quibus lotium ægre it, Græci & à difficultate & à dolore *δυσουρία* id malum dixerunt. Ideo & Alexander Trallianus capite trigesimo octauo, libri tertij, inquit, in *δυσουρία* urinam multo conatu effluere, interdum non sine magno cruciati, interdum citra dolorem. ut hinc colligi possit, urinæ difficultatem esse posse, in qua nullus dolor sit præter conatum. Propterea & Aetius libro undecimo, capite decimonono, inquit, *δυσουρία* dicitur, quum æger meiere cupit, & cum ui urinæ excernuntur. In capite autem uigesimo eiusdem libri dolorē addit. De hac eadē re Paulus capite quadragesimo quinto, tertij libri abunde pertractat. *σπασμωδία* uero est cum urina guttatim meijtur. Vnde Cato præcitato loco inquit hoc malum his inesse, quibus lotium substillum est. Cuius causa à Galeno sexto libro de Symptomatum causis, redditur, Idem Galenus in libro Definitionum, inquit, *σπασμωδία* είναι η κατά σπασμωδία τὸ ὄρεσ ἐκκρῖσις, id est, Stanguriam esse per interualla stillarum urinæ fluxum, de qua Paulus, Trallianus, & Aetius præcitatis locis tractauerunt. *ιχθυία* in eodem Definitionum libro à Galeno (quauis spurius Galeni liber is existimetur) declaratur esse integram urinæ suppressionē, ut sexto De symptomatum causis ubertim docuit. Celsus hunc Aphorismum interpretans capite primo secundi libri, Suppressionem urinæ dicit, non difficultatem. id est, *ιχθυία*, non *δυσουρία*. Tamen tu Hippocratem de omnibus his passionibus intellige, quod à Borea fieri possint, & fiant, quoniam uesica exanguis est, ideo à Borea frigēteri facile potest, & quia materiæ eliquantur, quæ ad uias urinæ pertingunt, nempe frigora exanguibus corporibus & carthilagineis non mediocriter obsunt. Philotheus sequentem particulam cum ista iungere uidetur, ut hunc sensum reddat: difficultates urinæ horrorem facientes, uel horrificæ, nempe inquit, *δυσουρία* δὲ φρικώδεις, ἧς τὸ πλεῖσθός τε καὶ αὐτῶν τῶν κύστιν τῆ ψύφει, καὶ νδρῶσ δὲ ὑπάρχουσιν, κακότερον πόνος ἀδιδάνεται. τὸ το γὰρ ἐστὶ τὸ φρικώδεις, id est, Difficultates autem urinæ horrificæ, scilicet fiunt, propterea quod & ipsa uesica frigiditate percellitur, & cum neruosa sit, ex hoc dolorem sentit; hoc enim est horrificæ. Si uero quis sit qui etiam in Philotheo horrores à difficultatibus urinæ distinguere uoluerit, is facile id faciet, si hoc modo Philotheum interpretetur. Difficultates autem urinæ & horrores, propterea quod & ipsa uesica frigiditate percutitur, & cū neruosa sit, ex hoc dolorem sentit: idem autem sunt horrores.

φρικώδεις, id est, horrores, Ita Leonicensus interpretatur, & non ab re, Theodorus autem reddit, dolores horrifici, & cum sequentibus iungit, scilicet, dolores horrifici costarum & pectoris, quod mihi absurdum uidetur. etenim opus non est ut dolores cum horrore in costis uel pectoribus fiant, licet nonnunquam fieri possint, propterea cum Leonicensio hæc distincta lego, ut horrores primo sint, deinde costarum & pectorum dolores sequantur. Itaque contextus omnes Græci habent, licet Hippocrates in libro De humoribus eadem referens quæ hic, horrores prætermittat, & solum pectorum & laterum dolores adducat. Tamen Celsus qui capite primo secundi libri hūc Aphorismum adducit, ista distincta ponit, dicens, horrores excitat. Item dolores lateris & pectoris. Hi autem horrores à Boreæ frigiditate fiunt, unde & Celsus capite nono primi libri dicit frigus horrores facere, & tremores. Si uero petas quid intelligendum sit per horrores, Celsus capite tertio libri tertij respondet dicens: frigus uoco ubi extremæ partes membrorum inalgescunt: horrorem, ubi totum corpus intremit. unde per horrorem hic Hippocrates totius corporis tremorem intelligit. & ideo idem Celsus capite octauo libri secundi inquit. febrem ardentem, quam Græci *καυσώδη* uocant, subitus horror exsoluit. potest autem hic horror sine febre fieri, quamuis in febrium initijs ut plurimum fiant, spirante Boreæ horrores fiunt, immo & frigora circa membra, quandoque circa

omnia, quandoq; circa illa quæ detecta sunt: uel quia Boreas sua frigiditate insensibiles meatus, & poros obstruit, ut fumi exire non possint, ad quos naturalis calor accurrens, extremas partes calore destitutas relinquit, propterea horrent, prima tamen causa perfectior est.

ὁ Αἰὼναι πλὴν γέων, σφίλων. idest, Dolores costarum, pectorum.] Mihi enim magis aridet ut pectorum in plurali, quam pectoris in singulari interpretemur, ut Leonicensis facit: quoniam apud Hippocratem & probos auctores, cum de pectore sermo incidit, in plurali pectora nominant, & non sine causa; quia in duas cavitates partitur, mediastina pellicula distinctas, ad hunc finem à natura factas, ne si una pars læsa sit, altera protinus lædatur: itaque pulmo in dextera parte, unam sui partionem habet, in sinistra alteram. Celsus capite primo secundi libri in singulari uertit, nec dicit costarum, sed lateris & pectoris. Ad rem igitur, costarum dolores multis de causis fiunt: uel ob Borealis uenti frigiditatem, quæ has partes mala qualitate frigida afficit, ex qua dolor causatur, quæ causam Philotheus sequitur: uel ob siccitatem, quæ dilationem prohibet, aut impedit; uel ob materiam à capite defluentem ad pectus, quæ nonnunquam pleuritim, nonnunquam dolores alios parit. In pectoribus quoque ob frigiditatem & siccitatem, & ob materiam fluentem dolores causantur, quoniam pectoribus mirum in modum obest frigus.

ὁ Κόταν οὐτὸ δ' ὕπαισθης. idest, Quando hic uentus, uel hæc tempestas præualuerit, eo modo intelligentes ut in prima Aphorismi parte dictum est, quando hic uentus ut plurimum regnauerit, quoniam nihil impedit alium uentum quandoq; spirare, sed rarius, ut in præterita hyeme, 1537. Boreas supra modum præualuit, ideo frigidissima & siccissima fuit, tamen quandoq; Ausfer & Euris spirant, sed rarissime; propterea multæ destillationes, ad fauces, ad guttura, & ad pectora descenderunt. Multas quoq; urinae difficultates in cura habuimus. In reliquis sanissima tempestas fuit.

Τοιαῦτα ἐν τοῖσι ἀρρώστισι προσδέχεται χθ. idest, Talia in morbis expectare oportet.] Quod an in morbis iam factis, an in morbis qui fiunt, hæc symptomata sequi intelligamus, parum refert. Sint autem symptomata, quæ non ratione morbi, sed potius ratione temporis ita inducentis consequantur: etenim tempus malam qualitatem facit, ad quam hæc sequuntur. nec ab re forte dictum est, expectare oportet: quoniam & si repente non fiant, tamen expectanda sunt, actiua enim qualitas frigida ita repente non afficit, ut calida facit. Nunc autem uigente Borea, hæc ferè symptomata in morbis habentur, quæ ab Hippocrate referuntur, tamen hyemem transegitimus, in qua Boreas præualuerat.

Per Boream uero non solum Aquilonem, sed Septentrionem, Thrasceam, & omnes occidentales uentos intellige, qui frigiditatem participant. Nempe regula est apud nos, quæ rarissime fallit, orientales uentos humidos esse & calidos, occidentales siccos & frigidos: & si quandoq; oppositum inuenis, id raro contingit.

Sed de aliorum uentorum qualitatibus, ab aliquo auctore expressum non est, propterea nos de aliquibus sermonem habebimus, qui ab Aristotele decimo septimo Problematum libro referuntur. ipse etenim problemate septuagesimo quinto eiusdem libri querit: propter quid Euro spirante, omnia maiora uideantur, Respondet, quia illo flatu aer obscurior, caliginosissimusq; redditur. ex quo inferri potest, eorum humidum esse, & aerem crassius atq; humidis uaporibus implentem, quo spirante pluuia ut plurimum fiunt, uulgoq; *strocho* nuncupatur.

Eodem libro problemate septuagesimo quarto & septuagesimo sexto, de Fauonio sermonem habet, & problemate. 54. querit propter quid Fauonius serenus ac iucundissimus uentorum sit, & quem Homerus flare per cæpos Elyfios hoc carmine dixerit,

Sed zephyri assidue spirant, auræq; salubres.

Respondet, quia temperiem aeris obtinet, non enim calidus est ut orientales, & meridionales, neq; frigidus, ut septentrionales, ideo medium calidorum, & frigidorum statum tenet, propterea iucundissimus uentorum zephyrus. hinc communis regula sumi potest, omnes septentrionales uentos frigidos esse, omnes australes & orientales calidos. Tu uero in hæc dubium mouere poteris, quia idem Aristoteles 74. problemate eiusdem libri de zephyro dubitat, cur lenissimus sit omnium uentorum, & frigidissimus. Si autem frigidissimu-

Alimus sit, quomodo...
orientem uentorum esse...
tamen hic uentus.
Sicilicet uero qui...
etiam ad austrum...
hæc tamen regula quæ...
occidentales autem...
propter quod in nostro...
orientales uero feruntur...
in austrum & merid...
frigidiora pyxides, di...
tempore nauta uentus...
Reperitur & quod Arist...
septuagesimo eiusdem li...
prohibe uulgum esse...
ita de dios opposit...
appellat propter...
autem responderet quod...
linea cuius emens non...
bes ab se facile dicit.
In summa igitur hoc ob...
humidos, quæ enim qualitat...
temperiales sunt frigida & sic...
ideo septentrionales omnium...
quam alij quibuscumq; ut A...
liti edocuit, & postquam...
quærit, capite de eodem septimo...
quibus occultationibus re...
cundum aphorismi parte...
adstruunt, uinum temperat...
tamen corpus ipsius, & mod...
partem de Austro adducit...
De humore uero, ultimo solio...
um superius addidimus, se...
quæ fauces exasperantur, quæ...
boreæ consequuntur, tantum...

diffimus sit, quomodo ipsum temperatum appellauit? Respondemus frigidissimum omnium uentorum esse intelligit, septentrionalibus exceptis: spirat autem ure & autumno hic uentus.

Subsolanus uero qui orientalis dicitur calidus est, ut ratio ex præcitate loco haberi potest, etenim ad austrum semper mutatur, fauonius autem ad septentrionem. Est enim hæc nautica regula quæ raro fallit, uentos orientales ut plurimum in austrinos conuertri, occidentales autem ut plurimum in septentrionales. unde ex hoc rationem colligo propter quid in nostro climate uenti orientales aerem perturbent, & humiditates pariât, occidentales uero serenitates. Harum enim rerum ratio in promptu est, quia Sol ex oriente in austrum & meridiem transit, ex occidente autem in septentriones, ideo perfectæ navigatoriæ pyxides, dispositiones uentorum, secundum motum solis habent, uoluntque periti nauæ uentos Solem consequi.

Reperitur & apud Aristotelem, Cæciæ uenti facta mentio; est autem problemate quinquagesimo quinto eiusdem libri, ubi quæritur cur solus uentorum trahat ad se nubes, ut proverbio uulgatum est. est uero is uentus qui uulgo *Græco* nuncupatur. Et quia dici potest, esse duos oppositos uentos, quorum unus cæciæ contrarius, nubes Cæciam uersus impellat, propterea istud ab Aristotele reprehenditur, quia si hoc esset, non lateret. Ipse autem respondet quod alij uenti per terram spirant, iste autem uersus cælum spirans suæ lineæ cauum erigens, non ad terram resupinans, suam originem repetit, propter hoc nubes ad se facile ducit.

In summa igitur hoc obseruandum est, omnes meridionales uentos esse calidos & humidos, quas etiam qualitates habent uenti orientales, sed minus quam australes. Septentrionales sunt frigidi & sicci, & ita occidentales, sed minus quam septentrionales, & ideo septentrionales omnium saluberrimi sunt, & ipsis spirantibus, magis appetimus, quam alijs quibuscunque, ut Aristoteles problemate sexagesimo quinto libri decimiseptimi edocuit, & potissimum calidis & humidis naturis conueniunt, unde Aetius libro quarto, capite decimo septimo, ubi calidi & humidi cerebri signa describit, inquit hos aquilonijs constitutionibus optime degere. Celsus capite primo secundi libri, hanc secundam aphorismi partem ita refert, Aquilo tussim mouet, fauces exasperat, uentrem adstringit, urinam supprimit, horrores excitat. Item dolores lateris, & pectoris: sanum tamen corpus spissat, & mobilius, atque expeditius reddit. deinde primam Aphorismi partem de Austro adducit, quam nos superius attulimus. Hippocrates quoque in libro De humoribus, ultimo folio hunc Aphorismum, ad uerbum prosequitur. Primam partem superius adduximus, secundam uero his uerbis refert, Sin autem Aquilo, tussiles uigent, fauces exasperantur, uentres durefcunt, lotij difficultates, laterum, pectorumque dolores consequuntur, tantoque magis, quanto uehementius spirabit.

GALENVS

ID QUIDEM quod fit, declarauit, inquiens. Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes. Causam autem adscribens ob quam, ubi hæc tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. Semper siquidem oportet medicum distinguere, & separare id quod ex causa extrinseca fit, & non morborum ratione, ut præcognitiones faciat diligentiores. Causam uero ob quam austri reddant auditum grauiorem, & uisum caliginosum, non est difficile ex eius temperatura cognoscere, quæ calida & humida natura est. Omnia etenim talia sunt apta replere caput. Ob hoc igitur & sensuum instrumenta plurima implent humiditate, & capitis grauitatem efficiunt. Principio autem neruorum humectato, necesse est & circa uoluntarios motus pigritiam uenire, & ueluti in seipso dissolutum hominem apparere. Contra uero in aquilonijs, ut ipse inquiet inferius, corpora fiunt robustiora, uegetiora, & ad motus promptiora, et melius audientia. Nunc uero hæc non opposuit his quæ ex austro circa corpus contingunt, quoniam in hoc aphorismo de læsione tantummodo, quæ ex utroque accidit uento, tractare proposuerat, ut hæc cognoscetes ab illis separemus quæ ex morborum natura contingunt. In aquilonijs igitur (ut inquit) fiunt tussiles, propter uidelicet instrumentorum respirationi obseruētium intemperiem, & propter faucium asperitatem, de

qua nobis insinuavit adiungens uerbum illud, fauces, ut subintelligeremus, patiuntur. Nam solet hoc modo loqui aliquando. Paulo post igitur inquit. Autumno & plurimi aëstiuorum, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes. Licet autem & simul duo coniungentes legere, fauces alui duræ, ut nonnulli expositores legendum existimarunt. Nam fauces in aquilonijs constitutionibus apparent duræ, quoniam exsiccantur, ac refrigerantur, & uenter inferior dura excernit, & propter temporis constitutionis temperaturam quæ uergit ad siccitatem toto corpore exsiccat, & magis ipso ad se ipsum trahente eas quæ fiunt ex cibis humiditates. Sed & alia ratione, quoniam si longiori tempore maneat, & non excernantur, omnia humectantur. Vring etiam accidit difficultates, uelica flatu aquilonis ob frigiditatem offensa. Est enim exanguis, & propterea ex causis frigidis, plusquam aliæ partes, ipsa est offensionis parata. Eadem aquilonis frigiditas etiam thoracis dolores efficit, communi etiam & ad alias partes læsione, & illa quoque, quæ fit ex respiratione assumentis, quæ non pari modo pulmonem attingit, et cor, ob sui caloris multitudinem. Homines uero horridos fieri in aquilonijs constitutionibus, clarum est, consentaneæ uidelicet aeris ambientis temperaturæ.

BRASAVOLVS

PRIMO, Galenus ab Hippocrate declarari edocet, quid futurum sit, si hi uenti spirauerint. Tu uero illam partem considerare debes, in qua dicit, Causam autem adscribens ob quam ubi hæc tempestas præualuerit &c. hic uidetur esse deprauius Galeni codex, nã hanc causam non reddit, tamen Græci codices omnes, & Aldinus, & antiquus noster, ita habent *τιν δὲ αὐτίαν αὐτῶ προσχέρας, ὅταν οὖτος δυνασθῆν, τοιαῦτα γὰρ τῶν ἀρρώστιων πρόχουσι*. Quæ si ad uerbum interpretemur, hæc dicunt, Causam autem huius adscribens, quando hic uentus præualuerit, talia in morbis patiuntur. Nos hanc partem aliàs ita legebamus, Causam autem huius adscribens, ubi hæc tempestas præualuerit, deinde legere solebam, Causam autem adscripsit, quando hæc tempestas præualuerit, propterea hæc speculatus, & ad rem non multum facere noscens, quia Hippocrates harum rerum causam non edocet, ideo hoc modo legendum esse putauimus, Causam autem huius adscribemus, Cur, quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur, ut illa particula, Adscribemus, ad Galenum referatur, et non ad Hippocratem. Itaq; legendum sit *προσχέρας*, & non *προχέρας*. Aut forte illa pars *τιν δὲ αὐτίαν αὐτῶ προσχέρας*, transponenda est, & ante illam partem ponenda *αὐτῶ γὰρ τῶν ἀρρώστιων* &c. Hæc autem pars *ὅταν οὖτος δυνασθῆν* &c. statim post Aphorismi principium ponenda sit, ut in hunc modum continuatio fiat, id quidem quod fit declarauit, inquit, Austri auditum hebetantes, caliginosi, caput grauantes, pigri, dissoluentes, quando hæc tempestas præualuerit, talia in morbis patiuntur. Causam autem huius adscribens, semper siquidem oportet medicum distinguere, & separare, & reliqua. Vnde putamus in hac scriptura à librarijs errorem factum esse. Vel dicamus Galenum causam reddere cur uti le sit scire, quod Austri talia faciant, causam uero hanc reddit, quia medicus semper extrinsecas symptomatum causas à morbis ipsis, scire distinguere debet, ut in prædicendo diligentior sit, quoniam uidens & noscens hæc symptomata ex tempestate provenire, & non ex morbo, prædicet, hoc symptoma etiam absente morbo perdurare posse, aut alia huius generis.

SECUNDO causam reddit, cur Austri grauem auditum faciant, & uisum caliginosum, quia calidus est, & humidus uentus: ea autem quæ humida sunt, caput replere apta sunt, quo repleto, sensus afficiuntur, fitq; grauior auditus, & uisus caliginosus. immo quia cerebrum sensus & motus principium est, propterea non solum sensus patientur, sed et uoluntarius motus impediatur, unde homines dissoluentur, et pigriores euadent, oppositum fit spirante Aquilone, corpora robustiora, uegetiora, & ad motum promptiora fient, & melius audientia, ut posterius edocebit.

In hac parte ubi legitur, non est difficile ex eius temperatura cognoscere, legendum est, ex eorum temperatura cognoscere, ut dicatur, eorum in plurali, sicuti in plurali Austri dixerat.

TERTIO, dubium soluit, quo aliquis dubitare posset, propter quid ea commoda non po

non ponit, que Aphorismis...
 non commoda, ut hinc...
 natura contingit, dicitur...
 res locandi libri repetit...
 nobilitas expectantur...
 QVARTO, ad aqu...
 instrumentorum respir...
 unde quod additur, fauces...
 in inferioribus edocetur...
 & erraticæ, & lienes...
 patiuntur.
 QVINTO, Illam partic...
 ueliam, dicitur, que exsiccat...
 SECTO, causam reddere...
 præualuerit, flammæ, hæc, d...
 rinit, & que erant causa...
 hinc, ad se trahit, imo ratione...
 in corpore detinetur, & no...
 aut parte. Leonitem interpre...
 in codicebus græcis scriptum...
 nam longiore tempore man...
 comit, & non omnia, exsic...
 heat, & non solum, & r...
 SEPTIMO, ratione reddidit...
 hinc fringere ostenditur, et...
 & tenuissimas uenas habet...
 OCTAVO, eadem frigi...
 dicitur partes ostendit, nam...
 res reddunt, & in pericula...
 fensu non possunt, ut pulm...
 Deniq; horum ratione...
 ex consequenti totum corpus...
 interpretatione, clarum est...
 ea contextus legit, & illa...
 nos hoc modo interpretand...
 uerum legitur, itaq; ad uer...
 dicitur reddere.

Quando qitas sit uentus...
 PHILOTHEVS hinc...
 improprie, & propterea...
 potest de generalibus uent...
 de uentis temperatissimis...
 Ven tempus esse tempus...
 quia calens natura agere...
 expellere, utraque si mal...
 uolentem & humectantem

non ponit, quæ Aquilo cōtra Austrum facit. Respondet, Hippocratē illa omisisse, quia in hoc Aphorismo, lésiones solum positurus erat, quæ ex his uentis accidunt, non autem commoda. ut has lésiones cognoscentes ab his quæ non ex tempore, sed ex morbi natura contingunt, distinguere sciamus. Tamen Celsus hunc Aphorismum capite primo secundi libri repetēs, simul etiam commoda repetit, ut quod sanum corpus spillet, & mobilius atq; expeditius reddat.

QUARTO, ad aquiloniam tempestatem transit, in qua dicit tusses fieri, propter instrumentorum respirationi deseruientium intemperiem, & quia fauces asperæ sunt, unde quod additur, fauces, interpretetur patiuntur, quia Hippocratis loquendi modus est, ut inferius edocebit, quando ab Hippocrate dicitur, autumno & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, in quo loco Galenus addendum esse annotauit id uerbum patiuntur.

QUINTO, Illam particulam, fauces, altera expositione exponens illi addit eam particulam, duræ, quia exiccantur, & refrigerantur, propterea duræ apparent.

SEXTO causam reddit, cur inferior uenter dura excernat, quia (inquit) totum corpus exiccatur flante borea, deinde exiccatum corpus, humiditates, quæ in inferiori uentre sunt, & quæ erant causa humiditatis alui & quæ melius & mollius excernere faciebant, ad se trahit. imò rationē alterā reddit, quia feces, spirante borea, longiori tempore in corpore detinentur, & non excernuntur, propterea exiccari necessarium est. In hac aut parte, Leoniceni interpretatio oppositum penitus legit, quàm uel ratio postulet, uel in codicibus græcis scriptum sit. Illa enim uerba quæ ipse habet, sed & alia ratione, quoniam si longiori tēpore maneant & non excernantur, omnia humectantur; legenda sunt, omnino & non omnia, exiccantur, & non humectantur. ita enim in contextu græco habetur, πάντως ἐξικμάζεται. idest. omnino exiccantur.

SEPTIMO rationem reddit cur difficultates urinæ fiant quia, (inquit) uesica ab aquilonis frigore offenditur, etenim est nostri corporis exanguis pars, quoniam paucissimas & tenuissimas uenas habet, ideo facilius quàm alia partes à frigore lædi potest.

OCTAVO, eadem frigiditatem thoracis dolores efficere dicitur, eodem modo quo alias partes offendit. nam infrigidat & exiccat, ideo ad respirationis motum ineptiores reddit. tamē & si pectora offendantur, illa quæ in pectoribus clauduntur ita facile offendi non possunt, ut pulmo & cor, quia intensam caliditatem habent, præsertim cor.

Deniq; horrois rationem reddit, qui spirante Borea fit. nam aer frigidus efficitur, & ex consequenti totū corpus frigescit. Quod autem à Galeno dicitur secundum Leoniceni interpretationē, clarum est, consentaneæ uidelicet ambientis aeris temperaturæ, Græcus contextus legit πρόσθιλον, ὡς εἶναι τὸ πρὸ ἀφίχοντος ἀπολεθῆ κρῆσιμ. Quæ uerba nos hoc modo interpretanda esse ducimus, Clarum est, quod ob ambientis temperaturam sequitur. Itaq; ad uerbum Galenus exponitur, & eius sententia longe facilior & clarior redditur.

APHORISMVS VI

Quando æstas fit ueri similis, sudores in febribus multos expectare oportet.

BRASAVOLVS

PHILOTHEVS hunc Aphorismum ita introducit, πρὸς ἀνέμων διαλεξάνων ὁ Ἱπποκράτης, τῶν ἡμερικῶν τῶν βορέων τε καὶ νότον, ἐπὶ νυῖ πρὸς ἄρῳ λέγει. idest, Cum Hippocrates de generalissimis uentis disputauerit, aquilone inquam & austro, nunc iterum de anni tempestatibus tractat.

Ver tempus est suapte natura calidum & humidum, propterea ad sudores aptum, quia calor natura aperire est, & excitare, humidum uero natura est cum à calore expellitur, irrorare & madefacere. ob hæc, quando æstas ueris qualitates, idest, caliditatem & humiditatem nacta sit, in febribus quæ accident, sudores mul-

tos futuros iudicatio & expectato, qui magis in aestate fiunt quam in uere, quia calor aestiuus, & si aliquam similitudinem in hoc casu cum illo ueris habere dixerit, tamen ad experiendum, & ad attenuandas humiditates, quae facilius exiunt magis aptus est. Celsus capite primo secūdi libri hunc Aphorismum ita refert: ubi uero calor à primo uere orsus, aestatem quoque similem exhibet, necesse est multum sudorem in febribus subsequi. est autem calor à primo uere orsus, iunctus humiditati: ideo inuolute id dicit, quod Hippocrates explicatius inuulgauit. & licet calorem nominet, tamen illud non ex solo calore, sed cum humiditate simul fit. propterea intelligendus est de calore ueris, qui humiditatem mixtam habet, & ideo in eundem sensum cadunt. Ipse etiam Hippocrates huius Aphorismi sententiam in libro De humoribus edocet, ampliorē tamen quam hic posita sit. inquit autem: cū autem aestas ueri similis est, sudores in febribus, modi faciles non graues, linguæque nō ualde siccescunt. Quae omnia ad calidam & humidam aestatem omnino cōsequuntur. Per modos autē faciles & non graues, intelligit quod nō erūt ingentes febres, quales in siccitatibus fiunt. uel ad sudorē potius referamus, quod erunt modi sudandi faciles nō graues. sunt enim grauiore sudandi modi in siccitatibus, & lingue merito propter iunctam humiditatem non ualde siccescunt, quae humiditas non modo in capite, sed in toto etiam corpore imbibita est. Hæc in genere dicta sint, nunc ad singulas Aphorismi particulas descendamus.

ὅμοιαν θερμότητα ἔχει ὁμοίαν. idest, Quando aestas fit ueri similis. Erit autem ueri similis aestas, quae easdem qualitates habeat. Ver autem temperatū est in humidum & calidum inclinans, ita ad easdem qualitates inclinabit aestas: quamuis easdem præcise esse non oporteat, quia aestas calorem intensiorem semper habet: imò medice loquendo, illa aestas non est aestas, sed uer, quia medicus secundum qualitates & temperaturas tempora denominat, syderum uero ortus & occasus, & per ipsos temporum distinctiones parum curat. nam id tempus secundum astronomos aestas erit, quia sol in cancro, leone, uel uirgine erit, secundum medicos autem nō erit aestas, sed uer. Philotheus exponens, quid intelligere oporteat per esse ueri simile, inquit τὸ τίσι σύμμετρον τῆ κρᾶσει. hoc est temperatura commoderatum.

Ἰδρωτὰς ὅν τοισι πυρετοῖσι πολλὸς πρὸς δὲ χεῖρα γῆ. idest, Sudores in febribus multos expectare oportet. Cum propter humiditatem, tum propter caliditatem, unde & Philotheus inquit fieri hos sudores θερμότητι τῷ ἔξωθεν ποδὲ χροῦ αἰρῶ, καὶ ὑγρότητι περιηθῆσθαι ὅν ἐξ σώματι, ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἰαρινὸν κατὰ σῆμα, οὐ μὴ πλὴν θερμότητι ἐλκε πρὸς τὸ σώμα τὸ ὑγρὸν, οὐκ ἐ πλὴν ὑγρότητα, ἢ δύναται ἀποσειδῶς εἰλῆαι, εἰς ὅτως ἀδρῶν ὅν τοισι πυρετοῖσι τὸ ὑγρὸν ἅπαν ἐκκενῶν ὁ ἰδρωτὰς ἐργάζεται. idest, caliditate extrinsecus ambientis aëris, & humiditate in corpore redundante. At quoniam uerna constitutio propter caliditatem humidum ad cutem trahit, propter humiditatem uero per euaporationem trahere non potest, merito in febribus omne humidum cumulate eliquatum sudores facit. De sudore autem Galenus in sexto libro De symptomatū causis, tractat, ubi inquit, aliquos esse sudores per resolutionem habitus, & hunc affectum syncopen nominant, Alij sunt per crism facti, qui purgant corpus, & indicat naturam esse fortem; alij fiunt per moderatam exercitationem, alij per balnea, alij per calorem aestiuum, qui omnes criticis similes sunt, alij sunt per immodicas exercitationes, sed in his cū superflua humiditate, etiam exit aliquid utilis. hi sunt modi quibus apud Galenū sudores fiunt. Causam uero multitudinis sudoris statim addit. In his fit multus sudor qui habent corpus rarū: unde raritas est causa multitudinis sudoris, & tenuitas etiam materiæ & eius abundantia: quae causae omnes in humida, & calida aestate inueniuntur. nempe ratione caliditatis nostri corporis meatus & poros aperit, & materia tenuior efficitur, & quia similis uerri, propterea humiditatem habet, quae abundat: & ideo non mirum si in febribus multi sudores fiunt, quando aestas talis erit. Quod uero ab Hippocrate dicitur, in febribus hæc fieri, id intelligas & in omni altera ægritudine. imò & in sanis se exercitātibus idem euenire solet: non quod sudent simpliciter, quia istud in aestate etiam sicca sanis se exercitantibus accidit, sed multum sudant, & propter balnea, & propter alias causas, propter quas Galenus præcitato loco sudores fieri admonuit. & hæc est causa propter quam Hippocrates

plurāli

Q V E R A D R O V M
 Aliquod calor accendit
 Quando aestas fit ueri
 Similis, inquit, oportet multum
 Sudorem exire, quia in
 Humiditate in corpore
 Multa inueniuntur. A
 Alias quidem causas
 Caliditatem etiam ueris
 Quae sunt resolutione
 Quae sunt resolutione

plurality usus est *ἰσθῶρες*, idest, sudores. quomodo autem hi sudores fieri intelligendi sint uel per modum crisis, uel sine crisi, nos tam in crisi, quam extra crism intelligimus: ut sensus sit, multas febres per multos sudores terminari, & iudicari. imò & si non fiat crisis, ægri multum sudabunt, quod non solum ratione, sed & experientia ostenditur. si uero causas petas, propter quas æstas talis sit, Respondent aliqui, causas esse australes uentos qui regnant. hoc autem mihi non satisfacit, quoniam ut plurimum in æstate post meridiem uenti australes regnant, & tempus tranquillum reddunt, & hoc in nostro climate connaturale est, æstiuo tempore ante meridiem Africus uiget, quem *Gerbinum* nuncupamus, post meridiem eurus qui *sirocho* dicitur. propterea nobis potius dicendum uidetur, uentos regnare qui sunt frigidi & humidi, & qui propter frigiditatem, æstatis calorem remittunt: & ita temperata sit æstas, propter humiditatem temperiem ueris habet: uel ob frequentes pluuias talis æstas erit. Quod autem à quibusdam recentibus dicitur de constellationibus, quæ huius temperiei causæ esse possint, à uero medico parum curatur, cum res sit quæ sub sensum non cadit. Dixit autem Hippocrates, multos sudores, quia re uera si critici sint, unico sudore non perficiunt, sed multos esse necessarium est. Si etiam dubites quæ genera febrium hæc esse debeant, Respondemus, posse esse omne genus febris, quod ab humore dependet. etenim ephemeræ ut tales sudorem non habent, quamuis & in ipsis sudare contingat, sed non ratione qua ephemeræ. De humoribus autem sententiam Hippocratis neq; ad chronicas, nec ad acutas arcto, quia in humida & calida æstate, tam in his quam in illis sudores multi contingunt. Si etiam petas quid frigus ex hoc Aphorismo habeamus. Respondemus hoc in primis, quia futura circa febres prædicere sciemus, quod in medico optimum est, & necessarium: deinde ea præmittimus quæ ad hos sudores incitant, ut febris per sudorem citius finiat, & id ad quod inclinatur citius habeatur. Quod autem eiusmodi temporis dispositio hoc indicet, Galenus tertio Prognosticorum libro, commentatione quadagesima docet. ab Hippocrate etenim in contextu dicitur, temporis conditionem tenendam esse. Galenus in commentatione inquit, Sed abunde erit dicere singulare exemplum futuri sudoris. per æstus squallentes febres prope dixerim sine sudore eueniunt: per imbres cum sudore magis infestant. Itaq; constat: ut præter alia signa, quæcunque ægroratiōis propria habentur, futurum demonstrantia sudorem, circumcurrentis præterea aeris conditio accedens spem futuri sudoris firmiorem subscribat: unde uides tempestates edocere, si ægritudines per sudorem terminari debeant, necne: propterea de sudore critico Hippocrates potissimum intelligendus est, quamuis & de omni alio uerus sit.

Hic uero dubium intercidere poterit, an uer plures sudores faciat, quam æstas ueri similis, cum uer ipsum proprie tale sit, & non per assimilationem ad aliud. Respondemus, in æstate tali multo plures fieri sudores quam in uere, quia uer nondum potuit attenuare materias, quas æstas attenuat. nam per ueris caliditate transiere, deinde illam æstatis experiantur, unde quod in uere adhuc congelatum & crassum remanebat, ob æstatis calorem (qui intensior est, quam ueris calor) attenuatur & liquefcit. Si uero comparationem feceris ad æstatem ualde calidam, dicemus talem æstatem citius inducere sudores, sed paucissimos: quia pauca ille humiditates quæ in corpore sunt, cito absumuntur.

GALENVS

QUEM AD MODVM paulo antea dicebat, Quando die eadem, aliquando frigus, aliquando calor accidit, morbos autumnales expectare oportet: sic nunc rursus. Quando æstas sit ueri similis, hoc est temperaturam habet commodatam, expectare, inquit, oportet multos sudores in febribus, & hoc non sine ratione. Neque enim sine aeris ambientis calore multi sudores fieri possunt, neque absque hoc, quod aliqua humiditas in corpore contineatur. Horum uero alterum est in æstate, alterum uero in hyeme. Autumno uero neutrum, uere autem utrunque. Rationabiliter igitur æstas quidem arida, satis absumit, atque resoluit humiditatem. Similis autem ueri ob caliditatem quidem attrahit ad cutim, ob humiditatem uero non potest per modum uaporis resolvere. Tota igitur simul humiditas in morborum iudicijs expulsa sudores facit.

PRIMO Galenus continuationem quādam facit, quæ est, Cum superius Hippocrates de autumnalibus temporibus cum alijs comparationem fecisset; nam dicebat quando eadem die modo frigus, modo calor extiterit, quando autem hæc sunt tempus autumnale est, in quo noctes, matutinae & uespertinae horæ frigidæ sunt, meridiana autem calidæ, tunc morbi autumnales expectandi sunt: Eodem modo nunc uer alijs temporibus comparat, & licet de æstate solum loqui uideatur Hippocrates, tamē & in omni alio tempore hoc intellige, quando hyems, quando autumnus ueri similes erunt, sudores multi expectandi sunt, secundum horum temporum proportionem. non enim tot fluent sicut in æstate. de his tamen non meminit, quia rarissime accidit, hyemem & autumnum ueris temperaturam habere. Exponit autem Galenus ueris temperaturam habere, idest, commoderatam temperaturam habere, non tamen exquisitè commoderatam, quoniam tunc humiditas multa non adesset, quæ per sudorem emanare deberet, sed Hippocrates intelligēdus est commoderatam, secundum ueris commoderationem, quia tantam humiditatem non habet, quantam hyems, nec tantam caliditatem quantam æstas.

SECUNDO, multorum sudorum rationem reddit Galenus, quia caliditas & humiditas superflue adsunt, sine quibus sudores fieri non possunt. Iste autem duæ qualitates in solo uere simul inueniuntur. æstas enim solam caliditatem habet non humiditatem, quia si apte natura sicca, hyems solam humiditatem habet, non caliditatem, quia frigida. Autumnus nec caliditatem nec frigiditatem habet, quia frigidus & siccus, solum igitur uer caliditatem & humiditatem habet, ideo in ipso cum febres adsunt, & fieri possunt multi sudores & fiunt.

In illa autem parte ubi scriptum est, neq; absq; hoc quod aliqua humiditas in corpore contineatur, & reliqua, deest hæc particula superflua. ita enim legi debet, neq; absq; hoc quod aliqua humiditas superflua in corpore contineatur. & re uera addenda est hæc particula, quia in nostro corpore semper humiditas adest, tamen sudores multos non facit, sed multi solum fiunt, cum hæc humiditas superfluit. Adde græcum Galeni codicem habere hanc particulam *πλεονησις*, idest, superfluum uel exuperantem, nempe dicit, *ἢ τε ἂν ὅτι τοῦ πλεονησιῶς τῆς ὑγρότητος πλεονησις ἢ τῆς σάματι*, idest, (ut uerbum uerbo reddamus) neq; sine hoc, quod contineatur aliqua humiditas superflua in corpore.

TERTIO, Aphorismum ad propositum ducit, si æstas suam temperaturam seruet, arida est, propterea humiditates absumit & resoluit, ideo in ipsa multi sudores expectādi non sunt. sed si ueri similis sit, calida & humida est, ob caliditatem uero humiditates attenuat, & ad cutim, per caliditatem iam apertam ducit. Est autem hæc humiditas tanta, ut insensibiliter resolui non possit, sed tanquam aqua effluit, quæ in crisiibus tota, per conuenientes uias, idest, per cutim expulsa, multos sudores parit.

In ultima ferè huius Aphorismi parte, ubi legitur, tota igitur simul humiditas in morborū iudicijs expulsa sudores facit, in Græco habetur *ἀθρόως ἢ ἐν τῆς τῆς νόσου κελου, ἢ ὑγρὸν ἅπαν ἰκκονόμῳ ἰσθῶρας ἐργάζεται*, idest, (Si ad uerbum referatur) Comprehensim igitur in morborum iudicijs humiditas omnis effusa sudores facit. nam illa particula *ἀθρόως* comprehensim, coaceruate, cumulate significat, & non est adiectiuum ad humiditatē, sed bene illa particula *ἅπαν*, humiditati applicāda est, quæ omne significat.

APHORISMVS VII

IN siccitatibus febres acutæ fiunt, & si annus magna ex parte talis fuerit, qualem fecerit constitutionem, tales plurimum morbos oportet expectare.

BRASAVOLVS

PRO natura materiæ morbum facientis, morbus ipse generatur, humores autem tales uel tales ob uarias causas fiunt, inter quas una est tēporis dispositio, & temperatura. Siquidē tēpus siccum sit, humores ad febres acutas causandas apti generantur, nempe biliost

biliosi ualde. Immo si annus pro maiori parte siccus fuerit, tales morbos expectato. si uero alterius naturæ sit, quam constitutionem habeat, considerato, nempe tales erunt potissimum ægritudines, quales temporis constitutio fecerit, illa enim ad generationes materierum morbos facientium potissimū facit. Celsus capite primo secundi libri, non solum de acutis febribus dicit, quod in siccitatibus fiant, sed alia plura enumerat, de quibus Hippocrates inferius sermonem habebit. hæc enim Celsi uerba sunt: in siccitatibus acutæ febres, lippitudines, tormina, urinæ difficultates, articulorum dolores oriuntur, quæ omnia a biliosis humoribus siccisq; fieri constat. Hippocrates uero in ultimo folio libri De humoribus, edocet quidem post siccitates febres uehementiores sequi, sed addit, post æstus & pluuias. quia nos aphorismum tam in siccitatibus frigidis, quam calidis intelligere possemus, tamen in calidis potissimum intelligendus est. Ipse autem Hippocrates præcitato loco, de calidis siccitatibus intelligendum esse ostendit. inquit enim: post uero siccitates, æstus & pluuias febres sequuntur uehementiores, mitiores uero, prout hæc magna, multa uero fuerint, corporaq; habuerint, quicq; humores habuerint, quum hæc inuadunt, temporaq; mutantur. unde secundum ipsum magnitudo siccitatis & paruitas uehementiorem & mitiorem febrem faciunt.

Εν τοις αἰχμοῖσι, idest, in siccitatibus. Theodorus, in squalloribus interpretatur, tamen & si squallor siccitatem sequatur, quia ea squallent quæ exiccantur, ego potius, in siccitatibus, interpretandum iudico, tum quia hæc ratione qualitatis sicca sequuntur, tum quia Celsus antiquus & Romanus medicus ita interpretatur, & Philotheus exponit αἰχμὸν siccitatem, inquit αἰχμὸν καλῆ ἰπποκράτους τῶν ξηρότητα τῶν πέρα τοῦ μετρίου, ὡς καὶ ἐπιμαθεῖται τῶν ὑγρότητα τῶν πέρα τοῦ μετρίου, idest, Hippocrates squalorem uocat siccitatem supra mediocritatē, sicuti imbrem humiditatem supra mediocritatem. Si uero quæras de quibus siccitatibus sermo fiat, an de naturalibus, an de his quæ præter naturā sunt, Respondemus, in uniuersum de omnibus sermonem fieri. in omnibus enim siccitatibus ficci humores & biliosi generantur, tamen in siccitatibus præter naturam hoc potissimum fit, ut quando æstus præter naturam suam magis sicca fuerit: quamuis & si propriam siccitatem, ac naturalem habuerit, & non auctam, siccos humores etiam generabit, atq; biliosos, quos singulis annis fieri uidemus, etiam si siccitates non supererit, & potissimum cum calore siccitates intelligit, quamuis & in frigore siccos humores generari nihil impedit.

Πυρετοὶ ὀξεῖθ γίνονται, idest, Febres acutæ fiunt. Dicuntur uero acutæ febres, quæ & cito finiunt, & seuiora symptomata habent. de solis autem febribus sermonem habet Hippocrates, utpote de uniuersalioribus morbis qui in corpore humano fieri possunt. Tu uero & alios morbos intelligere debes, quos Celsus præcitato loco enumerauit, a calidis & siccis humoribus dependentes. nam temporis siccitas, hos humores magis acuit, ideo accensior intensior fit, & talis, ut ægri furere uideantur. De hac autem re plenius deinde agetur, ubi de alijs morbis sermonem habebit, quando anni tempora quæ se consequuntur, sicca & squalida fuerint. Nonnulli uero intelligunt febres iam factas acutiores fieri. Nos autem cum Galeno dicimus febres quæ inuadunt acutiores fieri: tamen & si qui morbi iam facti sint, a siccitate, ut acutiores fiant quàm sint, adiuuari posse non negamus, etiam si diuturni fuerint. quia siccitas humidum resoluens ut ea ægritudo citius terminetur, coadiuuat. At si atrabilarius humor fuerit, huic nimis exiccando magis obest, quamuis adeo exiccare posset, ut humorem istum penitus absumeret. Tamen & si febres acutiores sint, pauciores accidere solent, ut raritate compensetur acuties. quod Philotheus animaduertens inquit acutas quidem febres fieri. ὀλίγοι δὲ, idest, paucæ autem. deinde sequitur, διότι ἡ ξηρότης ἡδε ἐσθρὸς εἰσὶν ὅτι πολλοὶ αἰὶ χυμοὺς ἐργάζονται, χλωδεσθρὸς δὲ τῆ πικροτητι, idest, Quoniam siccitas humores multitudine pauciores facere consueuit, qualitate uero biliosiores. Hic dubium fieri posset, quomodo tempora præter naturam sicciora reddantur. Respondemus, hoc modo fieri, quia ficci uenti præualebunt, uel ob intensam caliditatem, uel quia in illa tempestate imbres nunquam fiunt, ut cum sol terram diutius illustrat, sicuti oriente cane, & dum in cancro est, fit.

Nec illud dubium prætermittere audeo, quomodo in hoc tempore acutæ febres fiant, cum

cum febres ex putredine nascantur, siccitas autem putredini repugnet. Respondemus, putrefactiones quidem magis raras fieri, sed illæ, quæ accidunt, acutiores morbos parant, nam & si humores natura sicci sint, & sicci nuncupentur, aliquid tamen humidi habent, quia actualem humiditatem semper iunctam seruant, propterea humores appellantur. In hoc autem & maior & uehementior ebullitio fit, & ex consequenti intentionior febris, sed hoc rarius euenit, ut Galenus in commento edocebit.

Hoc etiam dubium ingerere poterit, quia ex humoribus siccis diuturnæ febres potius fieri uidentur, quæ acutæ: tempus etenim siccum, siccios humores reddit. sed nihil aliud est exiccare quàm attenuatis humoribus in crassare, igitur crassi humores generantur, crassi autem humores longas febres pariunt. in siccitatibus igitur febres longæ, & non acutæ fiunt. Respondemus, materiam à siccitate magis acui & attenuari, & licet simul etiam resoluat, minus tamen resoluit, quàm igniat & attenuet, ideo materia tenuior redditur & non crassa. Si uero accideret adeo exiccari, quod materia prædura fieret, tunc si corrumpetur (quod difficillimum est) febris longior efficeretur, tamen impossibile est in humano corpore tantam resolutionem fieri.

Καὶ ἂν μὲν ἰδίῳ πλείον ἢ τὸ ἔτος ποιοῦν ἐὶν, id est, Et si quidem pro maiori parte fuerit annus talis,] Dixerat siccitates acutas febres gignere, quod in particularibus temporibus intelligebat, nunc uero ad totum annum ampliat. si in particularibus temporibus siccitates morbos acutos gignant, tu ipse cogita, si integer annus siccus fuerit, quid consequi debeat. tamen quia impossibile est totum annum siccitatem seruare, propterea addit maiori ex parte, ut intelligatur siccitatem in toto anno præualere, & hanc conclusionem innuat: in siccitatibus acuti morbi fiunt, quando in temporibus particularibus eueniunt: si uero accidat totum annum talem esse, quod siccitas præualeat, morbi tanto acutiores fiunt. Mihi quæ potius arridet, ut legamus, pro maiori parte, quàm magna parte quia & uocabulum ἰδίῳ πλείον ut plurimum id significat.

Ὅμοίω καὶ τῶν κρείσσασιν ἐπισησιν ὡς ἰδίῳ τὸ πολὺ, καὶ τὰ νοσήματα ποιοῦναι δὲ πῶς διεχέσθαι, id est, Et qualem cōstitutionem fecerit maiori ex parte, & morbos tales expectare oportet. Cuidam obiectioni tacitæ respondere uidetur, quia ab eo superius dictum est, in siccitatibus acutas febres causari, de alijs autem constitutionibus nihil meminerat, propterea ne quis admiretur, de omnibus in genere sermonem habet, dicens: si annus maiori ex parte siccus sit, acutæ febres erunt: si autem non sit siccus, constitutionem quam habet considerato. nam secundum illam constitutionem tales morbos plerumque expectato, si enim humida fuerit, morbos longos & non acutos faciet. si frigida uel calida, morbi has temperaturas consequentur. Philotheus uero morborum dispositiones quæ ad siccitatem consequuntur, edocens inquit καὶ ἰδίῳ πλείον δὲ πῶς διεχέσθαι, φησὶν ἰπποκράτης, ὅτι καὶ τῶν κινδύων, ἢ ὡς φησὶ ἔσθ' ὅτι, λοιμικὰ, οἷον βυβῶνας, καὶ γὰρ ἅπ' ἐξ ἡρότης ὅτι σπυρίωνται τῶν τε πύθων, ἢ γὰρ τῶν ὅτι λοιμῶ ἢ λιθῶν φησὶν αὐτὸς βυβῶνας αὐτοῖς ἐγίνοντο καὶ διὰ τῶν αἰσίων, καὶ τριτάτοι, id est, Tales morbos accidere oportet, inquit Hippocrates, acutos in quâ & periculosos, uel, ut dicit Rufus, pestilentes, ut bubones sunt. etenim tales passionibus à siccitate constituuntur. ipse enim dicit quod in huiusmodi pestilenti morbo in Libya, ipsis patiensibus bubones orti sunt, & secundo & tertio die. Sed statim dubium uet Philotheus, quomodo cum humiditas non adsit. Bubones in siccitate generati sint. Respondet, ὅτι τῶν κρείσσασιν τῆς ξηρότης κατὰ λύβου αἰθωμάς, τῶν δὲ κατὰ λιβύων ἀπεψία ἐπικολύθησε, ἀπεψίας δὲ ὄσης, τὰ πύθια ἐπὶ λιβύων, καὶ ἦν δὲ ἀνέλεον οἱ βυβῶνες, ὡς πᾶσι συμβυβῶνες, καὶ ὑγρότης ἐπικολύθησε, id est, quod siccitate superabundante potentia dissoluuntur: his autem dissolutis, indigestio consequitur: cum uero indigestio adfuerit, superfluitates abundant, & hinc bubones oriuntur. Quamobrem, & humiditas ipsa per accidens consequitur.

Illam particula ἰδίῳ τὸ πολὺ ut plurimum, constitutionem determinare potest, & morbos, si constitutionem determinet, sensus est qualem fecerit ut plurimum constitutionem, tales morbos expectato, si autem determinet morbos, sensus est, qualem fecerit constitutionem, tales ut plurimum morbos expectare oportet. Mihi magis arridet, quod morbos, & non constitutiones determinet, quia illa particula, maiori ex parte, ibi posita, si annus maiori ex parte talis fuerit, illam particulam, qualem fecerit constitutionem de-

terminat

terminat: ideo ne idem bis ab eadem conditione determinetur, ἂν δὲ πλὴν, idest, ut plurimum, particulam morbos determinare debet, quia in his temporibus, quando alicuius anni constitutio, maiori ex parte unam qualitatem seruabit, tales morbi fient, ἂν δὲ πλὴν, idest, ut plurimum. Non ab re uero dicitur ut plurimum tales morbos fieri, quia etiam alia morborum genera fiunt, preter illa que tali constitutioni conueniunt, sed id rarius euenit. nam ut inferius edocebit, omnes morbi in omni tempore generantur, tamen aliqui particularius in uno, magis quam in alio fiunt. In graeco codice ante illam particulam, morbos, haec coniunctio καὶ posita est, unde hoc modo legi debet, tales plurimum & morbos expectare oportet; uel tota sententia praeponatur, & tales plurimum morbos expectare oportet. Theodorus conditionem legit, ubi Leoniceus constitutionem interpretatus est, utrumque dici potest. nam καὶ πρὸς αὐτὸν & conditionem, & ordinem, & statum, & constitutionem significat, sed ad propositam sententiam commodius est uocabulo constitutio, quoniam & Celsus, & antiqui in his partium anni temperaturis hoc uocabulo constitutio utuntur. Hippocrates ultimo folio libro De humoribus pro secunda aphorismi parte dicit, tempora ergo anni qualia fuerint, tales erunt & morbi, statusque eorum, & modi, qui de his proficiuntur, hic autem magis ample sermonem habet, quam in aphorismo. nam aphorismum complectitur, & aliquid ulterius.

GALENVS

NON multas ait febres in siccitatibus fieri, sed acutas, quoniam paulo post inquit: Constitutionum autem anni, sicca tempora, pluuiosis sunt salubria magis, & minus mortifera, & his adiungens rursus inquit. Morbi in pluuiosis temporibus, magna ex parte fiunt febres longae. Non absque ratione. Nam aeris ambientis humiditas pituitosa aceruat humores, & non paucas generat aquosas superfluitates. Siccitas uero, pauciores quidem humores efficit, sed qualitate biliosiores, & ob hanc causam febres numero quidem sunt pauciores, his quae fiunt in temporibus pluuiosis, sed acutiores. Quae uero deinceps in aphorismo dicuntur, manifesta.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus contradictionem remouet, quam in hoc aphorismo, & in alio forte quispiam inuenire posset, inferius enim, ubi de anni constitutionibus sermonem habebit, dicit, sicca tempora, salubriora esse, & minus mortifera caeteris. hic autem dicit, siccitates acutas febres generare. Igitur sicca tempora salubriora non erunt. Galenus respondet, in loco hoc ab Hippocrate non dici, in siccitatibus multas febres fieri, sed acutas solum: ideo ad illam dubitationem, constitutio sicca, salubrior est humida, tamen paucae illae aegritudines, quae in ea fiunt, acutiores sunt.

SECUNDO, primae partis aphorismi rationem reddit, sed consequenter ad ea quae praedicta sunt, posterius inquit dicetur, quod in pluuiosis temporibus ut plurimum febres longae generantur: & nunc dictum est, quod in siccitatibus acutae febres fiunt. Quorum duorum ratio est, quia tales humores generantur, quales constitutio temporis exigit. si igitur pluuiosum tempus fuerit, aer ambiens nos, humidus efficitur, qui ita affectus pituitosus humores & parit & aceruat, & multas aquosas superfluitates gignit, totumque extrinsecum corporis habitum humectat. propterea morbi qui fiunt, pituitae naturam sapient & longiores euadunt, in siccis constitutionibus, oppositum accidit, in quibus tot humores non fiunt, aere, qui nos ambit, oppugnante, illi tamen pauci qui fiunt, biliosiores sunt, ex bile uero acuti morbi, & qui breuius finiunt generantur. unde in siccis temporibus febres quidem pauciores sunt, quam in pluuiis & humidis, sed acutiores esse quisque experiri facile potest.

Denique Galenus secundam Aphorismi partem surda aure pertransit, quoniam (ut inquit) omnia illa manifesta sunt.

Cum in Galeni commento scriptum est, siccitas uero pauciores quidem humores efficit, addi debet haec particula, multitudine. nam graecus contextus ita habet, ἢ δὲ ξηρότης ὕδατος ἐστὶν πλεονεξία τοῦ χυμοῦ ἐργάζεσθαι, idest, siccitas autem deficientes quidem multitudine humores facit, uel pauciores multitudine. & re uera, hanc particulam, multitudine addere oportet, ut illi correspondeat, sed qualitate biliosiores: ac si dicat, siccitas, quantitate quidem pauciores humores efficit, sed qualitate acutiores.

K Aphorism

IN constantibus temporibus, cum tempestiue tempestiua redduntur, morbi constantes, & boni iudicij fiunt: in inconstantibus aut inconstantes, & mali iudicij.

BRASAVOLVS

CVM anni partes, proprias temperaturas seruabunt, adeo ut unicuique tempore sua qualitas, quæ tamen multum intensa non sit, reddatur, necesse est morbos, horum temporum naturam seruare, & constantes esse, atque ad bonum terminari: è contrario si tempora inconstantia fuerint, morbi qui fiunt, eandem inconstantem naturam habebunt: etenim uel in mortem, uel in morbi longitudinem, uel in reciduum inducentur.

Hippocrates in ultimo folio libri De humoribus hunc Aphorismum sub alijs uerbis, & sub alio fere sensu refert, inquit: tempora enim anni si naturaliter suo tempore, & ordine transigent, morbos bene decernentes, & finientes creabunt. In hoc loco sentit Hippocrates, morbos esse boni iudicij, quando annus in omni tempore suam naturam seruet, quam si non seruaret, boni iudicij non esset, sed mali. Celsus uero in fronte primi capituli secundi libri inquit, ex tempestatibus optimæ æquales sunt, siue frigida, siue calida: pessimæ, quæ uariant maxime.

Εν πῶσι κρείσσει καίροισιν. Leonicensus hæc uerba interpretatur, In constantibus temporibus, Theodorus, in temporibus nature legitimis, antiqua interpretatio habet, in moderatis temporibus, nobis Leonicensi interpretatio magis arridet, quoniam ad hoc uerbum constantibus, omnes intellectiones applicari possunt, quæ ad interfectionem Theodori iugiter non possunt (ut uidere licebit) quamuis id uocabulum istud inferre uideatur. Galenus in sua expositione, per constantia tempora, illa intelligere uidetur, quæ aliquam temperiem habent, ut quod autumnus multum siccus non sit, sed aliquæ aquæ descendant, & hyems mediocritatem seruet, & uer non sit ualde humidum, sed aquæ tempestiue descendant, & in æstate commoderatio aliqua fiat, hic annus constans appellatur: unde anni constantia, nihil aliud est, quam temperies, & ideo Philotheus edocens quid Hippocrates intelligeret per *κρείσσει καίρος*, id est, per constantia tempora, inquit, *καὶ εἰ τὰς ἄρας τὰς ἐν τῷ οἰκίῳ κρείσσει ἀπαληθύνει. καὶ ὡς ἐν τῷ πῶδι ἀεὶ ὡν, τῶ πῶν, ὑδὸ ἀπὸν ἐρεται, εἰ ἐν τῷ μεθ' ὁπώρα ὑδατα γρήγορα, καὶ ὁ χειμῶν μὴ ὑδατα ἄγαν, μὴ δὲ ὑπὸ βραχέων ἄγαν ὑλκῆ, καὶ ἐν τῷ περὶ ὑδατα ὕδατα ὁμοία ἐν χειμῶνι πρὸς ποντα τῶ ὕδα, καὶ ἐν τῷ θέρει οἰκίον το θέρμῶν, ὅπως ὅτιν ὁ κρείσσει καίρος.* id est, uocat, scilicet constantia tempora anni tempora secundum ordinem proprium temperaturam seruantia, ut in libro De aere, aquis, & locis dixerat: si in autumno aquæ orientur, & hyems neque multum serena fuerit, neque multum frigida, & in uere tempestiue aquæ hyemi similes, sed tempore conuenientes fiant, & in æstate calor familiaris & conueniens æstati, hic annus constans est. Vbi ergo annus temperiem habuerit, morbi boni iudicij fiunt, quamuis Galenum intelligere possemus, quod Hippocratem referat in libro De Aere, aquis, & locis, non quod annus temperatus sit, sed quæque pars suam temperaturam seruet, tamen illam multum excedentem non habeat. & hoc est quod ab Hippocrate ultimo folio libri De humoribus dicitur, si naturaliter suo tempore & ordine transigent, ita quod hyems quidem sit frigida & humida, uer calidum & humidum, æstas calida & sicca, autumnus frigidus & siccus, tamen non adeo excedant, quin inter se proportionem connaturalem habeant, tunc uerum erit, quod morbi boni iudicij fiunt, & bene terminabuntur. Tertia expositio est secundum Celsum, quod intelligamus tempora constantia, quæ eandem temperaturam seruent, aut quod frigida sint, uel calida &c. & in hoc etiam sensu morbi constantes sunt sed hanc tertiam expositionem non ita probo, sicuti præscriptas duas facio, quoniam si omnes anni partes eandem temperaturam seruarent, præter naturam essent, propterea morbos incidere oporteret, qui & si non essent inconstantes, tamen essent mali iudicij. Secundam uero expositionem magis probo, ut anni tempora suam naturam seruent, sed ita seruent, ut in suis qualitatibus non multum excedant.

Ἐν ὕδατος τὰ ὕδατα ἀξὸν ὁδῶσι. id est, Si tempestiue tempestiua reddantur. Hoc modo interpretari optimum esse duco, quamuis *ὕδατος* fructus significet suo tempore collectos.

ctos. Hippocrates uero nihil aliud intelligit, quàm omnia secundū quod exigitur fieri, hoc autem præcedentē partem determinare potest ut hoc modo cōtinuetur, in constantibus temporibus, si omnia (ut decet) consequantur: uel istud ad alia, præter tempus, referatur, ut ad uictus genera, ad exercitia, quando annus naturalem constitutionem seruabit, & deinde in alijs rebus, ut in uictu, potu, & similibus omnia tempestiue redduntur, tunc morbi boni iudicij fient. Philotheus ad commoderationem aeris, uentorum, & pluuiarum refert, inquiens, ἀλλὰ μὴ καὶ αἰ ποιότητος τῷ πρὸς χροῖον αἶρα, σύμμετροι αἶμοι, σύμμετροι καὶ ὕδατι, idest, Sed & qualitates continentis aeris, commoderati uenti, commoderata & pluuia sint, tamen ad tempus, & eius temperaturam potius referendum putamus, quando tempus suam constitutionem seruabit, adeo ut omnia tempestiue succedant, salubres morbos habebimus. & hoc est, quod ab Hippocrate ultima pagina libri de humoribus habetur, si naturaliter suo tempore & ordine tranfigat, hoc est tempestiua tempestiue exhiberi.

Ὑσθεῖς καὶ δυσκείνεται αἰ νόσοι γίνονται. Theodorus hanc partem ita interpretatur. Morbi constantes, synceri, & faciles ueniunt. Leonicensis uero, Morbi constantes, & boni iudicij fiūt, idest, de quibus bene iudicari possit, in qua re Leonicensis potius aures porrigendas, quàm Theodoro putamus, nisi Theodorus legerit εὐκείνεται, idest, syncerrissimi, nam δυσκείνεται syncerum dicitur. uocabulum uero δυσκείνεται syncerum & facile non significat, sed optimi iudicij, quamuis in aliquibus codicibus εὐκείνεται, & non δυσκείνεται legatur, sed idem ferè sensus est. Sunt autem morbi ὕσθεῖς, idest, constantes & stabiles, & boni iudicij, illi qui cito, & cum bona atq; integra crisi sanantur, & in suo incessualem ordinē seruant, ut à suo naturali cursu uel gry quidē nō aberrant. Philotheus uero morbos boni iudicij uocat θύοσι ἢ φύσις ἢ αἰ δυνάμεις ἐξωμύνας εἶσιν, καὶ ἐκκόπῃσι πᾶσι αἵμα, καὶ μέλιστα κοσμίως τῷ σώματι χωμύνοισι. ἀλλὰ μὴ καὶ τὰ νοσήματα ἀπᾶ εἶσιν, ἢ ἐκᾶσιν ποικιλίαν, μόνον γὰρ τῷ πλὴν ἀπεψίαν γίνονται, idest, Quoniam & natura, & potentia robustę sunt, & causas abscondunt, & maximè cōuenienti uictu utentibus: sed & morbi simplices sunt, neq; habēt uarietatem, solum enim per incoctionem fiunt. Est uero aliud uocabulum hoc in loco, quo utitur pro cōstanti, & aliud, quo in principio aphorismi utebatur, cum dicebat, in cōstantibus temporibus. nam ibi scriptum est κείνεται, hic aut̄ ὕσθεῖς, quæ uocabula, diuersam quandam uim habere certum est.

Ὑσθεῖς ἀκατάστατοι, ἀκατάστατοι καὶ δύσκειροι. Theodorus hæc uerba interpretatur, at uero iniquis inconstantes, & iudicatu difficiles existunt. At Leonicensis ita uertit, in inconstantibus autem inconstantes, & mali iudicij. Non possum non probare Leonicensium, & de Theodoro mirari, qui id uocabulum ἀκατάστατοι, pro iniquo interpretatus sit, deinde statim pro inconstanti, cum in his anni constitutionibus iniquitas nulla proprie dici possit, propterea non iniquum, sed inconstans cum Leonicensi interpretamur, tum quia id nomen hoc significat, tum quia conuenit primæ parti aphorismi hanc secundam correspondere, in prima autem dicebatur, in constantibus temporibus morbos esse boni iudicij. in hac igitur secunda, in qua oppositum ad primam dicitur, necesse est oppositum uocabulum correspondere, quod fiet, si dicatur, in inconstantibus. & nisi esset hæc ratio, quod necessarium est secundam partem primæ per oppositum correspondere, ego illam particulam δύσκειροι non interpretarer, mali iudicij, sed difficiles, quoniam Hippocrates in principio secundi Epidemiarum inquit, nam quemadmodum stas anni temporibus matura cuncta, suoq; tempore redduntur: sic stas annis, tempestatibusq; morbi stas sunt, facillimeq; decernunt. Contra uero non stas, non stas, quicq; difficulter decernant, fiunt. Ex hoc loco talis expositio illius partis, cum tempestiue tempestiua redduntur, colligi potest, ut hoc ad illa referatur, quæ in constantibus temporibus præter homines sunt, cum omnia suis temporibus fiunt, ita quod fructus suis temporibus, uix suis, & fruges suis fiant. hoc est quod ab Hippocrate dicitur matura cuncta, suoq; tempore redduntur, tunc morbi erunt constantes, & stas, & boni iudicij. & e contrario si fructus, fruges & reliqua suo tempore non fiant, tunc tempestiue tempestiua non redduntur, & ideo morbi inconstantes erunt, & qui mala iudicia habebunt, sicuti annus in omnibus alijs rebus inconstans est. & hoc experientia ipsa rerum magistra ostendit, quum pestilentes morbi aliquo anno uigere

debeant, præcedunt tempora inconstantia, fruges modice sunt, uirgæ paucissimæ, fructus aut nulli, aut paucissimi fiunt, & hi qui producantur, putredinem facile contrahunt. Si uero petas, qui morbi potissimum uigere debeant? Respondemus, omnia morborum genera accidere posse ut anni immoderantia producat. de hac autem immoderantia particulariter in hoc tertio libro in uarijs locis sermonem habet Hippocrates, superius enim de siccitate locutus est; inferius de humiditate, & morbis eam consequentibus, & de compositis intemperaturis in uarijs aphorismis pertractabit, propterea secundum has inconstantias tales morbi iudicandi sunt, qui in illis sequi dicentur. Ad rem igitur, quia Galenus in commento hanc particulam δύσκειτος difficulter interpretari uideatur, ego ita interpretarer, nisi hæc secunda pars aphorismi per oppositum primæ parti correspondere deberet, quod Philotheus consideras dicit, καὶ δύσκειτος ἐστὶ τὸ ἴσχυον πῶσιπ τῶ ἀρρηθῆναι, idest, Et mali iudicij per oppositum eorum quæ dicta sunt.

GALENVS

CONSTANTIA tempora nominat quæ ordinatim suam recipiunt temperaturam. Quem uero constantem appellet annum, tibi licet discere ab ipso in libro De aqua, aere, locis, & regionibus, ita dicente. Si quidem pro ratione facta fuerint signa huiusmodi in ortibus, & occasibus siderum, & in autumno, si aquæ descendunt, & hyems mediocritatem seruauerit, neque ualde serena, neque frigore excedens, & uere aquæ euenierint tempestiuæ, & ætate, sic par est annum fore salubriorem. Postquam igitur qualis debeat esse constans annus didicisti, facile est etiam inconstantem intelligere. Omnia enim quæ non seruant secundum aliquid anni constantis ductum, ea nunc Hippocrates inconstantia uocat, & eos qui in ipsis accidunt morbi, similiter appellat. At autem, & ipsos difficulter, hoc est male, iudicari. Vel enim cum casibus periculosis iudicia in his morbis eueniunt, uel statim sunt perniciosi, uel omnino faciunt recidiuam.

BRASAVOLVS

PRIMO quæ sint tempora constantia à Galeno edocemur, illa etenim sunt, quæ ordinatim suam temperaturam seruant. uidetur autem differentiam facere inter constantem annum, & constantia tempora, quia tempora sunt illa quæ ordinatim se consequuntur, annus uero est omnium temporum collectio, quæ collectio si ea seruet quæ ab Hippoc. in li. De aere, aquis, & locis dicuntur, constans annus appellatur, hæc autem in principio serè illius libri ab Hippocrate edocentur; unde qui hæc optime cognoscere studet, is urbis situm cognoscere tentet, & quibus qualitatibus, & qua cæli periodo, & ortus atque occasus siderum cõplectetur, an cum humiditate, & siccitate orientur, & occidant, quia hæc omnia ad constantem annum plurimum faciunt, propterea in hoc eodẽ lib. dicit, scito tamen astronomiã, nõ minimum ad medicinã conferre, sed ualde plurimum, unde ortus & occasus Arcturum, Vergiliarum, & aliorum siderum contemplantes, si cõuenientes qualitates, & cõstantes seruauerint, totum annum constantem iudicabimus, quia (ut inquit) in horum ortu & occasu mutationes fieri solent. & ideo addit, ortus astrorum, præsertim caniculæ cauetur & obseruato, deinde Arcturum, Vergiliarumque occasus: mala siquidem potissimum decernunt, nonnullaque tollunt, siue corrumpunt, quedam cessant, quedam in aliam speciem & statum transeunt, & mutantur. propterea de Asia, & Europa deinde loqui cõepit, ut per aspectus diuersa sunt, quæ à medico necessario cognosci debent, & hoc penes motus solis, unde is annus cõstans est, in quo tempora quæ sibi succedunt, suam naturam cõseruant, tamen cum aliqua temperie, ut quod autumnus ualde siccus non sit, sed aliquas pluuias habeat, & hyems sit quidem frigida, sed non extreme, nec sit ualde serena, sed cum temperie quadam. Itaque de ure & ætate iudicandum est.

SECVNDO, Galenus ex constanti anno ἀνετάστατος, idest, inconstantem cognoscere docet, nam ille annus, qui constantis anni conditiones effugit, inconstans appellari debet; in quo uidelicet tempora, quæ sibi succedunt, suas temperaturas non seruant, uel habent magis auctas quam par sit. In his annis morbi etiam inconstantes erunt, quia difficulter, idest, male iudicant; mala autem iudicatio in hoc consistit, uel quia symptomata periculosa incidunt, uel interficiunt & statim, uel si uideantur sanari, eueffigio recidiuas inducunt. Quod uero legitur, secundum anni constantis ductum, hæc particula, ductum

ductum, Græce legitur *αὐθιγῶν*, idest, secundum quod annus constans ducit, secundum quod facit, secundum eius normam.

APHORISMVS IX

Autumno morbi acutissimi, atq; exitiales maxima ex parte, uer uero saluberrimum, & minime exitiale.

BRASAVOLVS

AVTVMNUM ab augendo anno antiquitas appellauit, quoniam eo tempore omnia in prouentum aucta sunt, nempe tunc horrea tritico, & quocunq; farris genere plena sunt, fructus horarij collecti, & uinæ partim maturæ sunt, partim ad maturitatem perueniunt. unde & poeta in *Experientia* de anni temporibus, Autumnum ita pingit,

Stabat & autumnus calcatis sordidus uuis, Et in alia *Experientia*,
Pomifer autumnus tenero dat palmite fructum.

Tamen ut tempus est, in quo omnia ferè perfecta sunt & matura, ita perniciosissimum est, & ualde exitiale, ut homines ita cadere uideantur, sicuti fructus maturi ex arboribus. propterea *Celsus* in fronte primi capituli secundi libri Autumnum longe perniciosissimum dicit, & *Hippocrates* ubiq; morbosissimum Autumnum uocat, & in primo folio libelli De aere, aquis, & locis *Arcturum* euitandum iubet, quod astrum in Autumnum oriri solet, imò & experientia ipsa multos in autumnno mori ostendit, & plures ægritudines fieri. Non ab re igitur in hoc Aphorismo ab *Hippocrate* dicitur, in autumnno morbi acutissimi, atq; ualde mortales fiunt, & hoc non semper, sed ut plurimum. uer autem quod autumnno correspondere uidetur (quia multam qualitatem ex æstiuis excellentem habet, & in eo æquinoctium fit) saluberrimum est, & in uere paucissimi occumbunt.

Εν φθινοπώγῳ ἀφύπταται αἰ νόσοι. idest, In autumnno acutissimi morbi.] Hæ sunt autumnni qualitates frigiditas & siccitas. superius uero docuit *Hippocrates*, in siccitatibus fieri acutas febres; tamen si hanc siccitatem, & autumnni qualitates consideremus, non uidebitur, quod suarum qualitatum ratione, ad ægritudines inclinetur autumnus, tum quia frigidus, frigiditas autem febrī obsistit: tum quia sicus, & siccitates imbris salubriores sunt. Adde, *Hippocratem* in libro De hominis natura scriptum reliquisse, uerborum morborum liberatio, in autumnnum expectanda est, autumnales autem ueris tempore liberentur, necesse est. Ideo & in autumnno non solum fiunt, sed etiam sanantur morbi. Nec acuti esse deberent, quia in autumnno frigiditas uiget, quæ acuminī morbi obsistit. Respondemus, hoc penitus uerum esse, autumnnū ut tale tempus, eas qualitates habens, morbosum esse nō debere. nam qualitates sunt corruptioni repugnantes. Præterea si ob has qualitates morbosum tempus esset, sequeretur, omne tēpus frigidum & siccū morbosum esse, unde hyems frigida & sicca morbosa esset, cuius oppositū experientia ipsa ostendit, & ne longius exempla petamus, hoc anno partim 1536. & partim 1537. hyemem frigidam & siccam habuimus, quæ adeo sana fuit, ut quæstuarij medici de tanta sanitate conquererentur, quæ ad hoc usq; tempus perseverat, & sumus in principio Martij 1537. imò si uniuersum Ferrariensem populū perquiras, decē ægros in uentre nō poteris, imò in populatissima Venetiārū urbe paucissimi sunt. nā diebus elapsis cū illusterrimo *Heracle* duce Ferrarię quarto, Venetijs eram, cum Venetū senatum salutaret, tūc multi medici Venetias incolentes, de tam integra sanitate cōquerebantur. autumnus igitur ratio ne propriæ temperaturæ morbos acutos causare non dicitur, uel insaluberrimū tempus esse, sed hoc habet per accidēs. multa etenim quæ præcedunt in causa sunt ut insaluberrimus sit autumnus, & perniciosus hominibus. Aestas præcedit, quæ ob intensum calorem, humanas uires deijcit, unde in autumnno primo debiles uires sunt: deinde ratione præcedentis æstatis multi biliosi humores generati sunt, qui in morbis acutiem faciunt. Tertio præcessere fructus horarij, quos homines comedentes præuis humoribus

repleti sunt, & ad putredinem aptis. Quarto ex ratione autumnii, nam in ipso multæ calor & frigoris inæqualitates sunt, in meridie enim calor satis intensus est, mane, uesperis, & in nocte absente sole frigus uiget, eo autem præsentem in meridie calefacit. Quinto humores ob meridiæ calorem ad cutim mouentur, postea frigore adueniente retrocedunt, adeo ut hic motus accessionem causet, & ex frigore obstructio fit. Denique autumnii qualitates uitæ oppositæ uidentur, quoniam uita in calido & humido consistit, autumnus uero his uitæ qualitatibus penitus oppositus est, quia frigidus & siccus, propterea non mirum si acutissimi morbi in autumnno fiant. Aduertas præterea non dici ab Hippocrate in autumnno morbos acutissimos fieri, ut chronicos fieri inficietur: aliter sibi ipsi opponeretur, cum dicebat, æstiuas quartanas breues, autumnales longas, & maximè quæ hyemem attingunt. In toto autem autumnno hi morbi uel fiunt, uel fieri possunt: in toto autem dixi, quia autumnus tres partes habet, primam æstati proximam, quæ æstatis naturam sapit, ultimam hyemi & tempore & natura propinquam, & mediam quæ propriam autumnii temperiem seruat, tamè & in illa parte quæ hyemi propinqua est, acutissimi morbi fiunt, unde & Aristoteles primo Problematum libro, problemate uigesimo nono quærît, cur per autumnum ac hyemem febres arduentes potius oriantur. Respondet, quia calor pulsus à frigore introrsus se cõtrahit. hic tamè scito cum dicitur, acutissimas febres fieri, non intelligo præcise de acutis penes breuitatem, aliter enim is aphorismus falsus redderetur. Aestiue quartanæ: sed intelligo, acutissimas, idest, pessimas, nam eadem met febris, quæ nunc in autumnno fit, si in æstatem ponatur, acutior erit, in hoc sensu, quia citius terminabitur, propterea hic intelligo acutiè quo ad symptomata, non quo ad breuitatem: licet etiam breues sint, & Philotheus ipse hoc in loco dubitat, propter quid cum autumnus frigidus & siccus sit, acutos morbos adducat. Respondet, ὅτι ἡ ξυμῆνὴ χολῆ, καὶ ἡ θέρμη γίνεται καὶ ἡ φθισιπύρω. ἀλλ' ἡ μὲν ὅσθ' ἔθρη γίνεται μάλλον, καὶ διαφορεῖται, ὅσα τὸ πλεικαύτε ἀραιώτερον ἔσθ' τὸ δόρυμα, ἡ μὲν τοὶ ὅσθ' φθισιπύρω ἡπὸν γρηναται, καὶ μὴ καὶ τὸ ἡ τὸ δόρυμα πλεονάζει ὑπὸ μύνη, καὶ ἡ διαφορεῖται ὅσα τὸ πλεικαύτε ψυχρόν, μὴ διαφορεῖται μὲν δὲ σῆπεται, καὶ σιπὶ μύνην ὅσθ' ἀνάπρη πυρετός. idest, Quod flauibilis & in æstate, & in autumnno fit, sed in estate magis fit, ac resoluit, propterea quod ipsa cutis tunc rarior est, in autumnno uero minus, & ea quæ in æstate superabundat permanet, & non resolutur per sudorem ob circumdantem frigiditatem, non resoluta uero corrumpitur, & corrupta acutas febres accendit.

Καὶ θανάτουδ' ἐσαπι ὡς ἐπίπαι. idest, & exitiissimam magna ex parte]. Leoniceus interpretatus est exitiales, tamen superlatiuè uidet, ideo potius interpretandū erat, ut Theodorius fecit, maximè exitiales, quamuis Leoniceus suam interpretationem excusare posset, quoniam illam particulam maximè cū illa magna ex parte, cõmutauerit dicens, maxima ex parte, hoc tamè agendum nõ erat, quia hæc particula ἐπίπαι, idest, omnino uel ut plurimum, uel magna ex parte, est illa quæ hoc modo interpretanda erat, quæ particula illam dictionem, exitiissimam, solum determinat: sensus quæ est, non solum fiunt acutissime febres in autumnno, sed etiam ut plurimum interficiunt, quia multos calidos & prauos humores adustos in æstate generatos habemus, & uirtus debilior effecta est, & humores ex horarijs, idest, æstiuis fructibus facti facile corrumpuntur, & quia eadē die modo frigus, modo calor inuadit, propterea in autumnno exitiissimam morbi fiunt, & re uera nos singulis annis in autūno multos mori uidemus. At Philotheus totā rationē cur autumnus sit exitialis, ad tēporis inæqualitatē referre uidetur inquit, ἐπειδὴ ἀνώμαλον ὄντι τὸ φθισιπύρω ποτὲ μὲν ὑπερκαύσης θερμότητος, ποτὲ δὲ ψυχρότητος. καὶ διὸ πὶ ταύτη τῇ ἀνωμαλίᾳ κερτα λύνονται αἱ διαμέμεις, καὶ διὸ πὶ πάντως ἀπὸ γρηναται ἡ αὐτὸ παροχυμία, καὶ πῆς τὸ βίβη ὁδοῦται οἱ χυμοὶ ἡ αὐτὸ. idest, Quoniam inæqualis est autumnus, quandoque enim abundat caliditas, quandoque aut frigiditas. & quoniam ob hanc inæqualitatē potentia dissoluuntur, & in ipso omnifaria oritur abundantia mali humoris, & humores in eo ad profundum pelluntur. Si uero dubites, nunquid si alia tempora qualitates autumnii habuerint, hi morbi sequantur, Respondemus, adeo exitiales non sequi, quia alia tempora æstatem non sequuntur, quæ uires deiecerit, & prauos humores genuerit, & quæ horarios fructus habuerit: tamè quia hoc tempus suam propriam temperaturam non seruabit, propterea in eo morbi fient, de quibus inferius sermonem habebis, quādo de morbis qui in autumnno gignuntur

gignuntur tractabit. Hic etiam Hippocrates de autumno loquitur, qui suam tēperaturam seruet, tamen & si etiam non seruet, semper periculosus existit, de alijs autē qualitātibus quæ suæ propriæ nō sunt, deinceps in alijs aphorismis sermonē habebimus, immo absolute concedere oportet, in autumno per se, & ratione qua autumnus, longos morbos gigni, nempe atrabilarios, & quia modo frigus, modo calor existit, tamen ratione præcedentis temporis per accidēs fiunt. Quod si tibi uideatur autumnum impedire, ne res corrumpantur, quoniam qualitates habeat corruptioni contrarias, propterea morbiferum tempus appellari non debeat. Respondendum est, ex sui ratione à putredine præseruare; at ratione præcedentis temporis, & inæqualitatis, quam in frigore & calore habet, quibus transpiratio prohibetur, corruptiones fiunt.

ἄρθ' δὲ ὑγιεινότερον. idest, Ver autē saluberrimum. Ver autumno opponit, sicuti in autumno acutissimi morbi generantur, ita uer saluberrimum est, quod ab omnibus ferè authoribus decantatur: & ratio in proptu est, quia uer qualitates nostræ uitæ maxime propinquas habet, uita enim in caliditate & humiditate sita est, ideo sanguini, & spiritibus assimilatur: tamen adeo saluberrimū non est, quin ægritudines in ipso fiāt, sed tales sunt, quod breui & facile curantur. In uere autē morbos fieri, & experiētia ipsa, & Hippocrates in libro De hominis natura edocuit, dicēs, uernales morbos in autūno sanari. Intelligēdus uero est de aliquibus morbis, qui ex calido & humido excedente fiunt, in ætate ob calorē sanari nō potuere: quū uero ad autūnum perueniūt, qui tēperaturā morbo peritus oppositam habet, ppter ea hoc tēpore cito sanantur. Ver autē magis sanū est, quia hyemē sequitur in quo nec biliosi humores geniti sunt, nec uires debiliores effecte, nec horariū tēpus præfuit, nec de cōstanti tēpore in incōstans trāsitus fit. Adde uernū tempus ætate consequentē habere, quæ errores corrigere apta est, si aliqui in uere facti sint, Autūmnū autē sequitur hyēs, quæ autumnī errores corrigere apta non est. Si uero huc Aristotele adducas in primo Problematū libro, pblemate. 27. dicentē, uer cū autūno, in eo quod sunt tēpora male sana, proportionē habere, nā dubitat propter quid uer, atq; autūnus morbis infestent. Respōdet, quia mutationes omnes graues existūt, tamē infert autūmnū uere grauiorē esse, quia corpore calido refrigerescēte, q̄ frigidō incalescēte potius ægrotamus, ut igitur uere frigidū recalescit, sic autūno calidum refrigerescit. Tamen & si Aristoteles, in uere morbos fieri dicat, nō sunt uel acuti uel exitiales, sed destillationes solum fiunt, & affectiones quæ ex sola mutatione proueniūt, & meatū reperatione. Re autē uera ad alia tempora uer cōparatum sanissimū est, & minime exitiale. Si uero aliqui moriantur, id potius est uel ob mutationē suæ propriæ qualitatis, uel sunt illi qui per totam hyemē ægrotarunt, & sanitati restituendū non sunt. In alijs enim ut plurimū sanantur, unde Aristoteles de tēporibus, in quibus potissimum mōrtes fiunt problema facit, primo problematum libro, problemate 17. ubi quærit, cur à uergiliarū occasu ad Fauonij usq; flatus (hi autē flatus nō sunt nisi in uere, incipiuntq; decimo octauo die februarij secundū Pliniū, uel proxime, & eo tēpore uer incipit, q̄ uis secundū Astronomos tunc incipiat cum sol primū punctū arietis ingreditur, quod est circa tertiamdecimā diē martij) quærit ergo Aristoteles cur hoc tempore hi potissimū pereant, qui morbo longo laborant, & senes potius quàm iuuenes. Respōdet quia hoc tēpore potissimum sunt duæ causæ mortis, quæ sunt frigus & excessus, uel quia longi morbi senectæ cōparantur. In summa igitur uer saluberrimū est, cuius rationem Philotheus reddens, uoluit si non absolute, saltē pro minori parte esse exitiale, hæc uero est ab eo assignata causa suæ salubritatis, *ἐπειδὴ δὲ κρᾶσις πύρρινη, καὶ ἕδη τῆ ἐν κρᾶσι, ἐξ ῥωμῶν αἰ εἰσὶν αἰ διωάμεις, καὶ ἐξ ῥωμῶν αἰ οὐσαι ἐκ διακροσίου τὰ ποδὶ ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος. ἢ ὅτι ῥῆσις ὕλης γεννητικὸν τὸ ἐσθ, τοῦ ἐσθιν αἰματος, καὶ ἕδη πάντῃ τῆ ὕλης πάντα τὰ μόρια, καὶ ἡ φύσις ἔχει πένψιν, καὶ ἀναπαυλάν πνα.* id est, quoniam bene temperatum est, & in bona temperie potentiæ robustæ sunt: robustæ uero existentes, superfluitates à corpore depellunt, uel quod uer bonæ materiæ generatiuum est, hoc est sanguinis, & in hac materia omnes particulæ, & natura coctionem habent, & quietem quandam.

Καὶ ἡκίστα θανάτωδες. idest, & minime exitiale. nam paucissimi in uere moriuntur, & morbi qui fiunt salubres sunt, unde & Celsus capite primo secundi libri, inquit, Igitur saluberrimum uer est, immo in quo omnia aperiantur & generationes incipiāt, propterea

Hippocrates in ultimo folio libri De superfoetatione inquit, Vernum tempus ad generationem aptissimum esse, idemque posuit in libro De foeminarum morbis, siue de non perferentibus, & foecundis. Est autem hoc tempus minime exitiale, cum quia temperatum, tum quia habet qualitates naturae humanae proprias. hocque uerum est, si corpora inuenerit, quae in humoribus temperata sint; si uero plena sint, morbi causantur, de quibus deinceps sermonem habituri sumus.

Si uero dicas, in uere maiores repletiones esse quam in autumno, quia homines in hyeme copiosius edunt, quam in aestate, ideo uer plures egrotandi causas habebit quam autumnus, quia plures humores. Respondemus, Si corpus in uere plenum sit, bonis humoribus plenum est, propterea boni medici in uere suis amicis uenas secari iubent, has repletiones uidentes, & hoc solum ut plenitudinem euacuet. In autumno uero sunt maiorum humorum repletiones, quamuis paucorum, & inflammatorum. Immo cum apud aethiopes inuenies, uer temperatum esse, hoc simpliciter uerum non est, quia calidum & humidum; sed eo ad nostra corpora compareto, temperatum dicitur, corpora enim ipsa parum alterat. de hac autem re Galenus primo De temperaturis libro abunde pertractauit. Hic uero dubium à Philotheo mouetur, quomodo Ver saluberrimum sit, quoniam deinceps ab Hippocrate dicitur, in uere manias, melancholiasque fieri. Respondet, *ὅτι αὐτῆ ἡ κακοχυσία οὐκ ἐν τῷ ἔαρι, ἀλλ' ἐν τῷ φθινοπώρῳ, καὶ ἐν τῷ χειμῶνι ἐπιέονται.* id est, quod ipsa malorum humorum repletio, in uere non abundat, sed in autumno, & in hyeme. Mouentur uero hi humores in uere, tanquam in eo tempore in quo omnes humores concitantur à natura, ut eos ad extrinsecas, aut minus nobiles nostri corporis partes expellat.

GALENVS

CVM tempora conuenientem seruant totam temperaturam, inter ipsa uer est saluberrimum, ut quod bonam habet temperaturam. Morbos autem acutissimos, atque mortiferos, aliorum temporum comparatione autumnus afferet, quandoquidem uer temperiem habet. Autumnus uero hoc inprimis inest, quod eadem die aliquando calorem, aliquando frigus continet. Deinde aestiuum subsequitur tempus, in quo multis quidem humores affati sunt. Quibusdam uero & uires sunt debilitate. Non solum uero hac ratione autumnus malus est, sed etiam quia primum quidem humores mouebantur ad cutem, atque diffabant, autumnus uero ab aeris ambientis frigiditate trudentur, atque ad interiora impelluntur; haec quidem omnibus hominibus communia sunt. His uero qui nullo uictu utuntur ex superabundanti, fructus accedunt, quibus abundanter repleti, malorum humorum multitudinem generant.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus haec intelligenda esse docet, quando tempora suam naturalem temperaturam seruauerint; tunc enim uer temperiem habet, scilicet respectu nostri corporis, ideo saluberrimum est; sed autumnus ad alia tempora comparatus acutissimos morbos parit, & maxime exitiales. Cum dicit, quandoquidem uer temperiem habet, *ἐπὶ αὐτῷ τὸ μὲν ἔαρ ἐν κρατότατον ὄσιν.* id est, quandoquidem uer temperatissimum est. Quamuis autem contextus, quem habeo, *ὕκρῳ* etiam legat.

SECUNDO Galenus plures causas reddit, cur autumnus insaluberrimus sit. Prima est, quia eadem die modo calor, modo frigus existit. Secunda, quia aestatem sequitur, in qua multi humores affati sunt. Tertia, quia uires ob calorem, in aliquibus debiliores effectae sunt. Quarta, quia in aestate humores ad cutem mouebantur, & diffabantur, autumnus autem superueniente, ob aeris frigiditatem repelluntur, et ad interiora remeant. Omnes haec causae omnibus hominibus communes sunt, quas effugere non possunt. Quintam causam addit, quam hi soli habent, qui uictu inordinati utuntur. In his enim non solum adest plenitudo aliorum ciborum, sed etiam fructuum horariorum, qui in ultima aestatis parte ad maturitatem peruenere, hi autem fructus in nobis humores gignunt, qui facile corrumpuntur. Scito autem ubi legitur, Quibusdam uero & uires sunt debilitate, haec duo uerba desunt, praecedente calore, quae uerba necessario poni debent, quia sententiae Galeni causam reddunt; etenim Galenus eo loco dicit, quod aestiuum

æstiuum tempus autumnum præcedit, in quo æstiuo inquam tempore, multi humores afflati sunt, & in quibusdam hominibus sunt vires debilitatæ. Cur autem vires debilitatæ sint, rationem affert, per hæc duo uerba, præcedente calore: quia æstiuus calor præcellit, ideo in autumno debiliore redditi sunt. Prope cõmenti finem ubi legitur, his uero qui nullo uictu utuntur, librarius contextum deprauauit, nam legi debet, In his uero qui malo uictu utuntur, ita enim habet Græcus contextus *τοῖς δὲ ἐκ ὀφθῆς διαταραχῆσι*, idest, his autem qui non recto uictu utuntur.

APHORISMVS X

A Autumnus tabidis malus.

BRASAVOLVS

TABIDOS in autumno ut plurimum mori cum folia ab arboribus decidunt experientia compertum est, quãuis & in uere aliqui, in Mense martij, cum herbe à terra prodeunt, occumbant. At in uere ob temporis mutationem, in qua humores mouentur, fit in autumno autem ob proprias qualitates. Non solum uero tabidis malus est autunus, idest, his qui per alia tempora tabem contraxere, sed etiã (ut in alio aphorismo dicitur, & Celsus capite primo secundi libri edocet) tabes generare potest. de his autem temporibus quæ tabidis disconueniunt, Hippocrates libro sexto Epidemiorum, ultimo folio pertractat, inquit, Tabidis autumnus malus est. Ver autem malum, cum fici folia cornicis pedis instar habere cœperunt, idest, cum in folijs fici scissuræ distingui incipiunt, quod est prope finem Martij, pars autem media autumnii, quæ proprie autunus est, illa est quæ tabidis obest. Quod etiam intelligere oportet si hæc tempora suam naturam seruent. nã si autumnus alias qualitates haberet, & non proprias, quæ tabidis propitiæ essent, non esset opus quod tali tempore uel perirent, uel peius haberent. unde opus est intelligere, Autumnum suum esse naturale seruare: ita enim auget tabem, ut eam (si occulta sit, ut in aliquibus uidetur) manifestet. Est autem malus potissimum tabidis, quamuis rarissima ægritudines sint, quibus non obest. his solum bonus est, de quibus Hippocrates in libro De natura humana locutus est, quando dicebat, longas ægritudines in uere factas in autumno sanari.

τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίσι καὶ ἀσθενῶσι, idest, Autumnus tabidis malus. Græci *φθῶν* à τῷ φθίνει. i. diminueri deducunt, nam phthisis diminutionem & extremam extenuationem semper facit, immo in uno mēbro phthisim fieri Hippocrates docet. Sed cum hæc particula τοῖς φθίσι à uerbo φθίω deducatur, ita potius interpretandum arbitror: Autumnus his qui efficiuntur tabidi malus, uel Græcum uocabulum seruarem: his qui efficiuntur φθισιοῖ. de his enim intelligit, qui in uia sunt ut fiant, nam qui facti sunt, iã sunt, quocumque tempore obeunt: qui autem fiunt, ab alijs temporibus iuuantur, solus autumnus eos perficit, & tabem inducit. Scito autem, apud Celsum libro tertio capite uigesimo secundo inter phthisim & tabem hanc differentiam poni, quia tabes ad phthisim tãquàm genus est. sub tabe enim tres species complectitur, una, quæ à Græcis dicitur ἀτροφία, alia καχεξία, tertia φθίσις. est autem ἀτροφία, quando corpus in summam maciem deuenit, quia non alitur. nã continue aliquid minuitur, & nihil additur, cui nisi occurramus, interficit, & proprie ἀτροφία dicitur, quasi sine nutrimento, nos uulgo hanc maciẽ appellamus. καχεξία est ubi malus corporis habitus adfuerit, ideo omnia alimenta in ipso uitiantur: hoc accidit ut plurimum, cū post longos morbos corpora uitiant, quibus morbus absit, tamẽ non reficit. fit quãdoque, quãdo corpus medicamentis affectũ est, aut cū diu necessaria defuerint, aut cū aliquis diu inuicatos, & inutiles cibos sumpserit, aut aliquid simile incidit. In hac secũda specie, præter tabẽ, quãdoque assiduis pustulis, aut ulceribus totum corpus afficit in summa cute, aut aliquæ corporis partes intumescunt, ut καχεξία hydropẽ semper præcedat. Tertia tabis species, à Græcis φθίσις nũcupat, à capite in pulmonẽ materia destillat, itaque oritur. Cum hac fit pulmonis exulceratio, adest febricula parua quæ etiam cum quietuit, tamen & repetit, frequens tussis est, pus excreatur, interdum cruentum aliquid: quicquid excretum est, si in ignem positum sit, mali odoris est, Tabes ergo apud

apud Latinos tres species complectitur, ἀτροφία, καχεξία, & φθίσις. propterea cum hoc loco, Hippocrates φθίσις dicat, nō interpretarer tabem, quia Phthipsis est una tabis species, sed eodem uocabulo uter, dicens autem his qui efficiuntur phthifici, malus, quāuis absolute omnibus tabidis autumnus malus sit, uel ἀτροφία, uel καχεξία, uel φθίσις habuerint, ut in Galeni cōmento statim uidere licebit, immo omnibus ferē morbis obest autumnus, & his praesertim, qui ex pectore, & in ipso oriuntur; quia magnam intēperīē & inordinationē habet, quae uires nostri corporis debiliores reddunt, et ob frigiditātē suā malas materias intus impingit, ob frigiditātē uero & siccitātē phthificis potissimum obest, quia magis quā sint, exsiccantur. Tamen apud Celsum in alijs quibusdā locis φθίσις, idest, tabem interpretatū inuenies, ut primo capite secūdi libri. De his autē species Tabis, in diuersis locis Græci authores pertractarūt, tanquā de his sermonē haberēt, quae adeo distincta sint, ut unū cum alio nihil habeat. unde Paulus Aegineta libro tertio, capite. 47. de Cachexia pertractat, capite autem trigesimo secūdo eiusdē libri de phthisi, quā ab ἐμπύς, idest, empyemate distinguit, quia in phthisi pulmo exulceratus est. sed capite. 51. secūdi libri ἀτροφίης recordatur, quā ἀτροφίαν Plinius de his qui eam patiuntur loquens, semper interpretari uidetur, qui cibū non sentiunt. Aetius de phthificis particulariter libro octauo, capite. 67. pertractat, & Galenus in Introductorio dicit, Phthisim morbū esse periculosissimū, in quo materia à capite ad pulmones descendit, cōsumitque corpus misere. & Hippocrates in secūdo libro De morbis, duas φθίσις species profēqui uidetur, in libro autē De morbis qui intus, tres Phthificis species ponit, non tamen eo modo quo de tabe loquitur Latini. Scito autē, antiquos nō solū ufos esse his uocabulis, ἀτροφία in habitu corporis macilento, & φθίσις in pulmonis exulceratione; sed etiā in ocolorū affectibus. nam Galenus in libro Definitōnū inquit, phthipsis est pupillae cū debilitate uisus extenuatio. ἀτροφία est totius oculi et pupillae paruitas, cū uisus imbecillitate. Et in libro qui Introductorius, seu Medicus inscribitur (si hi libri Galeni sint) inquit, φθίσις appellatur dū pupilla arcte coit, ut stimulo assimilis fiat, tū hebetior, tū rugosior, ut ex imbecillitate periculosa, aut ex capitis dolore uehementi. & Paulus Aegineta libro tertio capite uigesimo secūdo dicit, Phthipsis fit, quando pupilla angustior, & hebetior, corrugatioque ex aliqua affectione redditur, in qua uisa maiora esse apparēt, quā sint, quae quidē ex crassitie, & spissitudine, ab ariditate potissimum facta prouenit. Distinguitur autē Phthipsis ab Atrophia, quia Phthipsis angustiorē pupillam facit, Atrophia uero oculū exiliorē, & angustiorē reddit. At Hippocrates in libro De morbis qui intus, Phthisim renū describit, in qua pus est in renibus. In libro autē De locis in homine, de Phthisi spinea tractat, quādo pus ad spinā defluit, & in libro secūdo De morbis, de illa Phthisi sermonē habet, quā de medulla fieri dicit, & quae potissimū nouos nuptos libidinosos corripit, qui febre carent, optimeque comedūt, tabescunt tamen, quos si percūctis, dicunt de capite per spinā ueluti formicas discurrere, cumque talium mingit quis uel excernit, plurimū semen genitale liquidū, non prolificum progreditur. polluitur dū dormit, cum uxore dormiat, uel non, nihilque generat, cumque iter facit, uel currit, spiritus angustia, debilitasque tā magna eum corripit, ut loqui nō possit, caput grauescit, aures tintinant cum tēpore, hunc, cū grauiter febriet, mœror absument. haecenus Hippocrates de phthisi spinea. dicitur autē à φθίσει, quod est consumere. quicquid tamē sit, omnibus speciebus & modis Phthipsis superius nominatis autūnus est malus. Tamen uocabulū Tabes apud Latinos latius est, quā apud Græcos Phthipsis, at Latini authores cū φθίσις Græcorum interpretantur, semper tabem reddunt, ut etiam Celsus fecit libro secūdo, capite primo. Nobis autem magis placeret græcam uocem seruare, & Phthisim dicere, quoniam proprium nomen illi correspondens non habemus, nisi generis nomine pro specie utamur. Sed alicui forte uidebitur, Phthificis autumnum cōuenire, quoniam apud authores, Phthipsis est exulceratio pulmonis: exulcerationi uero sicca & frigida conueniunt: frigida inquam, quia in ulcere ut putredinis caliditas remittatur, frigida conueniunt, putredo enim calida est: sicca uero competunt, quia ulceri cuilibet, ut ulcus est, sicca exhibenda sunt: his igitur ulceribus autumnus conueniet, quia frigidus & siccus est. Respondemus, frigidam & siccam temperaturam, modo non excedat, Phthificis conuenire, sed in autumno multa sunt, quae obsunt. primo frigiditas, quae nimia

nimia est, & inconstans, & præsertim in mediâ autumnî parte, ipsa enim intus calorem naturalem coangustat, ut in pulmone pus cito generetur, & propter inæqualitatem à ca-
pitate ad pulmonem maiorem defluxum causat, & vires debilitantur, quoniam materia etiam retinentur, ne ob inæqualitatem exeant. Iterum probabis, siccum Phthificis con-
uenire, si uera sunt quæ Galenus quinto libro Methodi medendi edocet: ibi enim Ve-
suium montem pro phthificis laudat. hic mons nunc uulgo Soma dicitur, ex quo uir-
na optima Græca nuncupata Romam & Neapolim aduehuntur, distat autem Neapo-
li octo millibus passuum plus minus, laudat autem hunc montem propter siccitatem.
Igitur & autumnus, quia siccus, phthificis conueniet. Respondemus, autumnum ra-
tione siccitatis huic affectui omnino conuenire, sed quia inæqualis est, & frigiditatem
modo maiorem, modo minorem habet, propterea non conuenit, & præsertim ob cau-
sas superius citatas.

GALENVS

DAMNAUIT quidem & aliter autumnum in antecedente aphorismo. Nunc au-
tem præcipue nocentem tabidis rursus uituperat. Vtrum uero illos solum nomi-
net tabidos quibus pulmo est exulceratus, uel omnes quomocumq; tabefactos, non
possumus coniectari. Liquet autem utrisque autumnum esse malum, cum sit siccus, si-
mul ac frigidus, & inæqualis.

BRASAVOLVS

IN præcedente Aphorismo autumnum uniuersaliter accusauit, nunc particulariter,
quod nocet tabidis, accusat, uel phthificis potius.

Galenus autem dubitat, & discernere nescit, an per Tabidos illos, qui pulmonem ex-
ulceratum habent, uel omnes tabefactos intelligat: propter hoc omnes interpretatur,
quia autumnus omnibus malus est. Ratione uero reddidit, quia frigidus simul & siccus,
& ἀνώμαλος est, id est, sine regula, inæqualis. Vbiq; uero in hoc commento, cum à Leo-
niceno Tabidum uertitur, ego Phthificum interpretarer, propterea illam partem, utrum
uero illos solum nominet tabidos, quæ Græce est πότερον δὲ τὸς φθίοντες ἢ τὸς σπυροῦντας ὀ-
νομάζει φθιόντας, ita ego interpretarer, utrum uero phthoe ægrotantes solos nominet
phthinontas, quibus pulmo est exulceratus. Illam etiam particulam, uel omnes quomo-
documq; tabefactos, ego colliquefactos interpretarer, Græce enim est σωτηριώδεις. Sūt
uero hi consumpti, quos Galenus colliquefactos appellat, et qui habent ἀτροφικὴν & ex-
tremam maciem, quicq; à siccitate temporis magis exsiccantur, quam prius exsiccati sint,
& colliquefacti, præsertim quia tempus inæquale est, & ἀνώμαλον. Eandem sententiam
sequitur Philotheus. unde & ipse Aphorismum intelligit tam in extenuatis, quam in
pulmonem exulceratum habentibus, inquit, φθιόντας ὀνομάζει πάντας τὸς σπυροῦν-
σωτηριώδεις, καὶ οἷς ἐλκῶται ὁ πνθίμων. ἀμφοτέροις δὲ τὸ φθιόντων καὶ σπυροῦν-
των πνθίμων καὶ ψυχρὸν ἀέρα, ὅς τις πληθεῖ καὶ ἀνία, καὶ δάκνει τὸν πνθίμονα, καὶ μεγά-
λως αὐτοῦ βλάπτει, ἕλκει γὰρ τὸ ψυχρὸν δακνωδές. τῆ οὖν πληθεῖ, καὶ τῆ δάκνει ταρατῆται ὁ
πνθίμων, καὶ εἰς βῆχα ἀπονοῦ ἐπιγίγνεται, εἶτα εἶτα τὸ περιέχον ψυχρὸν, ὅθεν ἀναφύρσιν, ἀλλὰ
μᾶλλον ταρατῆνται, ἢ ἐκ τῆς ταραχῆς καὶ βλάπνεται, ἢ τε φούσιν ἢ αἰ διωάμεις, ἢ εὐ ἀπόμω-
νται. τοῖς δὲ ἄλλοις ἐπειδὴ Ἰσορροπῆ εἰσιν, ἐπιμῶς εἰς τὸ βᾶθρον ἔρχεται ἡ φύσις εἶτα τῆς δια-
νοῆς, καὶ διὰ τὸν σπυροῦντα τὸ βᾶθρον, μεγάλως βλάπτει τὸ ἐμφυτον θερμόν. id est, Phthinontas
nominat omnes qui quomocumq; absumentur, & quibus ulceratus est pulmo. utrisq;
autumnus malus: his quidem propterea quod frigidū aerem respirant, qui percutit, & in-
festat, & mordet pulmonem, & ample ipsum lædit. huculceribus enim frigidū mordax. pul-
mo igitur ex percussione & morfu perturbatur, & ad tussim inefficacē excitatur. postea
ob frigidum circumstans nihil referunt (scilicet tussientes quum nihil possint reuellere
quod expuant,) sed magis perturbantur, & ex perturbatione, & natura & potentia dif-
soluuntur, & pereunt. Alijs uero (scilicet ex quacumq; causa extenuatis nocet autūnus)
quoniam bonam carnem habentibus uel carnosissimis, frigiditas ob respirationem
in profundum facile uenit, & in profundum ingressa, calorem naturalem ample lædit.
Ut ex his Philothei uerbis facile colligatur, hic per phthinontas, & illos intelligendos
qui extenuati sunt, & illos qui pulmonem exulceratum habent.

Si uero dubites, quomodo autūnus anomalous, & inæqualis dici possit, quia ueri cor-
respondet

respondet. nā & uer talem inæqualitatē habet. mane em̄ & uesperi fit frigus; in meridie æstus, tamen uer inæquale non dicitur, igitur propter hanc causam & autūnus inæqualis dici non debet. Respondemus, in uere, mane & uesperi aliquam frigiditatem esse omnino, sed nō talem, qualis est in autumno; & in autumno magis nocet, quā in uere. in autumno enim à calore recedimus, propterea frigus excellentius sentimus; in uere autem à frigore recedimus, ideo & minus frigus sentimus, et minus nocet. unde in autumno maior intemperies & inæqualitas adest, quā in uere.

Hoc unum scito, Leonicenum contextum Græcum habuisse Aldino similem, cuius initium est, ἐμὲ μφε το μὲν καὶ ἄλλως τὸ φθινόπωρον, idest, Accusauit quidem & aliter autūnum. At antiquus quidam contextus quem habeo, quatuor uersus præponit, postea sequitur ἐμὲ μφε το μὲν & reliqua. Versus autem qui antepoenendi sunt subscribemus οἱ μὲν φθόλω ἔχοντες βλάπτονται αἰεὶ εἰς πνεύοντες ἀνώμαλον αἶρα, καὶ γυμνὸν ἔχοντες τῶν φυσικῶν πλεονεκίων τῶν σαρκικῶν φημὶ τὸ σῶμα, οἱ δὲ σωτηριόμυνοι, τῶν τῆ καὶ τὸ σωτηριόμυνοι, καὶ αἰ φυσικῶν δυνάμεων ἀδυνεῖς γίνονται. deinde sequi debet quod passim omnes codices habent ἐμὲ μφε το μὲν καὶ ἄλλως τὸ φθινόπωρον, idest, Accusauit quidem & aliter autūnum, quod solum habebat Leonicenus. Præscriptorum autem uerborū sensus est. Qui phthoen patiuntur, offenduntur aerem inæqualem semper respirātes, & nudum habentes naturalium tegmentorum carnearum, corpus inquam, his uero qui eliquantur, uitæ spiritus & naturales potentia imbecilles fiunt.

APHORISMVS XI

DE temporibus, si quidem hyems sicca, & aquilonia fuerit, uer uero pluuiofum, & australe, necesse est, æstate febres acutas, & lippitudines (Græci ophthalmias uocant) & intestinorum difficultates fieri, præcipue uero mulieribus, & uiris qui natura sunt humidiores.

BRASAVOLVS

DE diuersarum anni partium qualitatibus hoc loco Hippocrates tractare incipit, & ab his primo exorditur, quæ à naturali temperie non multū recedunt. propterea hoc modo incipit, Cum frigidam & siccam hyemem nacti erimus, quam deinde uer calidū & pluuiofum, idest, humidum consequatur, in sequente æstate hi morbi præualebunt, acutæ febres, lippitudines, intestinorum difficultates, hæc autem his potissimum accidunt, qui naturam habent humidiores, quales in aliquibus uiris, & in omnibus mulieribus inuenire licet. Hippocrates in libro De aere, aquis, et locis, hunc aphorismum his uerbis affert, sin autem hyems aquilonia, uer pluuiofum & austrinum, lippitudines graues & uehementes per æstatem uigent, pueris autem, foeminisq; febres fiunt. Pauciora hic dicit, quā in Aphorismo. nam difficultates intestinorū omittit, & quod in Aphorismo omnibus humidis uiris applicat, in libro De aere, aquis, & locis, solum pueris. Aristoteles quoq; octauo problemate primi libri, hunc Hippocratis locum querit, inquit, Cur si uenti septentrionales occupauerunt hyemem, uer autē Austros, pluuiasq; exhibuit, estas proxima grauis, tam febribus, quā lippitentibus. Respondet, quia estas corpora nostra multum humoris continentia excipit, & terra madet, & habitanti locus per humidus est, talisq; redditur, qualis qui grauis perpetue constat. Causas autem illarum ægritudinum particulares deinceps dicemus, cum præsentem Aphorismū per partes examinare incipiemus. Ego enim in Hippocrate id nō inuenio de terra madida, qd hic ab Aristotele dicitur, at Galenus uerba Hippocratis referēs in libro De aere, aquis, & locis, hoc ponit quod terra madida sit, sed nos in nostro codice inuenire non potuimus, Galenus forte in suo habebat. Celsus præterea capite primo secundi libri inquit, Si hyems sicca septentrionales uentos habuit, uer autem austros & pluuias exhibet, ferè subeunt lippitudines, tormina, febres, maximeq; in mollioribus corporibus, ideoq; præcipue in mulieribus. Ex quibus excerpte potes, Celsum hæc in quocunq; tempore fieri dixisse, quod uero in æstate fieri debeant non meminit, nisi quis dicat, subintelligendum

gendum esse, quia æstatē uer sequitur. Nos antiquum Celsum habemus, in quo non legitur, Fere subeunt: sed loco huius particulae Fere, illam habet æstate, legitq; Æstate subeunt. Philotheus uero hunc aphorismum alio modo introducit, inquiens, *αὐωτίρω μερικῶ ἐχρησάτο πρόσω. ποδι μᾶς γὰρ ὄρας διελάμβανον ἐπὶ τῷ ἐχρύσις τῶν ἀνισκρησίων. ἔπειτα δὲ καθολικῶ τὸ ῥῶ λέγεται πρόσω, καὶ ἀλλήλῃ ποδι πλείονων ὄρων.* i. Superius particulari modo uisus est: de uno enim tempore simplicem intemperatiam habente sermone executus est: hic uero uniuersaliori modo utitur, & de pluribus temporibus disputat.

ποδι δὲ τῶν ὄρων. idest, De temporibus autem.] Ac si Hippocrates pro aphorismis qui consequuntur, inscriptionem posuerit, quoniam de temporibus tractaturus est: propter hoc Theodorus interpretatus est, quod ad temporum attinet rationem. Celsus secundo libro, capite primo interpretari uidetur, ex tempestatibus, ubi & ipse de his tractaturus est. Dixit autem in plurali Temporibus, ut anni partes quæ se consequuntur, intelligeremus.

ἢ μὴ ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς, καὶ βόρειος ἤνθηται. i. Siquidem hyems sicca & Aquilonia fuerit.] Theodorus squallida & Aquilonia interpretatur. Quod etsi conueniat, tamen nos cum Celfo potius interpretandum ducimus, sicca & Aquilonia: quamuis & Celsus interpretetur, Septentrionales uentos habuerit. Boreas autem est uentus frigidus & siccus: tamen Hippocrates addere uoluit sicca, quia Boreas quandoq; pluuiosus est: propterea ut huius temporis conditionem expressius notet, sicca dixit. Si uero dubites, cur etiam non expresserit frigida. Respondemus, quia in hyeme spirante Borea maxima frigora excitantur, uel pluat, uel ningat, uel neq; pluat, neq; ningat, tum ob qualitatem ipsam, tum quia mire imprimit Boreas. unde Hippocrates per hoc nihil aliud annotare uoluit, q̄ tempestatem ualde frigidam & siccam, quæ tempestas satis salubris est. Si uero arguas, Autumnus igitur qui has qualitates habet, salubris esse deberet. Respondemus, ratione harum qualitatum sanum esse, ob inæqualitatē autem suam insalubris est, tamen & in siccitatibus humores apti ad generandas acutas febres fiunt. Tuq; intellige, totam hyemē has qualitates habuisse: hocq; semper obseruato, quum de aliquo tempore ita se habente sermo sit, semper pro maiori parte intelligitur, ita quod praualeat.

το δὲ ἐπὶ ἐπιμβροῦ καὶ νότιου. idest, Ver autem pluuiosum & Australe.] Auster, uentus est calidus & humidus, ideo uideretur suffecisse dicere, Ver autem Australe: nisi quandoq; Auster pluuias non portaret: unde primo Epidemiorū Hippocrates in primo uel in secundo statu, Austrū sine pluuiā ponit. Quum autem uer sit calidum & humidum, ut Hippocrates in hoc casu edoceat, magis calidum & magis humidum esse debere, q̄ suæ naturæ cōueniat, hoc modo loquendi usus est, pluuium & Australe, idest magis calidum, & magis humidum, quàm suæ temperaturæ par sit, quia Auster caliditatem facit. Eodem modo uolens in hyeme edocere maiorem frigiditatem esse, quàm conueniret, Aquiloniam hyemem pro frigida dixit: quia Aquilo ingentes frigiditates parit: siccitatem uero expressit, tanquam eam quæ fieri debeat, sed quādoq; ab Aquilone absit: unde uidere potes in his qualitatis magnam differētiā non esse à suis naturalibus: nam hyems suapte natura est frigida, uer calidum & humidū: ideo in siccitate hyemis, solum dyscrasia est, quia hyems natura humida est: fatemurq; à naturali horum temporum constitutione non multum immutari. In his enim est solum auctio propriarū qualitatum, & in hyeme immutatio ad siccitatem. Nam hyems frigida & humida esse debet, sed medio critere. Nunc autem in aphorismi proposito, frigida plurimum est & sicca, uer calidum & humidum esse oportet. Nunc ualde calidum est, & adeo humidum, quod dignum est ut pluuiosum nuncupetur: hoc autem, uel per totum uer, uel per maiorem ueris partem intelligere conuenit, quia satis superq; est hanc siccitatem praualere.

ἀνάγκη το ῥῶ. idest, Necessē est æstate.] scilicet morbos fieri, qui consequuntur. Hæc etiam quæ sequuntur, in ipso uere fieri possent: præsertim in ultima parte, quæ æstatē naturam sapit. Medicus igitur ut per suam artem exquisite operetur, non solum præsentia anni tempora cōsiderare debet, sed præterita etiam, quæ ad ægritudines generandas & demendas plurimū faciunt. Vnumq; hic animaduerte, quod etiam si hyems temperiem suam obseruet, uer autem ualde pluuiosum & calidum sit, etiam sequentes ægritudines accidunt. Scitoq; si hæc fieri debeant, opus esse æstatem suam temperaturā feruere

L uare

uare, quoniam si aestas multam caliditatem non haberet, humores ebullire non faceret, qui deinde ex ebullitione corrumpuntur. Addeq; plures alios morbos in his temporibus sequi, quos tamen Hippocrates non ponit: hos enim solos profecutus est, qui frequentius accidunt.

Hic uero dubium non medio cre intercidit, quia si hyems frigida & sicca fuit, necessarium est, quod humanum corpus frigefecerit & exiccauerit: uere autem adueniente calescit & humectatur, quod oppositum est eius quod in hyeme factum erat: propterea dubitatur, an possibile sit tantam esse humiditatem in uere & caliditatem, quae frigiditatem & siccitatem ex hyeme contractam expellere possit, praesertim quia potissima hyemis qualitas actiua est, scilicet frigiditas: potissima autem uere est passiuia, scilicet humiditas. Respondemus, uere sua caliditate & humiditate, hyemis frigiditatem & siccitatem repellere posse: quia nostra corpora secundum aerem ambientem immutantur, & licet mutatio ita cito forte non fiat, tamen in tempore fit, & uere magis aptum est suas qualitates introducere: primo quia aer natura calidus est & humidus, & haec est ueris essentia, ideo in suas qualitates facile deueniet, & nostra corpora alterabit. Secundo, caliditas est magis actiua, quam frigiditas. Sed dubium aliud superda aure praeter eundem non est, propter quid hi morbi in uere non fiant, sed aestatem expectent. Cui Philotheus respondet, inquit, *ὅτι μάλλον πότε πῦρ ἀντιμετέειναι ἐπιπέσει τὰ σώματα. ἢ τῶν θέρων ἐστὶν τὴν ἔργον θερμασίαν ὑπὲρ τὴν ἡφαιστοσὶν ὀπίσθεται οἱ χυμοί.* idest, Quod tunc corpora ad moderatam magis conueniunt: in aestate autem ob nimiam caliditatem humores statim corrumpi incipiunt. Potest & alia reddi causa, de qua in alijs aphorismis agemus.

ἡν ὄφθαλμίας. idest, Acuta febris.] scilicet, necesse est in aestate fieri, quia superueniente aestate humiditates in nostrum corpus receptae ebullunt, & corrumpuntur, & acutae febres causant, quae sunt uel continuae uel intermittentes, sed ut plurimum continuae, quoniam hi humores in uenis corrumpuntur. Rationem eandem reddit Aristoteles octauo problemate primi libri, cur febres fiant, quoniam (inquit) aestas corpora nostra multum humoris continentis excipit, & terra madet, & habitanti locus perhumidus est, talisque redditur, qualis qui grauis perpetue constat. Et Philotheus in idem incidit, inquit, *ἔστι τὸ δεῖν, ὅτι ὁ χειμῶν ἀκρῶς ψυχρὸς γέγονεν, καὶ κατέβαλε τῆ ἀκρῶς ψύξει τὰς διυόμενας, καὶ τὴν κακοχυμίαν, τὴν ἐπὶ τῷ φθινοπωρῶν ἀδροειδέσαν ἢ τῶν σώματι φησὶ κλεισθῆναι. εἴτα τὸ ἔαρ ἔλθων, θερμὸν καὶ ὑγρὸν ὅν χύσις ἐποίησεν ἐπὶ ὕλης, καὶ ὑγρὰ τὰ σώματα ἀπεργαστο τῆ ὑγρότητι. ἐπὶ παρελθὼν τὸ δὲ φθινόπωρον φύσις θερμὸν καὶ ξηρὸν αὐτῷ τὴν ἰδίαν ὕλην εὐρόν, εἰς σῶμα μὲτέβαλεν, τὴν μὲν ὀπίσθεται οἱ σπινθηροὺς ἔστι τὴν ἀρτηρίων πῦρ καθεδίου, ἐξ ἧς γίνονται πυρσὺι.* idest, Propter hoc autem, quod hyems eximia frigida fuit, potentias eximia illa frigiditate destruit, & malorum humorum abundantiam ab autumno congectam in corpore inclusit, postea uere adueniens calidum & humidum existens, materiae effusionem fecit, & humida corpora, sua humiditate reddidit: deinde aestas superueniens secundum eius naturam calida & sicca, propriam materiam inueniens, in corruptionem conuertit: corruptione igitur per arterias ad cor ueniente, febris acuta fiunt.

Hic uero dubium non dissimulandum occurrit, quomodo acutae febres ob humiditatem ueri inexistentem generentur, nam potius diuturnae generari deberent, quia acutae in siccitatibus maxime fiunt. Respondemus, febres simpliciter acutas non fieri, sed ob ebullitionem acutas, & quia non est opus, si tempus siccum sit, quod febris acutae generentur: quia pauca illa materia resoluuntur, & ad generandas febres inepta efficitur: humida autem materia ebullit, & normam non habet, ideo febris acutas facit, tamen a materia sicca acutiores fierent.

καὶ ὀφθαλμίας. idest, Et ophthalmias.] quas Latini lippitudines uocant: sunt uero in albumine oculi tumores praeter naturam rubri, qui fiunt quoties caput in uere humiditate plenum est, & superueniente aestate efferuefcunt & ebulliunt, & per uenas & suos nervos ad oculos defillant, lippitudinesque inducunt: immo non solum lippitudines, sed & alias egritudines, quae oculos impetunt: in primisque currente materia pruritus quidam in oculis sentitur. Vnde Celsus capite septimo secundi libri, inquit, Si frons prurit, lippitudinis metus est, quamuis de illis sermonem habere uideatur, qui uitia articularum patiuntur, tumores inquam & dolores sine podagra, tamen absolute uerum est, in omnibus

bus qui lippitudinē incidere debent, prius fieri non circa frontem modo, sed & in oculis ipsis: fit uero potissimum à pituita, ut Celsus libro sexto, capite sexto edocuit. Galenus autem in libro De generalibus morbi temporibus, tempora diuersorū morborum edocere uolens, inquit, Sic etiam in lippitudine, principio quidem copiosus humor, tenuis & incoctus plurimum defluit: deinde paucior, crassiorq; notam quandam concoctionis accipiens, postea temporis processu copia decrescente, cōsistentia uero ad crassitiam spectante, adeo concoctionis signa augentur, ut etiam palpebræ dormiētium inde conglutinentur. is humor, & ipse primum tenuis & copiosus, temporis autem spatio paucior & crassior euadens, morbi cōcoctionem, eiusq; declinationem ostendit. Idem Galenus in Introductorio lippitudinem describit, quam sua lingua ophthalmiā uocat, quum album rubescit, & palpebræ attolluntur, cum dolore conuiuent, ægræq; manus admotas ferunt. unde aliqui ophthalmiam considerantes, palam dixere, à sanguine uel bile continuo fieri: sed tunc ophthalmia, lippitudo non esset, quia Celsus ex pituita fieri lippitudinem dicit: propterea hi qui dicunt, ophthalmiā ex sanguine & acutis humoribus solum fieri, non recte considerarunt antiquos, quoniam & ex crassa materia fit, ut Paulus Ægineta libro tertio, capite uigesimo testis est. Aristoteles & lippitudines & febres octauo problemate primi libri, cur hac tempestate fiant edocere tentat: uerba eius hæc sunt. primum itaq; lippitudines subeunt, cum excrementa humoris in capite delinquere incipiunt: ita enim intelligendum est, ut res eadem & calidissima & frigidissima reddi possit, ceu aqua uel lapis seruet: etenim illa urit hic uehementius. Fit igitur ut aer suæ crassitudinis causa calorem pleniorē suscipiens exardescat, & corpora pari ratione anxietate aestuq; ueuentur. aestus uero in corpore, febris: in oculis, lippitudo est. Denique mutatio quæq; calida corpus peruertit, quum scilicet cœlo adhuc madente estas protinus sicca & calida occupauit. uitium etiā augetur, si pluuia æstas accessit: ita enim uis solis materiam late obtinet, quam seruescere tum in corporibus, tum in terra, tum etiam in aere faciat. Qua de causa febres oriuntur & lippitudines. Hæc Aristoteles præcitato loco.

καὶ δυσπραγίας γινώσκου. idest, Et difficultates intestinorum. 1) Quæ eadem materia ebulliente, & à capite ad intestina trāmissa fiunt: nam sua mordacitate eadem intestina corrodit, & exulcerat: tamen quia hæc materia multum acuta esse non posset, tunc diarrhiam & hienteriam, idest leuitatem intestinorum inferre posset. In Latino codice deest id uerbum Fieri, quod tamen addi oportet, quum in Græco etiam adsit. Celsus capite quintodecimo sexti libri hunc morbum Latine tormina intestinorum appellat, & non difficultatem intestinorum, dicit enim (prius autem de alijs intestinorum morbis sermonem habuerat) Proxima his inter intestinorū mala, tormina esse censuerunt, *δυσπραγία* Græce uocatur, intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat, isq; modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur, interdum simul quædam carnosâ descēdunt, frequens desciēdi cupiditas, dolorq; in ano est: cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur, atq; eo quoq; tormentum intenditur. Ex quibus colligi licet recentes omnes interpretatos esse *δυσπραγίας*, idest, difficultates intestinorum. Celsus uero interpretatur, tormina intestinorum, uel absoluto uocabulo tormina, licet Græcum uocabulum difficultatem significare uideatur, cum dolore tamen: nam *δύς* particula, quando in compositionē uenerit, dolorem semper & difficultatem significat. Non ab re igitur Plinius Græco uocabulo, ac si Latinum sit, semper utitur, dysenteria dicens: uel ergo cum recentibus, difficultates intestinorum: uel cum Celso, tormina intestinorū interpretetur, nihil refert. Celso Plinius fauere uidetur, qui libro decimoquinto, capite uigesimo primo, de sorbis tractās inquit, unum genus esse quod dysenteriaē confert, propterea torminale appellari, tanquam id ad tormina, idest ad dysenteriam ualeat. Habent tamen alia nomina Græci, quibus tormina significant, ut *σπρίφσι*. Sed per excellentiam hæc tormina sunt, quæ in dysenteria fiunt, quia nulla acutiora, utpote quæ breui interficiant, & cancos in intestinis pariant, uel dum hæc tormina patimur, fiant. Addit uero multas alias ægritudines Philotheus quas hic non enumerauit Hippocrates, & per quendam diuisiuum ordinem eas disponit. ne uero tu eius uerba desideres, hæc sunt: (prius uero cur febres acutæ fiant, causam alsignauit, mox sequitur

tur) εἴτε πάλιν ἐκ τῆς σπιγίδος ἀναπέμπονται ἀτμοὶ δευτέρου γὰρ τῆς κεφαλῆς, καὶ εἰ μὴ ἀδύνατος ἡ κεφαλὴ ἢ μάλιστα γὰρ αὐτῆς ἰσχυρῆς, καὶ ἀρπυγίαι, καὶ σποτώσεις γινώσκονται. εἰ δὲ ἐξ ἄλλου, δίκαιον τὴν ὄψιν, ἢ εἰς τὰ παρακείμενα μέρη, καὶ ποιεῖ ὀφθαλμίας, καὶ ἀπληγίας, ἢ εἰς τὰ πόδια, καὶ εἰ μὴ πῶς τὰ ἀναπνευστικά, καὶ ποιεῖ δύσπνοια, καὶ βήχα. εἰ δὲ εἰς γαστέρα καὶ σπύγγα, ποιεῖ δύσπνοια, καὶ εἰ μὴ πῶς τὸ σπύγγον οὐκ ἔστιν ἐλεονυμίων. idest, Postea rursus ex corruptione acres uel acidi uapores in caput remittuntur, & si quidem caput debile sit, in ipso permanent morbi comitiales & apoplexiæ, & uertigines, & obtenebrationes uel caligines oriuntur. Si uero robustum sit, scilicet caput, materiã depellit, uel ad partes adiacentes & ophthalmias, atq; aurium dolores facit: uel ad has quæ longe sunt: & siquidem ad spiritales partes, anhelitus difficultatem & tusses facit. Si autem ad uentrem & intestina, intestinorum difficultatem facit, eisdem morfu exulceratis.

Μολιστὰ δὲ ποισήματα. idest, Præcipue uero mulieribus.] Quia humidæ sunt, ideo ingentem copiam humorum habent, qui ebullientes, & ad has partes transmissi, lippitudines uel intestinorū tormina faciunt, & simul, uel separatim acutas febres: hæc pars ad solam dysenteriam referri possit, ut sensum faceremus, fiunt dysentericæ, sed potissimum mulieribus. Nos autem in omnibus intelligendum putamus, quod omnes præscripti morbi, mulieribus potissimum accidunt, tanquam humidioribus, ociosioribus, & uiris in luxum procacioribus.

Καὶ ποισὴ ὑγρὰς ἐχρῶσι τὰς φύσεις. idest, Et his qui humidas habent naturas.] Ita habet antiquus contextus quem habeo, & Aldinus, & ita in suis Theodorus & Constantinus habuerunt: tamen alium codicem habemus, qui Leonicensis conformis est, ita legitur, καὶ ἀνδρῶσι ποισὴ ὑγρῶσι τὰς φύσεις. idest, Et uiris natura humidioribus, uel qui naturas humidas habent, & hoc ratione prædicta. Hippocrates in libro De aere, aquis & locis, ubi huius aphorismi sententiam ponit, humidorum non meminit. Sed dicit, pueris & foeminis: atate quæ humidã est edocens. Celsus uero inquit, Maxime hæc euenire in mollioribus corporibus: ideoq; præcipue in mulieribus. De humidis uero corporibus ita dicit Philotheus, εἰ γὰρ ὅλιον τὴν κατὰ φύσιν, ὡς οὐκ ἔστιν τὰ σώματα μεμφομένητα, πρόσθιλον ὅτι ἢ σπιγίδος γὰρ ποισὴ ὑγρῶσι δὲ σώμασιν. idest, Si enim totam constitutionem, tanquam corruptentem corpora accusemus, manifestum quod corruptio in humidis corporibus est.

GALENVS

DE alteratione quæ in temporibus fit, hic docet, ab hyeme sicca & Aquilona Intitium sumens: uere autē pluuioso, & austrino. Paruæ igitur tales mutationes, præter naturam tamen, quapropter & ad æstatem sequi ait hos morbos, febres acutas & lippitudines, & intestinorū difficultates. Causam uero ob quam superabundant in tali constitutione huiuscemodi morbi, ipse explicauit in libro De aquis, locis & aere. Verba autem eius se habent in hunc modum: Si autem hyems quidem sicca & aquilonia fuerit, uere uero pluuiosum & australe, necesse est æstatem febrilibus abundare, & lippitudines, & difficultates intestinorum aduenire: quando enim æstate strangulatio repente superuenerit, & terra madida ex pluuijs uernalibus, & ab austro fuerit, necesse est, æstum duplicari, & à terra madida atq; calente, & à sole comburēte, non constantibus hominum uentribus, neq; exiccato cerebro. Neq; enim possibile est tali uere existente, nõ inflammari corpus ac carnem, unde febres accidunt acutissimæ, tum reliquis omnibus, tum præcipue pituitosis. Difficultates uero intestinorum mulieribus, & uiris humidioribus conuenit fieri. Hæc quidem Hippocrates in libro De aquis & locis & aere, dixit: Nos uero latius eius sermonē explanabimus, & primum quidem ob quam causam, neq; in hyeme, neq; uere per talem constitutionem dixerit uulgari morbos. Atqui in secundo Epidemiorum, in ipso tempore uitiato, ait, apud Cranonē factos esse carbones. Verba autem eius inibi hæc sunt: Pluebat in æstibus aqua ueniente per totum, fiebant autem austro magis. Manifesta igitur ex his quæ dixerat causa, ob quam apud Cranonē facti sunt æstate carbones. Neq; enim paulatim mutauit temperaturã, sed ad talem peruenit constitutionem, in qua facile putrent quæcunq; naturam habent ut putreant. Habiles enim sunt humiditates modum excedentes ad putrescendum. Nam (ut ipse inquit) morbi in temporibus pluuiosis fiunt magna ex parte febres longæ & alui fluxus atq; putredines.

adhuc

adhuc autem magis in his quæ calidissima sunt. In unum itaq; conueniētibus adeo fortibus, atq; immoderatis dispositionibus, ueluti in Cranone, tempus secundum corpus non expectat, uerum anticipat in priore plurimum offendi. Per hyemem uero sicca & Aquiloniam, corpora quidem tali modo afficerentur, qualem ipse dixit per hæc uerba: Si uero Aquilonia fuerit, tussis, fauces, alui duræ, urinæ difficultates, horridi dolores laterum, pectorum: non tamen effatu dignus morbus adcreset, nam & alioquin sic ciores temperaturæ sunt salubriores. Ex toto enim ait siccitates pluuiosis temporibus esse salubriores, & minus mortiferas. Hyeme uero Aquilonia, ac sicca: nocebit quidem rectis stantibus hominibus, ad tussis, & alui suppressionem, & difficultatē urinæ, atq; dolores locorum ad thoracem attinētium, non tamen febres uel difficultates intestinorum, aut tale quiddam operabitur. Cur autem neq; in uere pluuioso atq; Australi existente morbi uulgantur? quoniam antecessit hyems frigida ac sicca. Ipse uero dixerat non simpliciter præsentēs constitutiones fore considerandas, sed ex quibus, ad quales uel fiant permutationes exiccatum. Itaq; corpus per hyemem, cuius sicca atq; Aquilonia fuit temperatura, non modo nihil ex uernis pluuijs patietur, sed potius aliqua ex parte iuuabitur ad naturalem rediens mediocritatem. Si uero totum uel humidum fuerit ad contrariam ducetur corpus constitutionem, transcendens illam quæ medium tenet, mediocritatem. Quare æstas subsequens paratum excipiet offensionē, quum terra adhuc humecta sit, atq; ob hanc causam strangulationē efficiet, utpote Etesis nondum potentibus flare. Nam illi postea, & post Canem flare incipiunt. Quare totum tempus medium habebit febres acutas propter caliditatem & humiditatem, humoribus in corpore putrescentibus, necnon lippitudines & difficultates intestinorum, pro aptitudine partium quæ offensionem recipere natura aptæ sunt. Aliæ enim alijs magis, aliæ minus passibiles sunt, secundum corporum temperaturas. Nam lippitudines fere omnes infestant repleto capite, quibusdam exceptis quibus oculi præualidi sunt. Difficultates uero intestinorum eos qui naturas humidas habent, & mulieres, hæc siquidem uiris sunt humidiores. Si igitur totam constitutionem, tanquam nostra putrefacientem corpora, dānamus, liquet quod putredo magis humidis adueniet corporibus. Ipsum siquidem humidum quod in nostris putret corporibus, quædam ueluti materia est ad uel caloris patiens, humiditas uero ambientis aeris, quatenus exiccati non sinit humorum in corpore superabundantiam, eatenus adiuuat uim putrefacientem. Nihil itaq; mirum si in talibus constitutionibus plus offenditur naturæ humidiores, & propterea ait, febres pituitosis magis aduenire, hi siquidem necessario sunt humidiores. Manente igitur putredine in corpore, febres fiunt. Si uero per uentrem euacuetur, difficultates intestinorum. Et hæc per totam æstatē contingent, nisi fiat circa Canis ortum permutatio, de qua ipse in libro De aquis, locis & aere transegit, post uerba paulo antea scripta, post illa uidelicet: Difficultates autem intestinorū par est fieri mulieribus, & uiris humidissimis. Nam sermone continuans, scribit in hunc modum. Et si quidem superuenerit circa Canis ortum aqua, & hiberna tempestas, & etesias perflauerint, spes est quietis, & quod autumnus salubris erit. Alioquin periculum est, ne pueri moriātur, & mulieres, minime uero seniores, & ne qui euaserint, in quartanā finiant, & ipsa quartana in aquam intercutem terminetur. Verum de his quæ adiuuat in libris De aqua, & aere, & locis, cum librum illum exponemus, diligentius considerabimus. De his uero quæ in præsentī aphorismo proponuntur, sufficiens est dictum, excepta una dictione, ex necessitate, quam non solum apposuit in aphorismo, sed etiā in libro De aquis, locis, & aere, ostendens per eam, quod rei natura persuasus, & non ex aliqua obseruatione, ista notauerit. Quotiens igitur uerisimile sit ipsum uidisse talem constitutionem, uel quot in locis, nunquid bis, uel ter, uel quater. Sed neq; si sæpius inquis, possumus dicere quod ita semper erit: sicuti neque si ex medicina aliqua uideris purgatos sex, uel septem homines, iam dicere certe poteris quod omnes posthac homines similiter purgabuntur. Quare pro manifesto relinquitur quod rei naturam Hippocrates sequens, & non aliquam obseruationem, ita scriptita uerit, Necessè est æstate febres acutas, & lippitudines, & difficultates intestinorum fieri.

IN HAC Galeni commentatione plura sunt animaduersione digna, sed id potissimum in principio commenti, in quo multa desunt, quæ in antiquis codicibus Græcis scripta inueniuntur, licet Aldinus codex his careat, & in nostro antiquo non adessent, sed in margine à quodam uiro docto scripta sunt, qui simul principio commenti addenda esse ostēdit. Si uero aliquis querat quæ nam ista sint, nos ea subscribere non pigebit. In hunc enim modum incipit Galeni commentum, & ita in antiqua quadam translatione habetur, & nonnulli recentes cum his uerbis legunt, αἱ ὕγρα, ἢ φυλάσσοι τις αἰκείας κρῶσεις, ἢ ἀλλοιωῦνται, καὶ εἰ ἀλλοιοῦνται, ἢ εἰς τὰς ὁμογενεῖς τῶν μεταβαλλοῦσιν διαφύονται τῇ ὕδατι, ἢ εἰς τὸ ξηραντιοῦ. ἢ δ' ἀλλοιωσις, ἢ μᾶς γίνεται, ἢ δύο, ἢ τριῶν, ἢ πᾶσάν. Ὁ εἰ δύνῃ, ἢ τριῶν, ἐφ' ὧν, ἢ οὐ καὶ ἢ ἕξ δύο ποιότητος, ἢ ἕξ μίαν, Ὁ τὰ νοσήματα ποιοῦσιν, ἢ ἐν αὐταῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐφ' ὧν, ἢ ἐν ταῖς ἀλλοίωσι. Ἐξ δὲ γίνεται, πῶς τὰς μεταβολὰς, ἢ σφοδρὰς αὐτοῦ, ἢ ἀμυδρὰς, Ὁ ἢ μᾶλλον ξηραντιοῦ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, ἢ ἡπλοῦ. ξηραντιοῦ μὲν γὰρ ἄγαν, ἢ δὲ μὴ καὶ ὑγρῶν. ἢ ἡπλοῦ δὲ δὲ μὴ καὶ ὑγρῶν. Hæc sunt Galeni uerba, quæ pæssim in commentationibus desunt, deinde sequitur commentum, quod publice habetur, πῶς. Πῶς ἐν ταῖς ὕγρας ἀλλοιωσίωσι. id est de alteratione, quæ in temporibus fit, & reliqua, quæ in commēto pæssim impresso consequuntur. Si autem prædicta uerba Latine loqui cupias, ut integrum commentum habeas, hoc modo interpretari possunt: tempora uel seruant proprias temperaturas, uel alterantur, & si alterantur, uel ad congeneres qualitates pertranscunt intensiōne differente, uel ad contrarias. Alteratio autem uel unius fit, uel duorum, uel trium, uel omnium. Et si duorum, uel trium, uel deinceps, uel non, & uel secundum duas qualitates, uel secundum unam. Et morbos faciunt, uel in eodem, uel sequente, uel in alijs. Hoc autem fit circa mutationes uel uehementes existentes uel debiles, & uel magis contrarias materię nature, uel minus. Contrarium enim ualde, si calidum & humidum, minus autem calidum & siccum. Post hæc sequantur uerba commenti, quæ in Leoniceni interpretatione habentur scilicet. De alteratione, quæ in temporibus fit, hic docet ab hyeme incipiens, & reliqua, quæ in toto cōmento continentur. Tot igitur uides in Galeno abesse, quæ & phrasim & Galeni doctrinam sapere uidentur. Nunc ad expositionem particularum quæ in commento sunt, deueniamus.

PRIMO docet Galenus, Hippocratem de alteratione, quæ in temporibus fit, tractare, ab hyeme uero frigida & sicca, & uere pluuioso & Austrino initium exorditur, quæ tempora à suis naturis non multum recedunt, tamen præter naturam esse constat, in æstate autem morbi sequuntur, de quibus Hippocrates, causam uero horum morborum in libro De aere, aquis, & locis explicauit, quæ in eodem libro non inuenimus, ut hic à Galeno referuntur, tamen in libro De capitis uulneribus, omnia posita sunt quæ hic refert Galenus. Arbitror ego uitio scriptoris hæc transposita esse, quæ spectant ad librum De aere, aquis & locis, & posita esse in libro De capitis uulneribus: quia re uera ad hunc librum non spectant. Tu rationem quam facit Galenus secundum Hippocratem uidere poteris, scilicet, quia terra madida, ideo caliditas intensior erat.

Quod autem dicit, Quando enim æstate strangulatio repente superuenit. Græcus codex habet, ὅταν γὰρ τὸ θερμὸν πῆξῃ, ἢ ὑψηλῶς ἐξείρηται. nos hoc modo potius interpretaremur, Quando enim æstate æstus superuenit. Nam illa particula πῆξῃ, æstum significat & offocationē, quæ æstus est, quam Ferrariense uulgus suffogaxo uocat, non autem strangulatio: quoniam re uera id uocabulum Strangulatio, hic ambiguitatem potius facit, quàm ueram sententiam uel conuenientem reddat.

Scitoq; quum à Galeno dicitur, Non inflammari corpus & carnem, sibi uti uerbo φλοιδιά, quod est cum ebullitione inflammari.

SECUNDO, Galenus cur fiant hi morbi rationem sibi parat, sed hoc facere uolens dubium quoddam remouet: propter quid ab Hippocrate dictum non sit, quando hæc tempestas præualuerit in hyeme uel uere, tales morbos fieri, quum hyems & uer tempore uitati sint, in quibus fieri deberent, & æstatem non expectare: & quod dubium uehementius auget, illud est, quia in secundo Epidemiorum libro, de eadem tempestate sermonem habens Hippocrates, in Cranone dicit factos esse carbones eo tempore, quæ tempus ipsum uitiatum erat, nempe in æstate, quando pluebat: quia humiditates ad purascendum

trefcendum habiles sunt, quando modum excedunt, ut deinceps uidere licebit, quum
 morbos in pluuiosis temporibus enumerabit. Respondet: si hæc qualitates multum in-
 tensæ sint, in illo tempore morbi fiunt, & tempus aliud non expectatur: Si autem adeo
 intensæ non sint, aliud tēpus expectatur: unde hyems sicca & Aquilonia, ea inferre de-
 beret, quæ superius dicta sunt, Aquiloniã tempestatē consequentia: tamen hi morbi ma-
 gni nō erunt, quia siccitates humiditatibus salubriores sunt, & ideo hyems Aquilonia
 & sicca, suas quidem ægritudines faciet, de quibus superius quinto Aphorismo tracta-
 tum est: sed febres non faciet, aut intestinorū difficultates. Si uero quæras propter quid
 hi morbi in uere non fiant, sed expectent æstatem. Respondet, quia hyems frigida & sic-
 ca præcessit. Hippocrates autem non solum intelligit, præsentes temporum dispositio-
 nes considerandas esse, sed etiam præteritas, & à quibus ad quales transitus fiat, per hye-
 mem uero siccam corpus exiccatum habetur, ideo ueris pluuiæ lædere non possunt, sed
 potius iuuare, quia ipsum ad naturalem constitutionē deducunt. Erat autem ob aquilo-
 niam tempestatem prius siccum. Si uero totum uer in humiditate perseveret, nō solum
 quod ex hyeme cōtractum erat, corrigit: sed corpus etiam ad contrariã temperiē dedu-
 cetur, nempe humidam: & eo facilius quod siccitas rarius corpus effecerat, & latiores
 meatus: propterea æstate subsequente corpus ad suscipienda nocumenta paratum inue-
 nitur, præsertim quia non solū corpus, sed & terra ipsa humida est: unde magnus æstus
 efficitur, quoniam Etesiæ nondum spirant, quæ plurimum exiccant, & post canem spi-
 rare incipiunt. ideo in principio æstatis hæc febres inuadent, quia in processu quum pro-
 pter calorem ipsum æstium, tum propter Etesiarū flatus, hæc terræ humiditates, & illæ
 quæ nobis intrinsecæ sunt (nisi prius corruptæ sint) resoluuntur: unde in hoc tempore an-
 te Canem, & Etesiarum ortum febres acutæ fiunt: nam propter caliditatem & humidi-
 tatem, illam agentem, hanc patientem, in nostris corporibus humorū putredines fiunt,
 quæ similitum februm causæ sunt. Hæc est in hac parte Galeni sententiã, in qua multa
 quæ ad contextum pertinent, consideranda occurrunt.

Ea pars huius cōmenti, in qua hæc uerba scripta sunt, Neq; uere per talem constitu-
 tionem dixeris uulgari morbos: Græce habetur, μήτις ἢ ἐξ ἡσυχίας καὶ τῆς ἐπιπέρας, ἢ
 ἀπὸ τοῦ αἵματος νοσήματα. quæ uerba nos potius hoc modo interpretanda existimamus. Neq;
 in uere per talem constitutionē dixerit morbos in uulgari. Paulo deinde, cum à Galeno
 dicitur, Atqui in ipso tempore uitiatō: potius legendū duco, In eodem tempore uitiatō.
 dicit enim sua lingua, κατ' αἰτίαν ἔργου, per ipsum tempus uitiatū. ut sensum faciat, quod in
 uitiatō tempore in Cranone ἀνθρακίς, id est carbones fiebant. Est autem hic locus statim
 in principio secundi libri Epidemiorum: tamen si Hippocratē ad libellam contemplari
 uolueris, de austro nihil dicit, quod magis fierent. At id in libro De capitis uulneribus
 inuenies. Potest id etiã Galeno imputari, quasi μνημονίου ἀμάρτυμα. i. memoriæ uitium.
 Cum deinde legitur, Habiles enim sunt humiditates modū excedentes ad putrescen-
 dum. Græcus cōtextus habet, ἰκαναὶ δὲ γὰρ ὑγρότητες ἀμείβοι γρηγορῶσαι σίτην. quæ uerba nos
 ita interpretada suademus, Conueniētes enim sunt humiditates modū excedētes, ad fa-
 ciēdas putredines. Aptius enim iudico dicere ad faciēdas putredines, ἤ ad putrescēdū:
 quoniã deinceps rationē reddens cur febres acutæ fiant, inquit: quare totū tēpus mediū
 habebit febres acutas propter caliditatē & humiditatē humoribus in corpore putrescē-
 tibus: ac si dicere uideat, humores ob caliditatē & humiditatē putrescere. & re uera ita
 est, quia calor humiditatē illam ebullire facit, qua inflāmata putredines causat: ppter
 cum Græco cōtextu potius legendū est, ad faciēdas putredines, ἤ ad putrescēdū. Quis
 & ipsa putrescere possint. In illa etiam parte in qua dicitur, Adhuc autem magis in his
 quæ calidissima sunt, in Græco codice habetur, ἔτι δὲ μάλλον αὐτὰ αἰ βρομότερες. i. Adhuc autē
 magis illis calores. Sensus autē est, Pluuiosa tēpora & humida, longas febres & putredi-
 nes facere: sed tempora calidissima has ægritudines adhuc magis faciūt, ἤ tempora hu-
 mida. Si uero humida & calidissima tempora unã iungantur, aliud tempus ut hæc ægri-
 tudines fiant, non expectatur: sed statim ob causæ uehementiam fiunt: & ideo Galenum
 ita interpreteris, Adhuc autem magis illis, scilicet humiditatibus, calores uidelicet ægri-
 tudines pariunt: tamen ne ad longas febres te determines, quia in calidissimis tempori-
 bus potius febres acutæ fiunt, sed cito ægritudines facit: quū postea simul iuncta erunt

caliditas & humiditas (superflua scilicet) citius gignuntur, ut in Cranone accidit, quia magnus æstus erat, & superuenit humiditas.

Quod legitur, Verum anticipat in priore plurimū offendi. deest una particula, ipso, quæ debet addi ante illam, priore: ut dicat, Verum anticipat in ipso priore, plurimū offendi. Græce enim habetur, *φθάνου γν̄ αῡτη̄ η̄ πρώτη̄ μέγιστε̄ βλασφημείαι.*

Quod etiam legitur, Nam & alioqui sicciore tēperaturæ sunt salubriores, hæc duo uerba hic defunt Alijs constitutionibus, uel Cæteris constitutionibus: ut hoc modo continuetur, Nam & alioqui sicciore temperaturæ, alijs cōstitutionibus sunt salubriores. Quæ duo uerba si non addātur, necessario subintelligi debent. Sed addi potius debent: quoniam in Græco contextu ita habetur, *πῶς γὰρ πῶς ἀλλοίσι, καὶ αἱ ἐξηρόσθαι ἢ κατὰ σίσειων ὑγιεινότεραι.* idest, Ad alias enim & sicciore constitutiones salubriores. Vbi uides illam particulam *κατὰ σίσειων*, idest Constitutionibus positam esse.

Id etiam quod legitur, Hyeme uero Aquilonia ac sicca nocebit quidem rectis stantibus hominibus, primo legi non debet Hyeme, sed Hyems, in recto: librarius incuria errauit. Deinde illa particula Rectis stantibus, conuenientem sensum facere non uidetur, habet autem Græcus contextus hoc modo, *ὁ δὲ χαμῶν ὁ βόρειος καὶ ἀρχαῖος, λεγόμενος ἰσθμὸς ὀρθοσπίδων οὗτος ἀνθρώπων.* Quæ si uerbum uerbo reddamus, hæc dicunt, Hyems autem Aquilonia & sicca, nocebit quidem hominibus. *ὀρθοσπίδων*, Leonicensis interpretatur, Recte stantibus. & re uera, id uocabulum illud importat. Ego autem, Ex opposito, uel E directo, interpretarer: ut sensus sit, Nocebit e directo hominibus ad tusses, & alui suppressionem, & reliqua. Leonicenum de hac particula in hoc loco quandoq; interrogauit, respondit, *ὀρθοσπίδων* hic, idest Statim, interpretandum esse. Hippocrates primo Epidemiorū libro, in primo & secundo statu, utitur hoc uocabulo *ὀρθοσπίδων*, quod Galenus interpretatur *ἀλνωσις*, ita ut non solum propter hoc hominibus non oblit, sed etiam consuetas operationes dimittere non cogantur.

Quod dicitur, Sed ex qualibus ad quales ue fiant permutationes. Hic duo uerba defunt, scilicet præconsiderare oportere: ut hoc modo legatur, Sed ex qualibus ad quales ue fiant permutationes cōsiderare oportere, Græce enim habetur, *ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξ οὗν ἐς οἷα εἶσιν αἱ μεταβολαὶ πρὸς πρὸς κω̄είδαι.* Sed & illud considerari oportet, Quales ex quibus fiant immutationes. In Leonicensi interpretatione ultimum uerbum omissum est.

Quod deinde sequitur, Exiccatum itaq; corpus. à chalcographo inepte impressum est, Quoniam ipse præcedentibus uerbis coniungit. Et tamen sequentibus iungi debet. Potiusq; legerem Præexiccatum, quàm Exiccatum. Nam Græcus contextus, *πρὸς ὑγρασμίον* habet.

Illi etiam parti, in qua habetur, Si uero totum uer humidum fuerit, ad cōtrariam ducetur corpus constitutionem. Hæc uerba addi debent, Ei quæ prius inerat sicca: postea sequatur transcendens illam quæ medium tenet mediocritatem. Nam Græcus contextus ita dicit, *εἰ δὲ ὅλον τὸ ἐαρ̄ ὑγρὸν γρηθῆ, πῶς πλὴν ἡναντίαν ἀχθήσεται τὸ σῶμα κατὰ σπινθ, ἢ ἐμπροσθεν ὑγρασμίον αὐτοῦ ἢ ξηρας.* idest (si ad uerbum reddamus) Si uero totum uer humidum fuerit, ad contrariam ducetur corpus constitutionem ei quæ prius inerat, sicca scilicet.

Quod etiam legitur, Atque ob hanc causam strangulationem efficiet, hoc uerbum Strangulationem, ab Hippocrate dicitur *πνιγῶ*: nos potius interpretaremur, offocationem intensi æstus: ut superius etiam fecimus.

Pro exquisitori autem Galeni interpretatione scire oportet, Etelias uentos esse, qui decimo octauo calendæ Augusti (ut Plinius libro decimo octauo, capite uigesimo octauo refert) flare incipiunt. Cæsar autem in Italia decimo calendæ Augusti persentiri iudicauit. Desinunt uero quinto calendæ Septembris, ut idem Plinius capite trigésimo primo libri decimo octauo testatur; & eodem auctore teste libro secundo, capite quadragésimo septimo, ex parte Aquilonis Etelias flant, ubi inquit, Post biduum exortis caniculæ, spirare Aquilones, quos prodromos uocant: persflant autem constantius diebus quadraginta, quos Etelias uocant; & addit, quod nulli uentorum magis statim sunt: nunquam autem noctu spirant, & a tertiâ diei hora oriuntur. Apud nos Færrarienses singulis annis non spirant, sed quandoque spirant, mihi uisus est uentus inter Aquilonem & Orientem

Orientem, fortè ubi obseruabam, directe non spirabant. In loco quodam Scythiæ & in hyeme spirant, ut Plinius libro sexto, capite decimosextimo refert. Quod tanquam mirum quoddam ab eo refertur, quum & apud nos hyeme spiret Aquilo. Quod autem Plinius uelit Etesias Aquilonem esse, manifeste deprehenditur libro decimo octauesimo, capite trigesimo quarto, ubi de Aquilone tractas inquit, quòd mollit fymdera æstate media, mutatq; nomen, & Etesias uocatur: propterea mirum non est, si smaragdus bactrianos inueniant flantibus Etesias, quoniam is uentus arenas dimouet, & uidentur inter saxa lucere, ut Plinius libro trigesimo septimo, capite tertio edocuit.

TERTIO, Galenus rationem reddit, cur lippitudines fiant, quia hic morbus plenus capite fit: est autem plenus ob uernum tempus, quod pluuiosum fuerat.

QUARTO rationem assignat, cur difficultates intestinorum generentur, sed hoc mulieribus & uiris humidioribus solum applicat: tamen non solum humidis & mulieribus has intestinorum difficultates applicandas esse iubemus, imò & lippitudines & febres acutas. Quod uero humidis hæc potissimum accidant, ita suadet, quoniam uniuersam hanc constitutionem damnamus, quia humida: humidis ergo corporibus putredo magis aduenit; nam humidum in nostris corporibus putrescens materia quædam est, quæ à ualoris patitur; ebullit enim & putrescit. Adde, quod aeris humiditas qui ambient nos, ad putrefactionem inclinat, quia nostri corporis humiditates & humores ipsos exiccare non sinit; nam nisi esset aeris humiditas exiccarentur, quia siccus aer nostri corporis humores exiccat. Ideo in his constitutionibus humidæ naturæ magis offenduntur: propterea pituitosi febrem incidunt, & si humores per uentrem descendant, intestinorum difficultates fiunt: si uero à capite ad oculos defillent, lippitudines oriuntur. Sed illud de intestinorum difficultatibus, ad mulieres & uiros humidos refert: & dicit, Hippocratem ad illos tantum referre, quum tamen nos putemus & omnes alias enumeratas ægritudines, ut febres & lippitudines ad hos referri debere, & non ad solas intestinorum difficultates.

Id quod in hac parte habetur, Difficultates uero intestinorum, eos qui naturas humidas habent, mutilatum est; nam hæc particula deest, Ut ipse dixit. Græcus enim contextus in hunc modum se habet, *Δυσπραξίαι δὲ οἷς αὐτὸς εἶρηκε, τοῖς ὑγρὰς ἔχουσι τὰς φύσεις.* id est, Difficultates uero intestinorum, ut ipse dixit, eos qui naturas humidas habent.

QUINTO Galenus edocet, omnia hæc fieri, nisi in æstate mutatio cõtingat: est autem mutatio, quæ hoc potissimum prohibere potest, circa canis ortum. Vnde Hippocrates in libro De aere, aquis & locis, dicit: Si circa ortum canis *ἄσθρα καὶ χειμῶν*, id est (ut interpretes referunt) aqua & frigus hybernũ; nos potius hanc particulam *χειμῶν* hybernã tempestatẽ interpretari malumus, quamuis re ipsa idem sint, & Etesiæ spirent, spes est quietis ab illis morbis, & autumnus eat salubris.

Verba autem, quæ à Galeno referuntur ex Hippocrate De aere, aquis & locis, in meo codice scripta non sunt, imò hoc potius habeo, quia Galenus illud de difficultate intestinorum ad mulieres & uiros natura humidos refert, ab Hippocrate uero ita non refertur, sed ad febres illos refert, nempe dicit, pueris autem sceminisq; febres fiunt. Nos uero (ut prædiximus) has humidas naturas, potius ad omnes ægritudines referimus, quam ad unam solam. At si circa ortum Canis ista mutatio non fiat, periculum est, ne pueri moriantur, & mulieres: seniores autẽ minime, quia à calore ita affici non possunt: ex pueris uero, & mulieribus, eæ quæ mortem effugiunt, quartanam incidunt.

Deniq; Galenus unam particulam in aphorismo positam interpretatur, quæ est, *ἢ ἀνάγκη*. id est, Ex necessitate. Aliquis enim dubitare posset, cur Hippocrates ista ex necessitate fieri edocuerit: quod etiã in libro De aere, aquis & locis, sentiebat: quamuis in meo codice non legatur. Respondet Galenus, Hippocratem hac particula, Ex necessitate, usum esse: quia ex sola ratione & ex natura rei, hanc sententiã huius aphorismi proposuit, & experimentũ secutus non est: nã & si bis, uel ter, uel quater similia tempora obseruasset, certam propositionẽ & uniuersalem colligere nõ potest, per quam ita ex necessitate esse possit asserere: sicuti etiã si ex eadem medicina sex uel septẽ purgatos uideris, omnibus uniuersaliter cõferre dici non potest: unde in toto decursu humanæ uitæ, homo tales dispositiões per tot uices uidisse nõ potest, q̄ uniuersalẽ propositionẽ ex necessitate

necessitate accipere conueniat. Ideo Hippocrates potius rationem secutus, quam experientiam, huius Aphorismi sententiam protulit. Nobis autem uidetur, quod experientiam sequi potuerit, imò & hæc per experientiam sciuntur, si non per unum hominem, per decem, aut duodecim saltem habentur, qui hæc annotarint, & descripserint, deinde successores eadem legerint, & alia eisdem addiderint.

APHORISMVS XII

SI uero hyems Australis, & pluuiosa, & serena fuerit: uer autem siccum, & Aquilonium, mulieres, quibus partus ad uer inest, ex quacumq; occasione abortiunt: Quæ uero parient, imbecilles, & morbidos infantes pariunt. Quare uel statim intereunt, uel tenues, & ualetudinarij uiuunt. Cæteris uero mortalibus, difficultates intestinorum, lippitudines siccæ fiunt. Senioribus autem destillationes, quæ cito interiment.

BRASAVOLVS

CONSTITVTIO hæc, de qua Hippocrates in præsentiarũ sermonem habet, præcedenti è directo opposita est de qualitatibus harum partium anni: unde & Philotheus dicit, *ὄρθωτα τῆν παρατηροῦντων τῶν αἰσθητῶν ἀφορισμῶν ποιῆται*. idest, Hic imutationem facit contrariam superiori aphorismo. Superius enim hyemem siccam & aquiloniam ponebat: hic ecōtrario hyemem humidam & austrinam: ibi uer pluuiosum & australe posuit, hic uer siccum & aquilonium ponit. Quando hæc tempestas præualebit, mulieres quæ ad uer partum expectant, facillime & ex minima causa abortiunt: quæ autem non abortiunt, sed pariunt, infantes ipsi imbecilles sunt & morbi di. Quare opus est, quum statim in lucem prodire, moriantur: si uero superuixerint, imbecilles, tenues & ualetudinarij uiuunt. Hæc quantum ad mulieres uterum gerentes & natos: sed quantum ad alios homines spectat, intestinorũ difficultates incidunt, uel siccas lippitudines, & præter ista, senioribus in hac constitutione destillationes fiunt, quæ subito interimunt. Galenus hunc aphorismum ex Hippocrate citat in libro De aere, aquis & locis: quod in meo codice non est, sed in librum De capitis uulneribus trãpositum inueni. Si autem Hippocratis uerba in hoc libro scire cupias, hæc sunt: Si uero hyems austrina aquosa serenacq; fuerit, uer autem aquilonium siccum & tempestuosum, primum quidem sceminæ prægnantes, quæq; per uer parituræ sunt, abortiunt. Si quæ uero pariant, non fortia, morbosaq; pignora parient, quæ uel statim pereant, uel si uiuant, macilentia, non fortia, morbosaq; sint, foeminis quidem hæc: cæteris uero difficultates intestinorum, sicca lippitudines fient: quibusdam uero de capite in pulmonem destillationes defluent. pituitosis quidem intestinorum difficultates par est fieri, foeminisq; pituita de cerebro superfluente propter earum naturæ humiditatem: biliosis uero sicca lippitudines, propter carnis caliditatem & siccitatem, senibus autem destillationes propter uenarũ raritatẽ & distentionẽ. Quamobrẽ nonnulli mentis delirio & insania laborant, quidam uero dextera parte siderantur. Quum uero hyems austrina calidacq; sit, corpusq; non sistatur, nec uenæ: quumq; uer septentrionale, siccumq; superueniat, cerebrum dissoluitur, purgat, destillat. Quum autẽ unã cum uerno tempore frigida grauedine, destillatione, raucitateq; corripitur, tunc sistitur stringiturq;, subitoq; æstas & calor superueniat, mutatioq; subito fiat, mala hæc supueniunt. Hactenus Hippocrates: qui deinde concludit, urbes quæ bene positæ sunt, soleq; probe perlustrant, uentisq; bonis perfantur, aquisq; optimis utuntur, minus has mutationes sentire. Hæc ab Hippocrate in libro De uulneribus capitis, quæ ad librum De aere, aquis & locis, spectare uidentur.

Celsus primo capite secundi libri hunc aphorismum suo modo interpretatur, ita inueniens, Si uero austri, pluuiacq; hyemem occuparunt, uer autem & frigidum & siccum est: grauidæ quidem sceminæ, quibus tum adest partus, periclitantur: hæc uero quæ gignunt, imbecilles, uixq; uitales edunt. Cæteros lippitudo arida, & si seniores sunt, grauedines atq; destillationes male habet. Aristoteles præterea problemate nono primi libri de hac

de hac tempestate dubitat, cur si hyems Aufrina & pluuiosa fuit, uer autem siccum & aquilonium est, corpora tam uere quam aestate morbi exercent. Respondet, quod hyemis tepor & humor faciunt, ut corpora tepori eiusdem proxima in qualitate reddatur, humida enim laxaq; fiant, & soluta necesse est: quæ cum ita se habeant, uere frigidus atq; sicco facile concrefcere possunt & indurari. Itaq; grauidæ, quibus tunc adest partus, abortu periclitantur, uidelicet incalcfcendi, crudescendiq; ratione, quæ res sideratio appellata est, quam sicca illa committit frigiditas, impatiens omnino excernedi humoris: infantes uero quos gerunt, imbecillos læsosq; immodicam ob frigiditatem edunt. Accidit enim, ut qui tunc coelo sereno nascuntur, idem pluuiæ benigne & cõstitent & nutriti fuerint intra parentem. Cæteris uero cum pituita uitio suæ nimietatis purgata non est, quod sit ubi uer tepidum se exhibuit, sed coacta à frigore constitit, quum tempora occupauit, æstatis uero colliquefcit, si biliõsi sicciq; sunt: quod eorum corpora minime humidam, sed squallibundã sortiuntur naturam. Excitantur quidem humores, sed tenues: quamobrem eos lippitudo arida male habet. Si uero pituita redundat, raucitates, destillationesq; in pulmonem oriuntur, mulieres extorquent difficultates intestinorum, quia natura sunt humida frigidaq;, seniores stupor attonitos reddit, ubi uniuersus resolutus humor incubuit, exq; imbecillitate caloris natui concreuit. Hæc Aristoteles præcitato loco, quæ huc adducere placuit, ut Aristotelis furtum cognoscas: nam in libro De aere, aquis & locis, ad uerbum fere scripta sunt. His autẽ præmissis, ex quibus uides unde hic aphorismus sumi possit, & à quibus uiris adducatur, ad eius particulas singulatim exponendas descendamus.

ἢ ἡ ὑπόψυξις ὁ χειμῶν καὶ ἐπιμβροτός. idest, Si autem hyems australis & pluuiosa, ut hyemi præscriptæ qualitates oppositas habeat, & tales quales præcedens autumnus habebat. Quæ uerba ita à Celfo interpretantur, Si uero Austri pluuiosæq; hyemem occuparint. καὶ ὑπόψυξις γινέσθω. idest, Et serena fuerit.] Ut opus sit, hyemem esse Australem, pluuiosam & serenam. In quibus uerbis cõtradictio esse uidetur, quomodo hyems pluuiosa & serena inueniri possit, nam pluuiosum, & serenum ex opposito distinctionem habent. Hoc uerbum serenum inter Nicolaum Leonicensem, & Ioannem Manardum magna dissidia parauit, adeo ut seniores illi alioqui reuerendi, apud multos pro re tam leui præliantes in derisum deuenierint, quia à rationibus ad iurgia peruenierant. Tres sunt Aphorismorum interpretationes: antiqua, & quæ secundum aliquos à Laurentiano facta est, sed ad Theodorum refertur, ego potius à Theodoro factam arbitror, & ad Laurentianũ relatum; & hæc tertia Leoniceni. Antiqua translatio habet tranquilla, Theodoros tepida, Leonicensis serena. Manardus epistola secunda libri tertij, has interpretationes reprehendit: quia si Australis, quomodo tranquilla? Si pluuiosa, quomodo serena? Etenim dici non potest, quod eadem die pro parte serena sit, & pro parte pluuiosa. Hoc enim Hippocrati & Galeno non conuenit, uolentibus hyemem duas illas conditiones habere, quas uer præcedens habebat, & id uel semper intelligunt, uel quod præualeant. Quod etiam legi nõ potuerit Tepida, ex hoc apparet, quia Galenus hanc hyemem præcedenti contrariã facit. Præcedens autem, sicca & frigida erant. At si hæc contraria esse debeat, calidam & humidam esse opus est, non autem tepidam.

Propter hæc Manardus illam particulam superesse iudicauit, tum quia in aliquibus antiquioribus codicibus non inuenitur, tum quia in libro De aere, aquis & locis, posita non est: tum quia Celsus hunc aphorismum interpretans capite primo secundi libri, & Aristoteles primo Problematũ libro, eam particula non posuere. Additq; idem Manardus, si hoc uerbum legendum sit, uocabulum corruptum esse, & legi debere, ὑπόψυξις penultima circumflexa, idest humida, uel ὑπόψυξις, idest procellosa. Sed primũ horum mihi non satisfacit, quia si pluuiosa, etiam humida: non enim sine humido pluuiosum tempus est: quare nugaretur Hippocrates, idem sine utilitate bis ponens. De secundo prætere dubium non est, quod auster procellosus sit. Leonicensis in Apologia quadam, serenum legi posse, probare conatur, & Manardum in plurimis taxat: e contrario Manardus Leonicensem Epistola prima noni libri retulauit, Nos autem horum uirorum litigia his legenda omittamus, quibus otium est illa legendi: nam ex musca elephantum fecere. Id solum contemplemur, quomodo Leonicensis suam sententiã comprobet, quod

quod serenum legi possit. Primo illud probat ex Græcis commentarijs, quæ in Aphorismos habebat, ex Philothei inquam commentarijs, & cuiusdam innominati, qui *Α*φθ, idest serena uel tranquilla legunt: nam inter tranquillū & serenum differentiā modicam facit, quoniā serē synonyma esse iudicat: & probat, sua detq; tepida legi nō posse. An uero id censuerit Philotheus, tu ipse cōsiderare poteris: nam eius uerba ex suis commentarijs adducemus. inquit enim, *ἢν δὲ νόσος ὁ χειμῶν, καὶ ἐπιμβροτὸς καὶ ὑδατώδης, τότε* ego habeo Philothei, hoc modo legit, quamuis arbitrer librarij gratia inuersam esse istam particulam *Α*φθ, in *ὑδατώδης*: & hunc esse Philothei sensum, Si autem hyems Australis & pluuiosa & serena fuerit, hoc est calida & humida, & purum aerē habens: hoc enim est, *Α*φθ, idest tranquillū: ut Philotheus per *Α*φθ, idest serenum, purum aerem intelligat. Est autem purus cum pluuiā, quando non spirabant uenti: & hic est Leonici sensus, uel hæc particula *ὑδατώδης* peruersa sit, & legi debeat *ὑδατώδης*, idest tranquillū. Quæ uox frequens Græcis, & in primis Theophrasto. Itaq; Leonicius in suo Philothei contextu habuerit, propterea tranquillū apud ipsum dici inquit. Nam illi magis placet, quod serenum, quàm tranquillū dicatur. Fieri autem potest, quod Auster spiret, & tempus tranquillū sit, quoniā leniter spiret: & hoc ex Hippocratis uerbis in principio secundi Epidemiorū iuadet, unde uoluit, tranquillū significare quando aer uentis non perturbatur. Fieri enim potest, Austrum leniter spirare & psuere, & esse tranquillitatē uel serenitatem, eo quod leniter spirabit. Vnde tranquillitas est, quia leniter spirat: serenitas uero, quia serenum & pluuiosum simul esse possunt, præsertim comparatiue. Sicuti enim dicimus magnam rem ad aliud, ita hyems respectu ueris pluuiosa esse potest, & tamen serena. Propterea Galenus quædam in secundo Epidemiorū uerba exponens, ubi Hippocrates de hyeme quadā sermonē habet, in qua pluuię abundantes & magnæ fuerūt, inquit, Multas dicimus aquas aliquo tēpore fieri propter temporis longitudinem, etiam si non magno cum impetu in eodem tempore eruperint. Dicimus autem multas aquas, etiam si in pauco tempore uiosenter descenderint, ut Leonicius uelit per diuersam comparationē, pluuiosam & serenam dici posse, & talem esse, qualem eam constitutionem, quam *μεσασθεν* appeulat, idest mixtam cum pluuijs serenitatem. Fortē huc adduci posset pro Leonici sententia Aristoteles primo Topicorū capite quattodecimo, ubi comparationem facit tranquillitatis in mari & serenitatis in aere. Manardus hanc Leonici excusationem tolerare non potuit, imō alia epistola eum lacepsit, quoniā & hæc particula, serena, ueri præcedentis aphorismi addenda erat. Nos igitur horum excellentissimorū uirorum lites & iurgia his omittentes, quibus (ut diximus) otium suppetit illa legendi: quicquid in hac re nobis uisum sit, edocemus. Hanc particulam ab Hippocrate omnino positam esse arbitramur, quoniā in omnibus exemplaribus, quæ unquā legerimus, *Α*φθ scriptum est. tamen antiquissimos legimus, & obseruauimus, & antiquissimos habemus: nec putamus tanquam glossam ab aliquo additam esse, quia & in Galeni commento reperitur. Is autem qui contextui aphorismi glossam addidisset, Galeni commento præter necessitatem non addidisset: unde *Α*φθ particulam ab Hippocrate positam esse iudicamus: putamusq; eius intellectum esse, si hyems australis & pluuiosa fuerit, uel australis & serena, quia frequenter Austro flante pluit, eo etiam flante quandoq; serenum est. At morbi qui futuri sunt, si talis constitutio uigeat, qualem dicit Hippocrates, ita sequuntur, si pluuiæ sint, sicut si serenitates, quia Auster humiditatē annexam semper habet, sed cum pluuijs maiorem. Nec turberis, etiam si à Galeno dictum sit, hanc constitutionem præcedenti oppositam esse: & quod dixerit, Quale fuerit uer, hyemem talem esse oportere, & quod pluuiosum & serenum in uere non dixerit: quia hæc ægritudines solum in pluuiosa uere & Australi fiunt: in sereno autem & australi non fiunt, eo quod in tali uere tanta humiditas sumpta non est, quin facile ab æstiuo calore solui possit. Id uero in hyeme non accidit, quando fit transitus ad uer, quia humiditates ab hyeme receptæ à ueris calore ita facile solui non possunt. Humiditates igitur quæ ex hyeme Australi & serena ortum habent, quia Auster humidus est sequentes ægritudines afferunt, quæ tamen efficacius & uehementius fiunt, si hyems australis & pluuiosa uiguerit, & ideo aphorismum in hunc modum legendum

legendum ducimus, ἢ ἡ δὲ νότιος ὁ χειμῶν καὶ ἔπιμβροτος, ἢ δὲ νότιος ἡ γῆ. Si autē Australis hyems & pluuiosa, uel serena fuerit. ac si dicat, etiam si fuerit serena & nō pluuiosa, modo Australis sit, illæ ægritudines, quas enumerabimus, fient. Quod autem Aufer sine pluuijs spiret, Hippocrates in principio primi Epidemiorum docet, imō hos Aufer siccos appellat, non quidem ex proprietate: sed ex eo quod ipsis spirantibus non pluat, nam ex proprietate humidis sunt. Siue igitur legamus ἢ δὲ νότιος idest uel serena, siue καὶ δὲ νότιος idest & pro uel serena, ut (si dialectice loqui uelimus) copulatum diuissimum sit, nihil refert. Hippocrates enim edocere intendit, sequētes ægritudines in ea tempestate fieri, uel Aufer cum pluuiā, uel sine pluuiā spiret, quia tota cōstitutio calida & humida est. Tamen in præcedenti constitutione suæ ægritudines ita securæ non essent, si uer Australis & serenum fuisset; sed solum consequuntur quando Australe & pluuiosum erit, quia Austri humiditas, quando serenus est, tanta non est, quin facile ab æstatis calore resolui possit. Propterea in superiori aphorismo de uere Australi solū & pluuioso, & non de Australi & sereno sermonem habuit. Quod si dicas, hunc igitur Aphorismum præcedenti contrarium non esse, ut Galenus edocuit. Respondeamus, contrarium esse ratione qualitatum, & ratione huius quod est Australe, & pluuiosum, & hoc idem cum uere est. Sed ad pleniorē doctrinam Hippocrates addit, etiam si hyems australis sit & serena, prædicti morbi accidunt. & ratio in promptu est, quia humiditas in serenitate uiget, quando tempestas australis est. Pro Leonicensio tamen Hippocrates facere uideatur in libro De capitis uulneribus, ubi hunc Aphorismum habet (est autē in illa parte quæ libro addita est secundum Galenum, spectat autem ad librum De aere, aquis, & locis) Hippocratis uerba hæc sunt, ἢ ἡ δὲ ὁ μὲν χειμῶν νότιος ἡ γῆ, καὶ ἔπιμβροτος, καὶ δὲ νότιος, ἢ ἡ δὲ ἡ βορραία ἡ γῆ καὶ ἀνυχθηρόν καὶ χαμῆλιον. idest, Si autē hyems australis & pluuiosa, & serena fuerit, uer autem Boreale, squallidum, & procellosum. Vbi uides νότιον id est serenum procelloso contraponi uel tempestuoso. Stat autē serenum, quod apud Leonicensium tranquillum significat, idest in quo non spirant uenti, cum aquoso, & pluuioso; nam pluuiæ ingruere possunt, & tempus tranquillum esse, quod serenum dicitur ab Hippocrate; non potest autem esse tranquillum & procellosum simul. Tamen (ut diximus) hæc alijs fulijs consideranda omitemus, & in hoc Hippocratis loco nos potius interpretaremur hæc uerba, νότιος, καὶ χαμῆλιον tranquillum, & procellosum, quàm alio quolibet modo, ut ex ipsis opposita cōnotetur. Nunc his omisis, ad reliquas aphorismi particulas interpretandas reuertamur.

ἢ ἡ δὲ ἡ ἀνυχθηρόν καὶ βορραία. idest, Ver autē siccum & Aquilonium.] Ut scilicet præscriptæ hyemi simile sit, & sibi ipsi cum in sua naturali dispositione est, & ita de hyeme calida, pluuiosa, uel serena. Celsus autem non dicit quod uer sit Aquilonium sed quod sit frigidum, & siccum: tamē impossibile, Aquilonem spirare, & uer non esse frigidum. At quia Aquilo pluuias quandoq; facit, propterea addit siccum, ut quod pluuiæ fieri non debeant, uel rarissime sint, specificet. Eodem modo Philotheus exponit ἀνυχθηρόν & βορραία, ἢ ἡ δὲ ἡ ἀνυχθηρόν καὶ βορραία. idest squallidum & Aquilonium, hoc est frigidū & siccum.

ἢ ἡ δὲ ἡ γυναικῶν ἡστυ οἱ τόνου πρὸς τὸ ἔαρ, ἐκ πάσης πεφοδισθὲ ἐκπύρωσιν. idest, Mulieres quidem, quibus partus ad uer (scilicet differtur) ex quacunq; occasione abortiunt.] Abortiunt & eadem causa, quibus partus in hyeme fit, & quibus in æstate, quando illa temporis impressio nondum correctā sit. Hippocrates uero in libro De aere, aquis, & locis rationem reddit esse humiditatē superfluum, & Galenus hic dicit, quia mulierum corpora ἢ ἡ δὲ ἡστυ καὶ βορραία idest ratione hyemis serena (quod tu intellige) & austrina, humida, ac mollia, & laxa facta sunt, & ideo ambientis aeris frigiditate facile admittunt quæ postea in uere est, unde frigiditas usq; ad intimas & foetum transit, foetus uero per longum tempus caliditati assuetus erat, frigiditate autē adueniente, hi quidem mortui sunt in ipso utero, illi uero in ipso partu moriuntur, ideo abortiunt. Sed causa, quam Galenus ponit, uidetur potius esse cur moriantur, quàm cur abortiant, licet abortus ad mortem sequatur: ideo nos addere debemus, ob humiditatem ligamenta relaxari, quæ cotylidones appellantur: unde ex quocunq; paruo motu facile disrumpuntur. Humiditas autem ea ligamenta relaxat, & ad disrumpendum facilia reddit. Veris autem frigiditate

tate superueniente magnus fit motus, tum quia meatus aperti clauduntur, tum quia illa humiditas quæ in ligamentis erat, refringitur. Ideo ex omni causa quamuis facili, & ex omni etiam paruo motu abortiunt. Eandem ferè causam Philotheus assignare uidetur, inquit: *ὅτι ἢ τῶν χαμῶν καὶ τῶν ὀστέων αἱ διωόμεναι τῶν λόγων τῆς πλοῦσεως καὶ ἰσχυροῦ τὰ βρέφη ἢ ἀλάει καὶ τῆς μήτρας ἐνοικεῖ καὶ τὸ πῶς ἐκτρέφεται, ἀλλὰ μᾶλλον τὸ ἐπὶ τῆς ψυχῆς καὶ εἰσδύει ἢ διώκει τῆς ψυχῆς παρὰ τὴν μήτραν, καὶ ἐμπληθεῖ τὸ βρέφος. πληθύνον δὲ νοσῶν λακτίζει δὲ ἐπειδὴ βεβλαμμένη ἔστι ἡ μήτρα, καὶ οἱ σπλάχνοι ὑπὸ τῆς ψυχῆς λακτίζουσιν καὶ ἀτάκτως λευομένον ἐξέρχονται οἱ σπλάχνοι, καὶ τὰ ἀρτήματα, καὶ ἐξέρχεται πῶς τῆς ἀρκετικῆς διωόμενης ἐπεγερομένης, καὶ ἀρκενέουσης τὸ ἐμβρυον. ἐὰν δὲ τελεθῆ τὸ, παραπίπτει φησὶν ὁ ἰπποκράτης, ἀπόλλυται πρὸς μολοῦ τῆ ψυχῆς, καὶ λεπτὸν καὶ νοσῶν μὲν ἐστὶ τὸ πῶς, γὰρ τὸ πῶς ἐκτρέφεται. idest, Quoniam in hyeme ratione repletionis uel redundantia dissoluuntur potentia, & foetus in uteri tepore & aeris ambientis affluens est, ut frigidum affulget, & uis frigoris uterum penetrat & foetum percutit, percutsum autem egrotat: calcitrat uero, & quoniam uterus laxus est, & ligamenta à frigiditate, calcitrans igitur, & sine ordine se mouens, ligamenta & appendices dirumpuntur, & exit foetus, potentia expulsiua exuscitata, & foetum expellente. Si uero uiuus perficiatur, continuo, inquit Hippocrates, conuersans in frigiditate perit, & tenuis atq; morbosus ob aeris circumdantis plagam manet. In Galeno autem uidetur, per abortum, nos mortem intelligere debere: & re uera ita est, quia dicit has mulieres ad uer partus habere. Sed quomodo abortient, si ad tempus statutum pariendi peruenere? Nisi dicamus, quod est in una parte ueris, in qua nondum pariendi tempus erat, quia in tertia parte ueris parere debent. Tamen ego potius intelligo quod abortiant, idest moriatur foetus, quamuis in statuto partus tempore sint. Hanc enim temporis constitutionem uidimus millesimo quingentesimo trigesimo quarto, quo anno post dimidium Martij & per totum Aprilem usque ad dimidium Maij multæ prægnantes simul cum infantibus perire, & in aliquibus solè infantes, in alijs solæ matres defecerunt, tamen in nono mense à conceptu erant. Propter ea secundum Galenum expone abortire, idest foetum perire, quamuis proprie abortus, sit interpestius foetus. Vel etiam intelligamus uere abortire, quia foetus ligamenta emolliuntur, & acceptabula uteri humida fiunt. Et hæc est una causa abortus, de qua aphorismo quadragesimo quinto quinti libri sermo habetur. Quam causam dicit, sine manifesta occasione esse: & Galenus in Commento manifestas occasiones edocet. Aristoteles uerò nono problemate primi libri, hanc causam abortus syderationem appellari dicit. Idque euenit, quia humida, laxa & soluta fiunt; unde frigidus & sicco uere superueniente, facile concrefcere possunt, & indurari. Itaque grauidæ, quibus tunc adest partus abortu periclitantur, uidelicet incalescendi crudescendique ratione, quæ res syderatio appellata est, quam sicca illa committit frigiditas, impatiens omnino excernendi humoris; unde uidet & Aristotelem ipsum, per abortum intelligere, quando foetus in eo tempore est, in quo deberet exire. Vel nos uniuersaliter intelligamus, de abortu, & ante nonum mensem, & etiam de morte in nono mense. Ad hoc autem de morte, ex frigiditate rationem reddo, ut Galenus & Aristoteles fecere. De abortu uero, qui ante nonum mensem fit, ex humiditate quæ relaxat, rationem assigno, & adueniente frigiditate motus fit, tamen & in hyeme abortum patiuntur: imò omnia tempora quæ multum humida sunt, semper abortus causa fiunt. Sed tu forte dubitabis, an omnes mulieres abortiant, & quæ nam illæ sint; Respondemus, non quidem omnes abortire, sed tamen ex omnibus temperaturis aliquæ abortire posse: potissimum uero tenues & macilentæ abortiunt, quibus frigus ad foetum usque facile transire potest: illæ quæ debiles, quæque in uictu nullam regulam seruantur, & quæ superfluum humiditatem habent, quæ foetus ligamenta implere possit. Si uero contra nostrum intelligendi modum argumenteris, quo diximus humiditatem in causa esse, quod id dici non possit, quia humiditas causa non est, si infans in lucem prodeat, quod moriatur aut imbecillus sit. Respondemus, imò esse causam, præsertim si temporis frigiditatem in quo fiunt, secum misceamus; tamen & hi erores in his infantibus adeo corriguntur, ut diu superuiuant, & bonam temperaturam enanciscantur, quod ex uictu moderato fieri certum est. Adde, in his temporibus mulieres frigidissimas potissimum abortire; dicit autem abortire ex quacunque præphasi, id est occa-*

est occa

est occasione, hoc est ex quocunq; prættextu, uel ex minima causa: quod enim Græci *πρόφασις*, nos occasione & prættextum uocamus; & quod dicunt *καρπός*, nos etiam occasione interpretari solemus. differunt tamē, quia *καρπός* occasio est quæ in tempore fit, *πρόφασις* est ex quacunq; leui causa occasio. Scito præterea hanc partem à Theodoro hoc modo interpretatam esse: mulieres quarum partus iuxta uer properant, abortum ex qualibet causa faciunt. Mihi autem non placet, interpretari iuxta uer, quia si iuxta uer, ergo non in uere, nam intelligendus esset in hyeme, in illa potissimum parte quæ est iuxta uer. Tamen Galenus intelligit hæc non iuxta uer, sed in uere fieri, quāuis Celsus dicat, quibus tum adest partus.

Αἱ δὲ αὖ πικρῶσι, ἀκρατία, καὶ νοσώδεια τὰ πρὸς τὰ μικρῶσι. idest, Quæ uero pariunt, imbecilles & morbidos infantes pariunt. Ex his colligitur per hoc quod dicit Parere, uos emittere intellexisse; sicuti per abortum faciētes, intelligebat uel in utero mortuos, uel in ipso partu dum emergūt. Celsus hanc partem ita exponit, Hæc uero quæ gignūt, imbecillos uixq; uitales edunt. Galenus causam reddit, quia subitā illam mutationem ad contrarium non tolerant: ideo imbecilles & morbidi sunt. Aristoteles quoq; in primo Problematum libro, ex frigiditate rationem reddit, cur imbecilles læsiq; sint. Accidit enim, inquit, ut qui tunc cælo sereno nascuntur, idest Aquilonio frigido & sicco: ijdem pluuio benigne & consistenter & nutriti fuerint intra parentem. Vnde Aristoteles & Galenus totam imbecillitatis causam in frigiditatem referunt. In qua re an his uiris consentiendum sit, dubitare compellor, quoniam infantes has repentinas mutationes egregie tolerare experientia docet. Multi enim in Germania sunt, qui suos infantes quum primum ab utero prodeunt, intra niues occultant & uelant. Et gens illa, quam uulgus Cinganos appellat, quos nonnulli Ægyptiacos putant, quum potius è Septentrionalibus partibus ueniant, & ego Scythas esse iudicem, quum primum suæ mulieres pariunt, nunquam desistunt, donec ter flumine uiuo abluerint. Quod non semel in profundissima hyeme his oculis uidiui. Et propterea Græci appellāt Rhenum *ἡλεγχύκιμον*, idest approbatorem & indicem nuptiarū; quia accolæ, filios statim natos in eo mergunt, suos existimantes eos qui frigus patiuntur: ceteros uelut degeneres & adulteros reprobant. Vnde causam imbecillitatis horum in humiditatem potius referendam existimamus, tamē frigiditate nō despecta; humidiores enim natura imbecilliores sunt, quàm non ita humidi, præsertim de hac molli, laxa & flaccida humiditate intelligentes.

ὡς τε ἢ παραρτίτια ἀποκλινοῦσι ἢ λεπτὰ καὶ νοσώδεια ζῆν ἐόντα. idest, Quamobrem uel statim intereunt, uel tenues & ualitudinarij uiuunt. Cuius rei nullam aliam causam assignat Galenus, quàm subitam ad contrariū mutationem, & re uera de contrario in contrarium repente mutari plurimum facit, & mortem inferre facile est. Mirum tamen uideatur, quomodo si repētinam mortem euitent, quod ualitudinarij uiuant, nam illa mutatione transacta (quæ tamen per aliquod temporis spatium potest) ex processu temporis, & etiam non multo corrigitur. Et ideo nos potius ex humiditate causam reddimus, quæ homines ualitudinarios facit: quum enim per totam hyemē talem constitutionem habuerint, calidam & humidam temperaturam contraxere, sed minus calidam, magis humidam. Quæ temperatura eo cæteris peior est: quia putredini magis apta, & morbosos homines reddit. Vnde hoc quod Aristoteles & Galenus frigiditati attribuunt; nos ad humiditatem potius referendum iudicamus, qua per totam hyemem affecti sunt illi, qui in uere generari debent; si uero in æstate in lucem prodituri fuissent, quicquid ex Australi humiditate receptū esset, id totum per temporis & qualitatis mutationem correctum esset. Ideo bene notatur, quod ad uer paritura sint; si enim in hyeme parerent, modo non esset in fine, qualitates illas adhuc receptas non habuissent.

Quod hic dicit *νοσώδεια*, superius Theodorus & Leonicensis interpretati sunt, morbidos: hic uero ualitudinarios interpretatur; ego in utroq; loco uel morbidos, uel morbosos, uel ualitudinarios interpretarer.

Quod etiam superius dicebat, Imbecilles: Græce est, *ἀκρατία*: nos exponere possumus Impuros, impotentes, intemperantes, idest temperaturā conuenientē non habentes.

πῶσι δὲ ἀλλοιοῖσι διανοσώδεια. idest, Alijs uero difficultates intestinorum, uel terminā intestinalium. Ita simpliciter habent Aldinus contextus, & meus etiā antiquus, & Theodorus

dorus in suo codice illo modo habuit, & Galenus in Commento: tamen in alijs codicibus, & in eo quem Leonicensis sequitur, aliter scriptum est, scilicet, *κοισι δὲ ἀλλοιοισ βροχοισ διανοσπιεσαι*. idest, Alijs uero mortalibus dysenteriae. Antiqua translatio hanc particulam *βροχοισ*, idest iunioribus, interpretata est: quod absurdum uidetur: tum quia *βροχοισ*, mortales sunt, ita Homero homines appellante: tum quia ratio non dicat, ut ad iuniores referatur: nam istud ad omnes aetates referri potest, & debet, & ad omnes dispositiones: quamuis Galenus per alios particulariter intelligat pituitosos & mulieres, quibus ob pituitam quae a capite ad uentrem defluit, intestinorum tormina accidunt: nam propter calidam & humidam tempestatem, caput falsa pituita impletur: uere autem frigidum adueniente, quodammodo exprimitur, & ad intestina tendit, eaq; abradit. Sed & hoc in loco Philotheus legit, *πιισι δὲ ἀλλοιοισ νεωττοροισ*. idest, Alijs autem nuper natis. Quod eadem ratione ad rem ipsam nobis satisfacere non uidetur: nam Hippocrates de omnibus simpliciter intelligit, & ita esse constat. Aristoteles rationem reddere uidetur, quod hoc in aetate potius quam in hyeme fiat: nam dicit, Carteris uero cum pituita uitio suae nimitatis purgata non est, adueniente aetate, hoc fieri in mulieribus, praesertim quia humidae sunt. Hippocrates quoq; in libro De capitis uulneribus, hoc de intestinorum difficultatibus ad pituitosos refert, inquit: Nam pituitosis quidem (& de tempestatibus praedictis sermonem habet) intestinorum difficultates par est fieri, foeminisq; pituita de cerebro superfluente, propter earum naturam humiditatem. Vnde secundum Galenum, haec dysenteria ex falsa pituita intestina corrodente provenit, quae potissimum a capite ad intestina descendit, in quibus quia diu moratur, excoriationem & corrosionem gignit. Propterea & Philotheus dicit, dysenterias accidere *φλεγματωδες*, idest pituitosis: nam humida & calida hyems corpus superfluitatibus impleuit, quae difficultatem intestinorum faciunt, ei eis *γαστρω και εντερω*, idest, si ad uentrem & intestina descendint (ut inquit) *δσα το δειμν το αυτιον, γιν γαρ ην περικειλην κατασειει αλυσιου δει το φλεγμα, δσα πλυ εν τω χειμωδι θρημασιαν*. idest, Propter acredinem causa: in proposita enim constitutione falsa pituita est, ob caliditatem quae in hyeme fuit.

Και οφθαλμιαει ξηραι γινονται, idest, Et lippitudines siccae fiunt. scilicet in alijs, ut distinguamus, in aliquibus dysenterias fieri, in alijs lippitudines siccae: nam in pituitosis & mulieribus dysenteriae gignuntur, ut Galenus in commento edocebit: in biliosis uero lippitudines siccae. Celsus primo capite secundi libri inquit, Carteros lippitudo arida male habet. & non solum biliosis haec accidunt, sed etiam calidis, quauis biliosi non sint. Quum autem duplex genus lippitudinis sit, humida in qua humiditas apparet, & epiphore ex eunt, & sicca, in qua nullus lachrymarum defluxus est, Calidis & biliosis natura siccae lippitudines accidunt: pituitosis autem humiditas accidere posse non negaret. Haec uero lippitudines fiunt, quia cerebrum calida & humida materia plenum est in hyeme, uere litigido superueniente, cerebrum a frigiditate ueluti a manu confringitur, & expressae materiae ad aliquam corporis partem descendunt, & ita secundum illam partem quam impetunt, morbum faciunt: nam haec materiae ad partes nostri corporis debiliores descendunt. In his igitur qui oculos debiles habent, lippitudines fiunt, quae cum lachrymis, uel cum materia essent. At quia aer exterior multum frigidus est: propterea exteriores oculi partes consistantur, & adeo densantur, ut nihil exire possit: unde ophthalmia sicca generatur, e qua nihil exit. Hippocrates in libro De capitis uulneribus in hac constitutione idem fieri docet, inquit, Biliosis uero siccae lippitudines propter carnis caliditatem & siccitatem. Et Aristoteles ipse problemate nono primi libri, de biliosis & siccis natura dicit, quod in hac constitutione excitantur quidem humores, sed tenues: quamobrem eos lippitudo arida male habet: ut omnes auctores in hoc unum conueniant & conspirent, dysenterias in pituitosis, lippitudines siccae in biliosis fieri. Quod & ex Philotheo sententia confirmari potest, dicente, *κοισ η φουδ θερμοισ η γολωδεσιν οφθαλμιαει ξηραι*. idest, natura quidem calidis & biliosis lippitudines siccae. Si uero ab eodem Philotheo causam harum lippitudinum quaesueris: ipse respondet, in hyeme calida & humida corpus superfluitatibus impleti, & consequenter cerebrum, *παταγονωδην το εαρ ψυχρον, θλιβον ην υγροτητα, η η εις οφθαλμους ενελθου, οφθαλμιαει γινουσι*. ξηραι η δσα ην πυκνοτητα η υμδρωων, πυκνοτητα γαρ εσο η εορειων πνευματων, η δσα το παχος το χυμω, και τατω τυχου, οκ ακριβεις δακρυων. idest, Ver enim frigidum superueniens

CONTRARIO modo sunt dicta temperata in illo, tale nunc est et igitur non erat in illo temperatum. Et non e autem quod ac sicco, necessarium in illo quod quibus prout ad quod ad ac mollia. Et haec haec non facile admittunt. Ita quod

superueniens, humiditatem exprimens, si ad oculos adduxerit, lippitudines fiunt; siccae uero propter densitatem pellicularum: densantur enim à borealibus uentis, uel propter crassitatem humoris: & si hoc contigerit, non fluit lachryma. Ideo quum ab Hippocrate dicitur, Cæteris uero mortalibus, non est opus intelligere, quod omnia ipsis accidant quæ sequuntur, ut ipse in libro De aere, aquis & locis, edocuit: sed quod aliquibus naturis unum, alijs aliud sequatur; unde additur,

Τῶν δὲ πρεσβυτέρων κατάρροια σαυτῶν ἀπόλλυται. idest, Senioribus autem destillationes, quæ cito, idest breui tempore interimunt.] Celsius capite primo secūdi libri hoc modo interpretatur, Et si seniores sunt, grauedines & destillationes male habent. At non dicit, quòd interimant: quia experientia uidemus grauedines & destillationes in senioribus diu perdurare, tamen male se habent: propter hoc Galenus per destillationes, non eas quæ à capite sunt ad pectus & guttur & asperam arteriam intelligit, sed omnes fluctiones, quæ per uenas à capite ad partes inferiores tendunt; nam hæ fluctiones uelocius terminantur; illæ uero quæ ad pulmones sunt, longius. Quod autem hoc uerum sit, ex Hippocrate sumi potest in libro De aere, aquis & locis (est uero in meo codice in libro De capitis uulneribus) inquit eo loco Hippocrates, senibus autem destillationes propter uenarum raritatem & distentionem: quamobrem nonnulli mentis delirio, & insania pereunt; quidam uero dextera parte syderantur. At Aristoteles problemate nono primi libri inquit, seniores stupor attonitos reddit, ubi uniuersus resolutus humor incubuit, exq; imbecillitate calorìs natiui cōcreuit. Tamen nihil impedit, etiam si more Celsi intelligamus destillationes ad pectus quæ cito interimant: nam multi ex abundantia materiæ facile suffocantur, ideo non solum attoniti fiunt, sed uere etiã suffocantur. Certum uero est, id uocabulum *κατάρροια*, secundum eius proprium significatum non sumi, præsertim secundum Galenum, de qua re superius diffuse tractauimus. Philotheus etiam quid per *κατάρροια* intelligit Hippocrates, edocens inquit, *κατάρροια λέγεται τὸ ὕδρ' ἢ τὸ πνεύμα φερομένου βένμα ἢ πλὴν προχάαν ἀρτηρίαν, ἀλλ' ὑπὸ φλέβας καὶ ἀρτηρίας, ὡς τὴ σαυτῶν ἀπόλλυσιν αὐτῶν, πληρώσεις ἐργασομένων, καὶ παραλλυσιν, ἀφωρίας τε καὶ ἄλλα χελεπῶν.* idest, Catarrhum dicit, non destillationē, quæ ad pulmonem fertur, uel ad asperam arteriam, sed ad uenas & arterias. Quamobrem breui interficiunt ipsos, plenitudinem facientes, & neruorum dissolutionem, inuocalitatesq; & alia plena difficultatis. Aliquis autem dubitare poterit, quæ nam sit peior anni temperies, an præcedens, in qua hyems sicca & frigida, uel calidum & humidum; an præsens, in qua hyems calida & humida, uel frigidum & siccum. Respondemus, hanc uideri peiorem, quia sui effectus in uere fiunt; illam meliorē, quia sui effectus ad æstatem transeunt. Vt autem Galenus in præcedenti Commento edocuit, quando ægritudines in ipsis temporibus distemperatis fiunt, ab intensiori causa proficiuntur, quàm quum in alio tempore fiant. Adde, multam uariationem in temporibus esse, quia in ambabus qualitatibus distemperiem habent; in uere quidem ad oppositas, in hyeme ad unam oppositā; nam hyems, quæ suapte natura frigida & humida est, calida & humida efficitur, & uer quod sua natura calidum & humidum est, frigidum & siccum euadit, quæ sunt qualitates suæ naturæ penitus oppositæ. Nec obstat, quòd in præcedentibus intemperiebus acutæ febres & putredines fiant, quia & in intemperiebus præsentibus eadem fiunt, & abortus, & multa alia, quæ magis perniciofa sunt, quàm præscripta; propterea præcedentem intemperiem minus uituperio afficio, quàm præsentem.

GALENVS

CONTRARIO modo se habet temperatura duobus quæ in priore Aphorismo sunt dicta temporibus, ad illas quæ in isto dicuntur. Qualis enim erat hyems prium in illo, tale nunc est uer. Quale autem est in illo uer, talis nunc est hyems. Quod igitur non erat in illo necessarium, in uere morbos uulgarì uehementes, sufficienter dictum est. Nunc autem quòd hyeme humida quidem ac calida facta, uere autem frigido ac sicco, necessarium sit in ipso uere homines ægrotare, est demonstrandum. Mulieres itaq; quibus partus ad uer, ex quacumq; abortiunt occasione, corpora siquidem humida ac mollia, & laxa facta, hyeme serena ad intimas sui partes aeris ambientis frigiditate facile admittunt. Ita quòd quicūq; infantes longo tempore calori sunt assueti, per-

cufsi uehementer à frigore, non absq; causa, hi quidem iam mortui in ipso utero sunt, hi uero in ipso partu moriuntur. Qui uero uiui in lucem aduntur non ferentes subitam ad contrarium transmutationem, uel breui post tempore moriuntur, uel exiles atq; in salubres creati, uix in uita perdurant. Alijs uero ceu pituitosis, ac mulieribus, difficultates intestinorum ait accidere, ex pituita à capite ad uentrem defluente. hunc enim humorem par est in dicta constitutione plurimum generari, hyeme quidem capite repleto, subito autem refrigerato circa ueris initia, quoniam cerebrum natura aptum est ad generandas pituitosas superfluitates. Cum enim refrigeratur, non potest alimentum conuincere. Inest autem & hoc pituitae generationi. Quae enim à forti fit frigiditate, acida euadit. Quae uero à caliditate replente caput, falsa. Sicuti & quae à pauca fit frigiditate, uel paucam habet dulcedinem, uel nullam manifestam qualitatem. Ea igitur quae fit in praesenti constitutione pituita, propter eam quae est in hyeme caliditatem, falsa erit, & hac ratione maxime difficultatem intestinorum generabit, quando longiori tempore mordens, atq; abradens intestinum offenderit. Ut enim illa quae propter lentorem inter exeundum, in intestinis retineatur, & tardet, & semper ipsa detergat, propter qualitatem facit intestinorum difficultatem. His autem qui natura calidi sunt, ac biliosi, inquit ipse Hippocrates lippitudines siccas accidere, sic autem uocat eas quae sunt sine fluxu. Par autem est calidis ac siccis naturis in sicca, ac frigida constitutione, quae calidam atq; humidam excipit, tales lippitudines fieri. Caput enim prius repletum est in calida atq; humida constitutione. Frigus autem superueniens, ueluti manus quaedam extrinseca capiens ac premeus, quaedam uti spongiam cerebrum, exprimit illam quae in ipso continetur humiditatem. Haec uero delata alias ab uno loco ad alium, ex his qui faciles sunt ad patiedum, multos generat morbos, atq; ita his qui oculos habent natura imbecilles, lippitudines accidunt. Nihil uero ex ipsis effluet ad extra, propter aeris ambientis frigiditatem densantis superficiei exterioris. Quod uero Hippocrates ipse haec omnia quae diximus ad causas referat antedictas, manifestum ex his quae scripsit in libro De aqua, locis & aere, in haec uerba: Pituitosis itaq; par est difficultates intestinorum aduenire, & mulieribus pituita à cerebro defluente, propter naturae humiditatem. Biliosis autem siccas pituitas ob carnis caliditatem ac siccitatem. Quod uero scribitur circa finem aphorismi, Senioribus uero destillationes quae subito interimant, ipse in libro De aqua, locis & aere, per haec uerba scripsit. Valde autem senibus destillationes propter raritatem & uenarum coactionem, ita quod repente interimit quosdam, quosdam uero contingit dextra aut sinistra parte stupidos fieri. Per haec uerba uidetur Hippocrates, non quas communi uocabulo destillationes consueuimus nominare, quae scilicet ex capite fiunt ad pulmonem per asperam arteriam, sed omnes quae feruntur fluctiones per uenas à capite ad partes inferiores: quare & cito interimentes, bene uidetur adiectum, quoniam haec uelociter terminantur, quum aliae diutius perduret. Quidam uero expositores per destillationes audiverunt, illas quae à capite ad pulmonem fiunt per fauces & arterias, cum negatione Non, hunc scribunt sermonem hoc modo, Non cito interimentes. Et recte quidem. Neq; enim fluctiones in ipsis concoquantur ob aetatem. In quibusdam uero exemplaribus scriptum est, Cito interimentes: quoniam & in libro De aqua, locis & aere, ipse inquit, Ita quod repente intereunt.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, temperaturam in hoc aphorismo positam temperaturam praecedentis aphorismi contrariam esse, & illam partem de praegnantibus satis bene explicat. In Aldino codice ita praecise habetur, ut in Leonicensi interpretatione scriptum est: sed in meo antiquo hoc modo legitur, *εμπλιυ ηδε η λιποδης εχει*, id est, contrario autem modo se habet haec temperatura. Certum uero est, nisi hoc pronomen addiderimus, sensum esse qui lectorem non fatiet: sola autem ista particula Haec, quae in antiquis codicibus posita est, lectoris animum pacat.

Quod etiam à Galeno dicitur, Ita quod quicumq; infantes longo tempore lege, Ita quod quicumq; infantes iam longo tempore. Nam Graecus contextus ita habet, *αφ' οπου ηδ' παιδιων ηδη πολυχρονιον*. Vides illam particulam *ηδη*, à Leonicensi, uel potius à Librario omissem esse.

Id etiam

Id etiam quod sequitur, Calori sunt assueti, lege, Calori acris sunt assueti; nam in Greco adest hæc particula ἀφ' οὗ.

SECUNDO Galenus docet, quid intelligendū sit per illam particulam Alijs, quoniam pituitosi intelligendi sunt, & mulieres. In hac autem parte plura animaduersione digna sunt, præsertim in generatione pituitæ. Tres pituitæ species hic Galenus enumerat, aridam, falsam, dulcem, penes sapores species uel modos distinguens; hoc autem addidimus, quia apud aliquos uitrea pituita reperitur: & re uera est, sed ad acetosam reducitur, quamuis alicui forte uidebitur, maiorem frigiditatem illam esse, quæ ad uitream pituitam requiritur, quàm ad acidam. Quod nos statim elargimur, dicentes, maiorem qui dem frigiditatem ob globositatem exigi, sed tamen saporem illum posse seruare. Vnde hic Galenus docet, propter hyemis temperiem, caput humiditate plenum esse; uere autem frigido superueniente, cerebrum ipsum in frigidatur. Ideo humiditates resolueret, & conuincere non potest: propterea multæ pituitæ generantur, præsertim quia cerebrum suapte etiam natura pituitosum est; hæc uero pituitæ species talem generationem sortiuntur. Si multa frigiditas sit, acida pituita generat, quæ alias pituitæ species in frigore excedit. At si aliqua caliditas in capite sit, pituita salsa generatur. Hic autem scito, Auicenna nam & Arabes, & eorum sequaces pituitam falsam ex miscella bilis & pituitæ generare: tamen Galenus hic, & ubi de hac re tractat, falsam pituitam ex caliditate, & non ex bile fieri dicit, tamen est pituita quæ per caloris actionem falsa efficitur; quando uero frigiditas pauca fuerit, dulcis pituita generatur, uel quæ manifestam aliquam qualitatem non habet, nos hanc, inspidam appellare consueuimus, aut ad ipsam inspidam deducimus. hæc præterea pituitæ species, diuersos effectus, secundum quod in corpore abundant, faciunt, unde Galenus in ultimo folio libri De plenitudine inquit: inter reliquas pituitæ species, alia dulcis est, alia acris, alia falsa. Prior somnolentos facit; Altera, cum abundat, famelicos; Tertia, sitibundos. Sunt tamen & aliæ pituitæ species, ut illa, quam ἀδυσπλευματιου Græci uocant, quæ in hydropum genere est, de tribus etiam his pituitæ generibus Galenus libro quarto De ratione uictus in morbis acutis, commento de cimetertio; tamen idem Galenus in libro Introductorio (si is Galeni proprius sit) ex pituita acris dynteria fieri dicit, nam quæ acris caliditatem habet. Ad Galeni sententiam redeunt, in tali hyeme propter ipsius caliditatem, falsa pituita generatur, ideo ad intestina descendens dynteritas afferet, & illas quidam pessimas. Illæ enim quæ ex bile fiunt, sæuæ sunt: quæ uero ex tali pituita, sæuissimæ; nam pituita cum tenax sit, intestinis inhaeret, & in ipsis permanens ea exulcerat; bilis uero quia est humor subtilis, non tenax, cito discurrit, nec tantam talem uel exulcerationem, tamque profundam facit.

Quod in Galeno legitur, Subito autem refrigerato circa ueris initia. Græce habetur, Ψυχραίνου δὲ ἀδρόως ἐν ἀρχῇ τοῦ ἔτους. id est, Refrigerato autem statim in initio ueris.

Quod sequitur, Quum enim refrigeratur; coniunctio Enim, uacare debet. sed legendum est Refrigerato hoc modo, quum refrigeratum non potest, & reliqua.

In illa parte in qua scriptum est, Quædo longiori tempore mordens atque abradens intestinum offenderit. Multa uerba desunt, quæ in meo antiquo codice scripta sunt, in Aldino absunt, & in illo quem Leonicius secutus est, aberant. Quum ergo à Galeno dictum est, ὅταν ἐν χρόνῳ πλείονι δακνῶν καὶ φύρον κενώσῃ τὸ ἐντέρον. id est, Quædo longiori tempore mordens atque abradens intestinum offenderit. Deinde sequuntur in meo codice, & in alijs, non tamen in Aldino, ista: καὶ ἐστὶν αὐτῇ χελερωτάτη δυσσπλευματιου ἐπειδὴ ὁ μὲν χολώδης χυμὸς τῆ διόδῳ ποιεῖ, ἔτι δὲ γλίσχεται ἢν ἐνταπιμῆται καὶ μείων ὑδὴ πλείον ἐλκῶι. Quæ si ad uerbum interpretetur, hæc dicunt: Et est hæc difficultas intestinorum difficillima, quoniam biliosus humor in transitu facit, uel permeat; hic uero tenax existens permanet, & permanens amplius exulcerat.

Deinde illa pars sequitur, Ut enim illa quæ propter lentorem inter exeundum in intestinis retineatur, & tardet, & semper ita detergat. scito tamē quod & hæc pars in Græco ita legitur, ἢτε γὰρ εἴτε τῶν γλίσχομαι κατὰ τῶν διεσθῶν ἐν τοῖς ἐντέροις ἐν χολώδῳ τε καὶ βραδύῳ, αἰετὶ εἰς τὸν αὐτὸν. Quam partem nos hoc modo interpretandam ducimus, ut quæ propter lentorem inter exeundum in intestinis retenta, & tardans, & semper ipsa detergens. Postea illa pars sequatur, Propter qualitatem facit intestinorū difficultatem.

TERTIO Galenus docet, siccas lippitudines in quibus nulla fluunt lachryme, & nulla materia, biliosis & calidis natura accidere; nam in hyeme caput impletur, uere autem frigido superueniente cerebrum exprimitur, tanquam spongia quæ manu compressa sit, tunc humor qui in cerebro continetur, ad debiliora loca destillat; his igitur qui oculos debiliores habent, lippitudines fiunt; quæ ideo sicca sunt, quia frigus exteriores oculorum partes densat.

Quum dicit, Sic autem uocat eas quæ sunt sine fluxu: quidam addunt Lachrymarum, nos autem putamus hanc particulam addendam non esse, tum quia in Græco codice abest, dicente, *οὕτω δὲ ὀνομαζέται τὰς αὐτὰς ῥόμβιας*. tum quia in humida lippitudine quandoque materia fluit, quæ lachryma non est.

Id etiam quod legitur, Hæc uero delata alias ab uno loco ad alium: in Græco habetur, *φθρομένη δὲ αὐτὴ ἀλλοτὴ πρὸς ἄλλου τόπου*. id est, Hæc uero delata alias ad aliud locum: postea sequitur, ex his qui faciles sunt ad patiendum.

Quod etiam dicit, Biliosis autem siccas pituitas: contextus à librario corruptus est, nam legi debet lippitudines, & non pituitas, quia Græce est *ὀφθαλμίας ξηρὸς*, & reuera nullæ pituitæ sunt, quæ sicca appellari possint.

QUARTO Galenus docet, ualde senibus destillationes accidere. Per destillationes uero, eas non intelligit quæ ad pectus fiunt, sed destillationes propter raritatem & uenarum colliquationem, ita quod repente interimant. Sunt autem & aliqui, qui dextera aut sinistra parte stupidi fiunt.

Quod dicit, Ita quod repente interimit. lege, interimunt: nam ad destillationes refertur, quamuis Græcus codex legat *ἀπόλλυται*.

Quod etiam legitur, Quosdam uero contingit dextera aut sinistra parte stupidos fieri: Græce habetur, *αὐτὸ δὲ παραπληγίας γίνεσθαι τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά*. id est, Quosdam fieri dextera aut sinistra parte paralyticos, Leonicens interpretatus est, stupidos. Antiquus contextus quem habeo, *παραπληγίος & παραπληγικός* legit, Quam lectionem magis laudo, quam illam codicis Aldini *παραπληγίας*, quoniam *παραπληγία* est ipse morbus, non is qui morbo correptus est: *παραπληγικός* uero sunt uiri hoc morbo correpti. Galenus in libro Definitionum (si is liber Galeni sit) apoplexiam mentis oppressionem esse dicit, cum priuatione sensus & motus, quæ à *παραπληγία* differt, quoniam paraplegia est diminuta apoplexia. Differt igitur, ut à toto pars: unde omnes apoplectici, paraplectici fiunt, sed paraplectici non sunt apoplectici: propterea paraplectici integram mentem habent, sed aliquam corporis partem resolutam. Ex his in hoc loco nos non interpretaremur *παραπληγικός*, id est stupidos, quoniam stupidi sensum habent, licet fortassis diminutū. De uno autem miror, quomodo paraplectici cito intereant, quum in dextera aut sinistra parte solū offendantur: tales enim diu perdurare uideamus: ideo conueniens uidebatur, intelligere eos esse attonitos, id est uere apoplecticos, si cito mori debebant: aliter Galenum defendere nescimus.

Quod legitur, Quæ scilicet ex capite fiunt: uidetur conuenientius legere Feruntur: quamuis Græcus contextus dicit, *γιννομένης*.

Et quod legitur, Feruntur fluctiones: potius legendum est, Deferuntur: nam codex Græcus habet, *καταφθόρωνα*.

Quæ etiam ita leguntur, Quoniam hæ uelociter terminantur: ita Græce scripta sunt, *ὅτι ταχέως τὴν κρίσιν οὕτω ποιοῦνται*. id est, Quoniam hæ uelocem iudicationem faciunt, quamuis ad uelocem iudicationem id sequatur, quod uelociter terminentur. Tamen si ad uerbū interpretemur, per medicos terminos magis dictum uidetur: & etiam expressum Galeni sensum potius imitari debemus, quam alium.

Denique Galenus quorundam interpretationem refert, dicentium, Hippocratem per destillationes eas intelligere, quæ à capite per fauces, & per arterias ad pulmonem descendunt: sed postea Aphorismi uerba hoc modo negatiue legunt. Senioribus autem destillationes, quæ non cito interimunt. & nos legimus Græcum quandam contextum ita habentem, *πρόσβυττοῖσι κατὰ τοὺς οὐρανὸν οὐ συντόμως ἀπολλύονται*, quamuis in quotidiano usu senioribus catarrhos aduenire uideamus, qui statim suffocant: ideo nos intelligimus in tanta humiditate, quæ hyeme fuit, materiam in capite collectam esse, quæ cum à frigore exprimitur

exprimitur, & per fauces ad pectus tendit, suffocat: tamen Galeno potius uidetur, *σωπώμας*, idest cito interimentes, affirmatiue, & non negatiue legamus, quoniam & in libro De aere, aquis, & locis dicit *ἄπνις*. idest repente intereunt.

APHORISMVS XIII

SI uerò æstas sicca fuerit, & Aquilonia, autumnus uerò pluuiosus, & Australis, dolores capitis ad hyemem fiunt, & tussēs, raucedines, atque grauedines, quibusdam autem & tabes.

BRASAVOLVS

SVPERIVS de duorum temporum se inuicem consequentium temperaturis sermone habuit, hyeme inquam & uere: nunc de aliorum duorum temperaturis tractat, æstatis scilicet & autumnū, & ab eisdem temperaturis exorditur: nam in undecimo aphorismo hyemem siccam & Aquiloniam, uer Australe & pluuiosum posuit; hic æstatem siccam & Aquiloniam, autumnum pluuiosum & Australem supponit. Philotheus & ipse hanc intentionem ponit, *πὸ τοῦ χειμῶνος καὶ ἰαροῦ διελέχθη πρότερον, νῦν οὖν πρὸς θέρους καὶ φθινοπώρου ἀναλεγετοῦ*. idest, De hyeme & uere prius disputatum est: nunc igitur de æstate & autumnō disserit. Dicitur autem æstas sicca & Aquilonia, quia in ipsa plurimum spirat aquilo, & sine pluuiā est: nam aquilo quandoque pluuiosus est, quamuis suapte natura siccus sit: propterea addidit siccam æstatem: at non dixit, æstatē frigidam: quia uere & simpliciter frigida non est, nisi ipsam ad alias æstates comparaueris, tamen Boreas in aliqua æstate spirat, imò Etesias & Boream idem esse grauisissimi authores testantur. Autumnus autem pluuiosus & australis fit, quia Auster sine pluuijs quandoque spirat: at sicuti in illa constitutione undecimi aphorismi morbi qui sequebantur, erant in æstate, & non in uere, ita in hac constitutione morbi qui sequuntur in hyeme fiunt, & non in Autumnō. Morbi uero qui hyeme accidunt, tales sunt, dolores capitis, tussēs, raucedines, grauedines: quibusdam etiam hominibus phthisēs. Celsus capite primo secundū libri hunc aphorismum ita citat, At si sicca æstas aquilones habuerit, autūno uero imbres, austricj sunt, tota hyeme quæ proxima est, tussis, destillatio, raucitas: in quibusdam etiā tabes oriuntur. Celsus capitis dolores omittere uidetur. Aristoteles quoque primo Problematum libro, problemate decimo, de hac tempestate pertractat, in hunc modum loquens, Cur si æstas sicca & Aquilonia fuit, autumnus ex aduerso humidus atque austrinus: hyeme quæ proxima est, dolor capitis, raucitas, tussisque oriuntur, atque in tabem demum euadant. Respondet, an quia hyems multum materiæ excipit: itaque humorem cogere, atque pituitam inde conficere magnum ei negotium est: ergo difficile est humorem densari, conficere inde pituitam. Quod si in capite humor constiterit, grauitatem committeret: & si nimius frigidusque est, cruditatem utique mouet, cui syderatio nomen est: necnon si ob nimiam sui copiam concreescere minus potuit, in locum defluit proximum, atque ita tussim, raucitatem & tabem contrahit. Hæc Aristoteles. At Hippocrates in principio libri De aere, aquis & locis, de hac constitutione nihil meminit, sed de ea solum tractat, in qua æstas sit sicca, æstuosaque & australis, & autumnus aquosus aquiloniusque sit, in qua tamen constitutione eosdem ferè morbos fieri dicit, qui in hac fiunt. inquit enim, capitis dolores per hyemem, cerebri lancinationes fieri par est, desuperque raucedines, grauedines, tussēs que, quibusdam & flatus, ut colligere possis autumnō etiam Boreali existente modo humidus sit, eisdem ægritudines fieri, quæ si esset humidus & Australis, sequerentur: & de æstate an Australis sit, uel Borealis, nihil refert, modo sicca procedat.

ἢν δὲ τὸ θέρους ἀρχηρὸν καὶ βόρειον γίνηται. idest, Si autem æstas sicca & aquilonia fiat. I quæ certe fiet, si aquilo spirauerit, quippe quum spirat, calorem remitti necessarium est, propterea Etesijs spirantibus, æstatis calor minor efficitur: quia Etesia idem sunt quod Aquilo. Dicit autem *ἀρχηρὸν*, quod uocabulum magnam siccitatem significat, talem inquam, ut squallida sit. Dicens uero sicca & borealis, multo minus calidam esse docet, quam æstati conueniat.

ἢ δὲ φθινόπωρον ἐπὶ μὲν βρομὴν καὶ νότον. idest, Autumnus autem pluuiosus & Australis.] Ut hæc comparatio cum illa eadem sit, quam in undecimo aphorismo posuerat, sed hæc in æstate & autumno, illa in hyeme & uere suas temperaturas euariabat, in uno tamen differunt, quia uer in constitutione undecimi Aphorismi suas proprias qualitates seruabat, sed magis intensas, in hac autem Autumnus suæ naturæ penitus oppositas habet, quia ipse suapte natura frigidus, & siccus est. Hic autem calidus & humidus supponitur, tamen Autumnus per proportionem ueri respondet; in æstate autem & hyeme talis est differentia, quia ibi hyems qualitatem actiuam propriam habet, sed magis auctam, passiuam uero contrariam; hic autem æstas passiuam habet propriam, sed multum auctam, actiuam uero contrariam.

Κεφαλαλγία ἐν τῷ χειμῶνι γίνονται. idest, In hyeme dolores capitis fiunt.] Et hæc constitutio in hyeme suos morbos facit: sicuti illa undecimi Aphorismi in æstate faciebat: non autem in ipsis temporibus, in quibus qualitatum dispositiones sunt, & hoc per eandem rationem, per quam in undecimo Aphorismo illa in æstate fiebant, quæ à dispositionibus in hyeme & in uere existētibus fiebant, quoniam hæc mutationes magnæ non sunt; nam æstas, quia sicca, corpora exiccat, humido autē autumno superueniente, siccitas corrigitur; sed postquam correctæ est, quia adhuc per totum autumnum perseverat, propterea humiditas in nostra corpora impingitur, quæ in subsequente hyeme frequentes ægitudines parit. Si uero ex hoc aphorismo expositionem nostram duodecimi aphorismi reprehendere tentes, qua legebamus Pluuiosum uel serenum, quod addi non debeat illa particula Vel serenum, quoniam nec in istis temporū dispositionibus ponitur. Respondemus eodem modo, ut in undecimo aphorismo dicebamus, quod si dispositiones illæ ita se haberent, ut uer australe esset & non pluuiosum, quia humiditates paucae in corpore erant, ideo à calore æstatis facile resolui poterant, unde illas ægitudines non peperissent; hyeme autem australi existente, siue pluuiosa, siue serena fuerit, tot humiditates colliguntur, quod morbos qui in duodecimo aphorismo enumerantur, omnino asferre possunt, præsertim & hyeme ipsa sua propria qualitate humida existente. Itaque ad autumnum applicemus, si autumnus australis esset & serenus, tot humiditates receptæ non essent, quæ subsequentes morbos inducere possent, propterea in his aphorismis undecimo scilicet & decimotertio, hoc uocabulum serenū, apponere non est opus, quod tamen in duodecimo præexposito aphorismo mire cōueniebat. Philotheus & doloris capitis & aliorum affectuum hanc uniuersalem causam ponit, quæ his uerbis describitur: καὶ ἡ αἰτία δὲν αὐτῶν τὸ θερμὸν ψυχρὸν ὑποκείται καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν πλῆθην ἐπιπέσειν ἐν ὕλῃς, ἔπειτα ἐλθόν τὸ φθινόπωρον θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀνταμαλγισσὴν τῶν δυσκρασιῶν τῶν δὲ σπῆμας καὶ αὐτὸ ἐπέτεινε τῶν ὕλων ὡς ὑγρὸν, ἐλθόντ' οὖν τὸ χειμῶν κατὰ φύσιν ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ἐπὶ ἐπέτεινε τῶν πλεθῶν, ἐκ τῆς πλεθῶρας οὐκ ἀναδυμολοσεὶς ἀντρέχμεναι πρὸς τῶν κεφαλῶν κεφαλαλγίαν ἀπὸ γὰρ ζῶντος, εἰ ἀδρῆνός δὲν ἢ κεφαλῆς. idest, Et hæc causa est, quod æstas frigida & sicca supponitur, & ob hoc materiæ constrictionem facit & densat. Postea autem autumnus calidus & humidus superueniens intemperantiæ æstatis repugnat. Tamen & ipse utpote humidus materiam intendit, hyeme igitur secundum naturam frigida & humida adueniēte, plethoram, idest repletionem & redundantiam humorum amplius auget; ex plethora igitur exhalationes ascendentes ad caput κεφαλαλγίαν, idest capitis dolorem operantur, si debile fuerit caput; nam si robustum fuerit, alia sequētur; de quibus deinceps sermonem habituri sumus. Nunc uero exponendum est quid per κεφαλαλγίαν intelligere oporteat: quod uocabulū & Theodorus & Leoniceus, & omnes alij capitis dolores interpretantur. In capitis autem doloribus apud Græcos auctores plura nomina inueniuntur, quæ omnia capitis dolorem significant, hæc autem sunt, κεφαλῆς πόνος, κεφαλῆς ὀδύνη, κεφαλαία, ἡμικρανία, ἐπὶ τροκάνια, κεφαλαλγία. Ut autē ad uerbum horum uocabulorū significata explicemus, quoties dolor capitis alium morbum sequitur, plerūq; κεφαλῆς ὀδύνη, uel κεφαλῆς πόνος, ut morbo uocabulum reddant, capitis scilicet dolores; non tamen hæc dico, quin etiam κεφαλαλγίαν appellent, quum autē dolor iugia est, & totum caput occupet, κεφαλαία ab antiquis uocatur, quam Galenus in libro De definitionum medicarum (si Galeni sit is liber) definit hoc modo: Cephalea, morbus capitis, dolorem intolerabilem per circuitū redeuntem gignens, ita ut qui ita affecti sunt, tinnire

nire aures sibi p̄tēt, oculi eorum rubescunt, eminentioresq; apparent, extendunturq; cum eisdem quę in fronte sunt uenis, ac facies tota rubet. De qua cephalæa & recentes nostri diffusissime tractant. *ἡμικρανία* uero, & *ἐπικρανία* idem sunt, quoties una sola capitis pars dolet. à Galeno in eodem definitionū libro definitur, heterocraniam esse, quando in altera parte ipsius capitis dolor accidit, fiuntq; intensiones, aliquando se remittit dolor. De his & recentes plura agunt, & uocabulum seruant hemicranea. Paulus quoq; Ægineta libro tertio, capite quinto, de ipsa tractat, quæ hemicrania, quasi semicraneum dicitur, una etenim sola cranei pars uexatur, eadem ratione heterocranea, quasi altera pars cranei uocatur. *κεφαλαλγία* uero est, quicumq; capitis dolor, ex aliquibus extrinsecis causis factus, quas antiqui procatarticas, & recentes primitiuas appellant, ut Paulus Ægineta præcitato loco docet. Sunt autem hæ procatarticae causæ, ut strepitus, uel clamor, uel clara lux, uel meracioris uini potio, uel solares radij, uel allij, aut porrorum comestio, uel res quælibet alia quæ caput replet, dolor qui ex his causis gignitur, uel cū febre, uel sine febre sit, cephalalgia uocatur. Cephalalgia igitur, cephalæa & hemicranea ita differunt; quia cephalæa & hemicranea ab intrinseco fiunt, & diuturnæ sunt affectiones: cephalalgia uero breuis affectio est, & quæ ab extrinseco fit, tamen processu temporis in cephalæam transire potest. Ad rem igitur redeunt, quando prædicta tempestas fuerit in hyeme, dolores capitis fieri, quos Græci cephalalgias uocant, necesse est, & ab exteriori omnino progignuntur, quia caput ob autumni humiditatem, humiditate plenum est, frigida deinde hyeme superueniente hæc fiunt. At opus est intelligere, hyemem suam naturalem temperiem seruare; tunc enim humiditas intus compingitur, & dolores causantur, quia capitis partes magis extenduntur, quam conueniat: nam una doloris causa, est solutio continui imperfecta, quæ est partium extensio. Et forte ob qualitatis mutationē ex calido in frigidum fiunt, tamē ob plenitudinem potissimū proueniūt, materia ob constringentē & constipantē frigiditatē exire non potente, unde est causa primitiua, quamuis in capite sit. Habes igitur in Hippocratis lingua dubitandum non esse, an cephalæam, an hemicraneam intelligere debeamus, quia ipse cephalalgiam dicit ab illis distinctam. Idem Hippocrates in libro De aere, aquis, & locis, dicit, in hac tempestate capitis dolores fieri, & cerebri lincinationes, quas lincinationes ob eandem causam fieri necesse est. Celsus dolorū capitis non meminit. Aristoteles problemate decimo primi libri, doloris capitis causam reddidit, quia si in capite humor confliterit, grauitatem committet; ideo secundum ipsum hic erit dolor grauius, quāuis & simul extēsius sit; imō Aristoteles addit, Si nimius frigidusq; sit, cruditatem utiq; mouet, cui syderatio nomen est.

καὶ βήχας. idest, Et tussēs.] Quæ utiq; fiunt pleno capite, & per frigiditatem hyemis expressa materia, quæ ad pectoris partes destillet. Hippocrates in libro De aere, aquis & locis, dicit, Tussēsq; quibusdam & flatus fiunt, quia pituitosa materia apta est in flatum conuerti. Aristoteles uero problemate decimo primi libri, inquit, Si materia quæ in capite est, multa sit, adeo ut eo loco concrecere non possit, in propinquum locum defluit, & ita tussim facit. At Philotheus hoc modo expositionē huius causæ continuat; prius ab eo dictum est, dolores capitis fieri, si caput debile sit. At si robustum sit, inquit, *ἐκδιώκει τὴν ὕλην, εἰ μὴ ὕδρι τὴν πρᾶξιαν ἀπὸ τοῦ κεφαλῆς, ποιεῖ κατὰ φύσιν. εἰ δὲ ὕδρι τὴν λαρυγγα, καὶ τὴν φάρυγγα, ποιεῖ βρογχίτις καὶ βήχας. εἰ δὲ ὕδρι τὸν οὐρανὸν, ποιεῖ κατὰ φύσιν. εἰ δὲ ὕδρι τὸν οὐρανὸν, ποιεῖ κατὰ φύσιν. εἰ δὲ ὕδρι τὸν οὐρανὸν, ποιεῖ κατὰ φύσιν.* idest, expellit materiam, siquidem ad asperam arteriam & ad pulmonem destillationem facit: si autem ad fauces & guttur, raucedines facit & tussēs: si autem ad nares grauedines, nonnullis autem & phthises fiunt, quales hi sunt, quibus natura in phthisim inclinat.

καὶ βρογχίτις. idest, Et bronchi, uel raucedines.] De quibus superius abunde pertractauimus. Eodem autem modo fiunt, ex tali materia, quæ in capite continetur, ad branchum fluente, & raucum hominem faciente: ut Hippocrates, Aristoteles, Celsusq; sentiunt.

καὶ κρυζαί. idest, Et coryzæ.] Quas Latini grauedines uocant, fiunt cum eadem materia quæ in capite retinetur, ad nares profluit. Hanc Celsus sub nomine destillationis intelligit. Nos uero in genere dicimus, Omne destillationum genus ex his fieri posse,

quæ

quæ à capite ad alias partes descendere solent, unde & ad aures, & ad nares, & ad pharynga, & ad larynga, & ad pectus, & ad uentriculum fieri nihil impedit. Galenus tamen hanc constitutionem non multum male sanam esse iudicat, & hi morbi qui in tali constitutione fiunt, multum scæui non sunt, sed plurimum mites.

ἰσθίον δὲ καὶ ὀδύνην. idest, Quibusdam autem & phthises. J Hippocrates in sua constitutione libri De aere, aquis, & locis, hunc morbum non ponit: at Aristoteles in decimo problemate primi libri ponit: sed apud Aristotelē tulsim & raucitatem sequi uidetur, ut tulsis fiat raucitas & tabes: sed Aristoteles hoc modo non intelligit, quo d unum post aliud fiat, quamuis fieri possit tulsim & raucitatē phthisim præcedere, imò tulsis necessario semper præcedit, phthisis autem non fit, nisi in his qui naturam habent ad phthisim paratam, de qua natura; & Galenus in cōmento, & nos in eodem loco loquimur: uero autem ego potius phthisim, quam tabem dicerem, quia proprie de hac specie tabis sermonem habet, quæ phthisis nuncupatur, in qua pulmo exulcerationem patitur, nec obstat quod Celsus in quibusdam tabes oriuntur dicat, quia ad hanc speciem exprimendam generis uocabulo utitur: melius fecit superius eodem loco, quando dicebat in autumno fieri tabem, quam Græci phthisim dicunt: nam his uerbis de qua tabe loqueretur, specificauit, quoniã, ut decimo huius libri Aphorismo docuimus, tabes tres species complectitur *ἀγροχίαν, καὶ ὀδύνην, & ὀδύνην.*

GALENVS

EANDEM temperaturam nunc simul posuit æstati & autumno, quam & paulo antea dixit de uere atq; hyeme, quum ita dicebat, Si hyems sicca & aquilonia fuerit, uer autem pluuiosum & australe. Verum ibi quidem in hac æstatis constitutione dixit febres acutas, lippitudines & difficultates intestinorum fieri. Nunc uero hyeme dolores capitis, tussis, raucedines atq; grauedines. Non autem uel ibi adiecit æstiuam constitutionem, uel hic hybernã, ut qui utrunq; tempus suam seruare temperaturam superposuerit. Si enim & in his altera aduenerit aeris ambientis intemperies, erit aliquis propter illam à prædictis diuersus eius morbus, proprius intemperiei. Verum in illa quidem constitutione, qua dixit hyemem fieri siccam & Aquiloniam, uer autem pluuiosum & australe, ipse subiicit causas ob quas tales morbi æstate fiunt, in libro De aere, locis & aquis. In præsentī uero constitutione, nihil dixit in illo. Nam post duas antea scriptas constitutiones, Alteram quidem in qua hyemem Aquiloniam & siccam uult fieri, uer autem pluuiosum & australe, Alteram uero in qua contrarium pluuiosam & australem hyemem, uer autem siccam & Aquiloniam, & sequentem ordine post has tertiam existentem conuersionem, de qua præsens est sermo, non amplius adiecit, sed loco huius, alteram talem. Si uero æstas pluuiosa fuerit & Australis, & autumnus similiter, necesse est hyemem fore insalubrem. Deinde per ordinem quasdam alias, neq; illas eodem modo quo ista proposita, se habentes. Sed de illis quidem, quum ad earum expositionem peruenerimus, sermonem faciemus. Nunc uero de ea quæ ab ipso dicitur in Aphorismis, agamus, idem nostro sermoni initium facientes, quod etiam antea diximus. Par enim est seruare ipsam hyemem similem ei quæ est naturalis, hoc est frigidam atq; humidam, quantum hæc duæ qualitates cōueniunt temperatæ regionis habitationibus, de quibus nos paulo post nominatim mentionem faciemus. Seruante itaque hyeme suum temperamentum, nulla fortior in ipsa ægritudo consistit, solum autem capitis dolores ac tussis, raucedines atq; grauedines, quæ sunt repleti capitis accidentia. Si igitur (ut prius diximus) utriq; tempori, æstiuo scilicet, atq; autumnali fieri pluuias australes contigerit, fortè & in ipsa æstate: si minus, saltē in ipso autumno uulgabuntur morbi præ constitutionis humidæ & australis. Nunc quoniã æstatē siccam & Aquiloniam fieri supposuit, Autumnum autem humidum & austrinum, par est nō solum quosdam non incipere ægrotare, uerum & immodicæ per æstatem siccitatis habere remediū non mediocre, eam quæ facta est in autumno humidam cōstitutionem. Quia uero totus autumnus talis est subsecutus, necesse erit his qui naturam habent humidiorē, sufficienter supra modum repleto capite, nuper dictos morbos hyeme aduenire, quibusdam autem eorum & tabem, qui scilicet ad hūc morbum apti natura sunt. Sunt apti natura & qui angusto sunt pectore, & quibus à capite ad pulmonem fluctio defertur. Hi igitur ta
bidi

bidi fient. Alijs uero nullus quidem fortior morbus adueniet, sed tusses, atque raucedines, & quicumque alij huiuscemodi casus fient, tempore hiberno capita sulcipientem austrinis pluuijs antea repleta, siue in quibusdam hoc solum efficiente, quod superfluitas in capite perseuerans sit ipsi doloris causa. Nullam siquidem plenitudinem in parte aliqua corporis dissoluit hyems. In quibusdam uero coactio in unum, & compressio quodammodo capite expressa materia inutilis, ad loca capite inferiora descendit, hoc quidem ueluti purgatio quedam, & capitis est euacuatio. In quibus uero à multa materia grauatum antea laborauit, nec potuit hibernum frigus tolerare, subiectis sibi partibus refrigeratum iam propter maiorem intemperiem, est fluctionum causa.

BRASAVOLVS

PLURA circa huius aphorismi statum, quam circa uerborum expositionem à Gale no dicuntur. Primo igitur Aphorismum presentem undecimo Aphorismo in qualitate bus comparat, sed ibi de hyeme & uere sermonem habebat, hic de aestate & autumnis. & sicuti in illo ægritudines in aestate fiebant, ita in isto in hyeme fieri debent. Aliquis autem dubitare poterit, quam temperaturam aestas habere debeat, in qua ex hyemis & ueris temperaturis ægritudines fiunt, & quam temperaturam hyems habere debeat, in qua ob aestatis & autumnis temperaturas morbi fiunt. Respondet Galenus, hæc duo tempora suas qualitates naturales habere oportere, ut aestas sit calida & sicca, hyems frigida et humida, & ob hanc causam quia suas naturales temperaturas seruare debent, quas temperaturas habere oporteat, Hippocrates non aperuit, ut naturales & sibi proprias intel ligeremus. nam si aliam temperaturam hæc tempora nacta essent, quam propriam & naturaalem, opus esset & morbos ipsos immutari, & alterius generis esse à præscriptis.

Cum in principio commenti scriptum est, eandem temperaturam nunc simul posuit, nos potius legendum putamus. Nunc simul apposuit, nam cõtextus Græcus dicit *ἐνα πῶς*. Quod potius apposuit, quam posuit significat, & conuenientius dicitur.

Cum etiam legitur, Erit aliquis propter illam à prædictis diuersus eius morbus, proprius intemperiei, in Græco illa particula, eius abest, & non dicit aliquis diuersus morbus, sed diuersus à prædictis morbis, inquit enim *ἔσται τι καὶ ἄλλ' ἐκείνων ἑτέρου ἢ τῶν εἰρη μῶνους νοσήμασι τῆς διανοκασίας οὐκείων*, quæ si ad uerbum reddamus, hæc dicunt, Erit propter illam (scilicet aestatis intemperaturam) à prædictis morbis aliquis diuersus, intemperiei proprius.

Quod etiam in principio commenti habetur, uerum ibi quidem in hac aestatis constitutione dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates intestinorum fieri, uidetur absurdum sensum facere, quia in præsentiarum in hac aestatis constitutione febres acutæ fiunt. nam de uere australi & pluuioso loquebatur, oportet igitur quod australi & plu uiosa aestate existente illi morbi fierent, sed ut statim in hoc cõmento uidere licebit, estis aliam temperaturam à propria habere non debet, propterea Græcum codicem cõtemplatus hæc dicere inueni, *ἀλλ' ἐκεῖ μὲν ἔστι τὰν τῶν κατὰ τῆσιν τῶν θερῶν ἐφῆκε, τὸς πυρετῶν ἐφεῖς, ὀφθαλμίας, καὶ δυσεντερίας γίνεσθαι*. idest, Verum ibi quidem in hac constitutione aestatis dixit febres acutas, lippitudines, & difficultates intestinorum fieri, non possum autem induci, ut credam Leonicenum, illam particulam, *τὸ θερῶν*, interpretatū esse aestatis, & cum illa particula coniunxisse hac constitutione, sed potius librarij culpa & incuria fuit. nam Leonicenus interpretatus est (me iudice) aestate in ablatiuo.

SECUNDO Galenus Hippocratem refert in libro De aere, aquis, & locis, qui rationem intemperiei undecimi Aphorismi reddiderit, de præsentia autem cõstitutione nihil proposuerit, quamuis multas alias temporum dispositiones enumeret, quæ in libro illo ab Hippocrate scripta sunt, in hoc autem non dicuntur, propter hoc Galenus edocet, ista in regione temperata intelligenda esse, & quod hyems suam naturalem temperiem seruet.

Quæ in hac parte ita leguntur, de præsentia uero constitutione nihil dixit, in Græco habetur *ἔστι δὲ τῆς νῦν προκειμένης ὁδὸν εἶπερ ἐν ἐκείνῳ*. idest, De ea quæ nunc proposita est constitutione nihil dixit in illo, uel de præposita cõstitutione nihil dixit in illo, tamē idē sensus est etiam si Leoniceni more legamus, sed græca uerba ita non exprimentur.

Vbi etiam legitur, Quod etiam antea diximus, Græcus contextus habet, *τὴν μικρῶν πρὸς τὴν εἰρημῶν*. idest, Quod parum antea diximus.

N Quæ

Quæ præterea leguntur, par etenim est seruare, ego interpretarer, decens etenim est, aut uerisimile etenim est seruare. quoniam in Græco habetur, *φυλάττω γὰρ αἰὼς ἐστὶν*. id est, Seruare enim uerisimile est, quia ex uerisimilitudine ita argumentatur.

Vbi scriptum est, de quibus nos paulo post nominatim mentionē faciemus, tria uerba hic defunt, hæc inquam, de eis sermonem facit. nam Græce habetur, *ὑπὲρ ὧν ποιήσασθαι λόγον, ὧν ὀλίγου ὑστερου ὀνομασί μνησθεὶς δὲ*. idest, de eis sermonem fecit, de quibus nos paulo post nominatim mentionem faciemus, ut hoc modo continuationem faciamus, quantum hæc duæ qualitates conueniunt temperatæ regionis habitationibus, de eis sermonem facit, de quibus nos paulo post nominatim mentionem faciemus. postea sequatur ut in Leoniceni interpretatione habetur, Seruante itaq; hyeme, & reliqua.

TERTIO Galenus aphorismum interpretatur, Supposito quod hyems suam temperaturam habeat, in ipsa ægritudines uehementes non fiunt, sed illæ solū, quæ in aphorismo enumeratæ sunt, scilicet repleti capitis accidentia. tu lege casus, quia ubiq; Leonicenus, ubi *συμπύματα* inuenit, casus interpretatur. unde si æstas & autumnus humida sint, hi morbi in æstate, uel saltem in autumno generantur: si uero æstas sicca sit, humidusq; autumnus, conuenit non solum in autumno non incipere egrotare, sed ex autumni humiditate inductam siccitatem corrigi. propterea in hoc autumno, qui supra modū humidus est, prædictos morbos incidunt, & nonnulli phthisim, qui ad ipsam procliuus sunt, in alijs uero hominibus nullus uehementis morbus generatur, sed solum dicti casus, quia capita repleta sunt: in illis autem, in quibus perstat & perseuerat plenitudo, capitis dolorem facit. At in illis, in quibus caput comprimitur ut materia descendat fluctiones fiunt, quæ uel grauedines, uel raucedines, uel tusses appellantur, secundum loca ad quæ perueniunt.

Nota, à Galeno dici hæc esse symptomata repletionis capitis, quia ex pleno capite emanant, plenitudo uero capitis ægritudo in numero est, tamen & ex hyeme mala, temperatura frigida induci posset, prius autem humida erat, ob humidam materiam, quæ ex temperie autumnii in caput receptæ fuerant.

Quod uertit Leonicenus, Nulla fortior ægritudo, ego uehementior interpretarer, quamuis Galenus sua lingua dicat, *ὁδὲν ἰσχυρόν νόσημα*. idest, nulla fortis ægritudo.

Quod etiam interpretatur, saltem in ipso autumno uulgabuntur, ego potius interpretarer (medice loquens) per populum uagabuntur, quod Græce est *ἰδιόληυσιν*. Id præterea quod ita legitur, par est non solum quosdam non incipere egrotare, sunt aliqui contextus qui affirmatiue legunt, non solum aliquos incipere egrotare, ut Aldinus habet, sed nostro antiquus negatiue legit, non solum aliquos non incipere egrotare: quod magis probō, & aptior sententia fit.

Quod legitur, Sufficiens supra modum repleto capite, ego ita legerem, Supra modum sufficientem repleto capite, idest, magis plenum quam conueniat. nam & contextus Græcus habet *ἐκείνῳ τῶν τοῦ μεγιστοῦ πληρωθείσης τῆς κεφαλῆς*. idest, Supra conuenientem mensuram repleto capite.

Quæ deinde sequuntur, Nuper dictos morbos hyeme aduenire, in contextibus Græcis diuersæ lectiones habentur, Aldinus enim dicit, *ἀπαντῶσαι ἢ τῶν χειμῶνα τὰ προσηγμένα νόσηματα*. & similem contextum secutus est Leonicenus. At antiquum contextum habemus qui ita legit, *ἀπαντῶσαι ἢ τῶν χειμῶνα τὰ προσηγμένα συμπτώματα*, ut hæc sola differentia sit inter Aldinum codicem, & hunc antiquum, quod ubi Aldinus dicit *νόσηματα*, idest, morbos, antiquus habet *συμπύματα*, idest, casus, nosq; hanc lectionem potius laudamus, quia hæc affectiones non sunt morbi, sed pleni capitis casus: ut Galenus ipse superius edocuerat. De his qui ad phthisim inclinati sunt loquens Galenus solum duo signa ponit, unum quod angusto sunt pectore, aliud quod à capite ad pulmonē fluxio descēdat. hoc secundum necessarium est, & semper exigitur, nisi in illis qui ob supurationem ex pleuritide fiunt. Primum etiam exigitur, sed Galenus non dicit pectus, quippe inquit *οἱ τῆ ἢ τῶν θώρακα σενοί*, idest, Qui secundum thoracem angusti sunt. Thorax autem & pectus differunt, quamuis apud authores pro eodem quandoq; sumantur, et re uera Pectus thoracis pars est, quia pars illa supra mammam pectus dicitur. Thorax uero totum est à iugulo et scapulis deorsum, usq; ad Malum granatum nūcupatum, &

ibi è regione, ut in anatomicis aggressibus, oculis diebus elapsis uidere licuit. Sūt tamē plura alia indicia quibus cognoscitur aliquem ad phthysim natura pronum & inclinatum esse, ut si collum oblongum & subtile habuerit, si caput ualde crassum & humidum, si humeros in arcum flexos, intra quos collum ingredi uideatur. Arabes hos Allatos appellant, & quibus uenæ sunt angustæ, & debile pectus habent, & adeo catarrho abundantes ut ob thoracis debilitatem, quicquid in pectoris cavitatē cōtinetur, expuere nō possint, qui nares clausas habent, ut materia ad pectus descendat potius quam enaribus fluat, & qui subtiles uenas habēt, adeo ut facile frangi possint, & hoc potissimum in thoraice, hi ad phthysim proni sunt. Galenus duo potissimum signa enarrauit, unum ex materia & mittente, aliud ex recipiente. Cum uero & ipse Philotheus his phthysim accidere dixerit qui natura in ipsam propēsī sunt, etiam quibus indicij id cognosci possent, edocuit, inquit, οὗτοι δ' εἰσι σκληροί, μακροτρόχοι, πτερυγώδεις, καὶ εὐνοθώρακες, γίνονται δ' αὐτοῖς ἢ φθίσις ἢ πύκνις, ἐπειδὴ οὗτοι ἀμαθοὶ ἐχρῆσι τὸν θώρακα, καὶ ἐπιμῶσι πύκνισιν καὶ ἀρτῶν ἐκτὸς καὶ ἀρτῶν ἐκτὸς, καὶ ἀρτῶν ἐκτὸς ἐπειδὴ θυχερῶς εἰσδύει ἢ ψύξις ἐς τὸν θώρακα, πλὴν τῆς δὲ αὐτῶν. ἀρτῶν δὲ πύκνις, ὅταν πλεθώρας ὑποκειμένης, φέρεται ἰδί τὸν θώρακα, καὶ βλάπτει τὸν πνεύμονα ὡς ἀδενῆ. οἴπερ τὰ γὰρ ἢ ὕλη ἐκείνη ἐρχομένη, καὶ ἐλθοῖ τὸν πνεύμονα, καὶ ἐκ τῶν φθίσις, idest, hi autem sunt scelephri (nos putamus legendū esse σκελιζνοί, idest, gracilibus cruribus præditi) oblongi colli, & in morem autē subtilis, et angustī thoracis, his autem fiunt phthyses propter hæc quæ sequuntur. quoniam ipsi aridum et in modum pulueris exsiccatum habent thoracem, et facile ab his quæ intus et quæ extra adueniunt offenduntur. et ab his quidem quæ extra, quoniam frigiditas facile in pectus ingreditur, percutit autem ipsum, ab intus uero, quoniam subiacēte plenitudine, ad thoracem fertur, et nocet pulmōni, tanquam ei qui debilis est; corrumpitur enim illa materia incipiens, et ulcerat pulmōnem, et ex hoc phthyses.

Nota etiam quod dicit hyemem nullam plenitudinem in parte aliqua corporis dissolueret, hoc fit quia naturæ frigida est, propterea constipat, si autem accidat catarrhos fieri, potius per accidens à frigore fiunt, quàm ex se, quia frigus adstringit, adstringendo exprimit, ueluti manus quæ spōgiam exprimat. Quod autem hic dicit dissoluit, ego potius interpretarer discutit, quia Græcus contextus dicit διαφορῆς, et certe frigus non dissoluit, sed hoc calorū proprium est trahere et dissoluere, nam διαφορῶν digero, discussio, unde medicamenta διαφορητικά discussoria et quæ aluum subducunt.

Quod à Leonico interpretatum est, expressa materia inutilis, potius interpretari oportet, expressa materia impar, idest, superflua, quia id exprimitur quod superfuit, unde Aristoteles decimo problemate primi libri dicit, Si humor qui est in capite, nimis frigidusq; est, cruditatem utiq; mouet, cui syderatio nomen est, postea sequitur, Necnō si ob nimiam sui copiam concrefcere minus potuit, in locum desluit proximum, atque ita tussim, rauicitatem, phthysimq; contrahit. unde uides potius interpretandum esse materia superflua, quàm materia inutilis, licet quod superfluum est, inutile sit, et quod inutile, quandoq; superfluat: tamē ad rei intellectum magis deuenimus dicentes superflua: et etiam uocabulum Græcum illi correspondens, idem significat, est autē περιττῶν, Quod uocabulum potissimum apud mathematicos significat impar: quod uero impar est, superfluum est, propterea nonnulli illaudati interpretes, ubi Aristoteles περιττῶν habet, abundans interpretati sunt, immo ipsemet Leoniceus hoc idem uocabulum περιττῶν in hoc commento pro superfluo interpretatus est. nam per tres uersus, ante hūc locum, ubi dicitur quod superfluitas in capite perueuerans sit ipsi doloris causa, illa particula Superfluitas in Græco Galeni codice, περιττῶν est. nam dicit ὡς ἐν τῇ κεφαλῇ διαμῆλον τὸ περιττῶν, ἀλγῆματ' αὐτοῦ αὐτῇ γίνεσθαι. idest, (Si uerbum uerbo reddamus) quod in capite perueuerans superfluum doloris causa ipsi fiat. unde sicuti in hoc loco Leoniceus τὸ περιττῶν, idest, Superfluitas interpretatus est, ita paulo deinde interpretari debebat, quum dixit ἐκδιδίβαλλον τὸ περιττῶν, idest, expressa materia superflua, uel id expressum quod impar, idest, superfluum est.

Suero aquilonius, & siccus, his qui naturam habent humidiores, & mulieribus confert: reliquis autem erunt lippitudines siccae, & febres acutae, & grauedines: nonnullis uero & atrae biles.

BRASAVOLVS

HUNC Aphorismum à præcedenti distinctum non esse, & Galenus testatur, & serues ipsa ostendit, quamuis alicui forte distinctus uidebitur, quoniam & apud Aristotelem in primo Problematum libro, & apud Hippocratem in libro De aere, aquis & locis, qui ante Aristotelem scripsit, distinctus est, tamen serie ipsa considerata distinctus non est. si tu distinctum Aphorismum habere cupias, necesse est in hunc modum aggrediaris, si aestas sicca, borealisque fuerit, & autumnus quoque siccus & borealis, his qui naturam habent humidiores, & mulieribus confert: sed cum de aestate nihil dicat, & solum de autumnus prosequatur, primam partem præcedentis aphorismi subintelligendam esse supponit. Aestate igitur sicca & aquilonia præcedente, & autumnus eisdem qualitatibus insignito consequente, mulieribus, & humidioribus uiris confert, quia in opposita constitutione sunt, ideo minus læduntur. Reliquis autem, qui humidi non sunt, lippitudines siccae fient, acutae febres, grauedines, & nonnulli erunt qui atra bile uocabuntur. Philotheus uero ita hunc Aphorismum introducit *ἢ ἔσθ' αὐτῶν ὡς ἀφορισμὸν ἰατρικῶν τὸ φθινόπωρον ἐπιμελεῖται, καὶ νότον. ἢ τῶν δὲ φθινοῦρος τῶν ἀφροσίων ποιῆται, καὶ ἄρτεριαι αὐτῶν ἄνδρῶν, καὶ γυναικῶν.* idest, In præcedenti Aphorismo supposuit autumnus pluuiosum & austrinum esse: hic uero è contrario conuersionem facit, & supponit ipsum frigidum & siccum. tanquam Philotheus alterum Aphorismum à præcedenti distinctum faciat. Aristoteles undecimo Problemate primi libri, huius Aphorismi meminit, querens, cur si sicca aestas, siccusque autumnus aquilones habuerint, mulieribus, & omnibus pituita abundantibus, secunda ualetudo contingat? Respondet, quia naturam ad medium habitum bonumque perducit. eo igitur ipso tempore optime ualent, nisi quid ultro ipsi perperam agant, aut humidi ad hyemem ita deueniant, ut fomitem quendam, & incitabulum frigori subministrant. Sed Aristoteles in hoc loco de una solum aphorismi parte pertractat, quia solum rationem reddit quare humidi bene se habent. Cur autem reliqui qui pituitosi non sunt, morbos incident, rationem non ponit, nec dubitat propterea aliud problema facit de secunda parte Aphorismi, quod est duodecimum in suo ordine: dubitat cur si sicca aestas, & aquilonia, & autumnus siccus, eisdem aquilonibus perflatus morbo biliosos infestet? Respondet, quoniam ad idem, corpus eorum, ac temporis habitus uergunt, itaque uelut ignis igni adijcitur: cum enim corpora exiccantur, quantumque in his dulcedinis erat, euaporatum sit, uehementerque incallescant, necesse est ut dum humor consumitur aridae lippitudines orientur, residuumque quod biliosum remanserit, eodemque recalescente febres acutae, utpote ex bili sicca euadant, Nonnullos insania rapit, quorum scilicet natura atra bile abundat, hæc etenim large superest, cum eius humores contrarij resiccescant. Celsus autem capite primo secundi libri supposito quod aestas sicca & aquilonia sit, inquit: si autem autumnus quoque æque siccus ipsidem aquilonibus perflatur, omnibus quidem mollioribus corporibus, inter quae muliebria esse proposuit, secunda ualetudo contingit: durioribus uero inflata repossunt & aridae lippitudines, & febres partim acutae, partim longae, & hi morbi qui ex atra bile nascuntur. Hippocrates uero in libro De aquis, aere & locis, statim primo folio cum de estate sicca & humido autumnus locutus esset, addit, Si autem Aquilonius (scilicet autannus) & non aquosus sit, nec in arcturo, pituitosis quidem suapte natura maxime confert, hisque qui suapte natura humidi sunt, foeminiisque, sed biliosos hoc infestissimum est: nimis enim desiccantur, lippitudinesque siccae superueniunt, quibus scilicet febres acutae, longaeque, cõcitatio nesque atræ bilis, nã quod humidissimum, aquosissimumque est bilis, absumentur, quod uero crassissimum

fissimum est & acerrimum relinquitur, sanguisq; eadē ratione, confestimq; & ex impro-
uiso hæc mala his fiunt. pituitosis uero hæc omnia auxilio sunt: nam siccescūt, ac in hye-
mem perueniūt, per alia, & ex alijs desiccati, quibus uerbis & symptomata & rationem
symptomatum reddit Hippocrates: tamen præcise non est tēestas de qua hic agit Hip-
pocrates, nisi in siccitate, quia æstas sua est quidem sicca, sed australis, in aphorismo au-
tem est sicca & borealis: uerum quo ad effectus qui sequuntur, idem sunt etiam si æstas
borealis sit, & ab eadem causa dependent.

ἢν δὲ βορρῆον ἦ. idest, Si autem aquilonius sit, scilicet autumnus, καὶ ἄνυδρον, idest, et sic-
cus, licet uocabulum *ἄνυδρον*, in a quosum potius significare uideatur, tamen ut Gale-
nus in cōmento edocebit, idem est quod siccum. Galenus hunc autumnū talem refert,
æstate sicca & aquilonia præsupposita. Tamē si omnia ab Hippocrate impleri uelimus,
dicere possemus, quod intelligit æstate existente opposita, scilicet humida & australi, ut
duodecimo Aphorismo correspondeat. nā in undecimo hyemē siccam & aquiloniam,
Ver humidū & australe posuit, in duodecimo hyemē humidam & pluuiosam, uer siccū
& aquiloniam: in tertio decimo aut, & quarto decimo in æstate & autūno easdem quali-
tates quæ in undecimo & duodecimo dictæ sunt, repetit, unde in. 13. siccam æstatem &
aquiloniā, autumnum humidū & australem ponit, ut qualitatibus undecimi aphorismi
correspondeat: in hoc uero. 14. qualitates in æstate & autumno ponendæ sunt, quæ qua-
litatibus duodecimi Aphorismi correspondeat. itaq; Hippocratis sensus reddetur: Si æ-
stas humida & australis sit, autūnus siccus & aquilonius humidis conueniet, quia quic-
quid humiditatis ex æstate sumptū est, totum in siccitate autumnū consumetur. Alijs ue-
ro lippitudines sicca fiunt, per rationē illam quæ in duodecimo Aphorismo scripta est,
hoc autē biliosis fiet, & febris acuta ob restrictionē materierum intus, quæ cum nimia
sint & extra uasa pro parte putrescunt. itaq; in alijs omnibus suas rationes inuenire pos-
semus, & reuera nisi Aristoteles suaderet, quod in æstate tali scilicet aquilonia & sicca,
& in autumno etiam aquilonio & sicco, hæc contingant, quæ hic Hippocrates refert, id
mordicus tenerem, illam fuisse Hippocratis mentem, quā superius enarrauimus. Id autē
sponte ab Aristotele dissentirem, nisi Hippocrates ipse in libro De aere, aquis, & locis,
intelligeret, consequentem autumnum aquilonium & siccum sequi æstatem aquiloniā
& siccam. nam rationes, quas Hippocrates in hoc citato libro facit, solū probant eo sup-
posito, quod æstas sicca & aquilonia fuerit: immo et Celsus hunc Aphorismum capite
primo secundi libri interpretans ostendit, intelligendum esse æstatem siccam & aquilo-
niam præcessisse. Nam prius, 13. Aphorismum retulerat, in quo æstas erat sicca et aquil-
onia, postea sequitur: Sin autem autumnus quoq; æque siccus iisdem aquilonibus per-
flatur. Quibus uerbis manifeste ostenditur, quod morbi hoc loco numerati, æstate exi-
sistente sicca et aquilonia fiant. Deniq; si æstatem pluuiosam et australem faceremus, ra-
tiones ægritudinum quæ sequuntur æque bene reddi non possent, licet de aliquibus ra-
tio in promptu sit. Propter hæc igitur cum Galeno dicam, Hippocratem de tali temp-
estate in qua æstas sit sicca et aquilonia, et etiam autūnus, sermonem habere. In hac enim
constitutione omnia, quæ inferius dicentur, sequuntur.

ποῖσι μὲν ὑγροῖσι ἐστὶ τὰς φύσεις. idest, his qui habent humidam naturam, uel humidis na-
tura. Alium cōtextum habeo in quo ita scriptum est, *ποῖσι μὲν ὑγροῖσι τὴν φύσιν*, idest, Hu-
midis natura. hoc est his qui suapte natura, et ab ineunte ætate humidū sunt.

καὶ ποῖσι γυναιξὶ ξύμφερον. idest, et mulieribus conferet, quoniam ut Hippocrates in
libro De aere, aquis, et locis scriptum reliquit, pituitosis et mulieribus hæc auxilio sunt,
quoniam siccescunt, ac in hyemem perueniunt, per alia, et ex alijs desiccati. Et Aristote-
les undecimo problemate primi libri, causam reddit, quia pituitosi et mulieres in humi-
dum uergunt: tempus autem trahens ad oppositum, eos ad medium habitum reducit,
nisi ipsi sponte ea agant, quæ ipsos offendant. Philotheus addit, *ἀνάλισκται γὰρ αὐτῶν
ἢ ὑγρότης.* idest, Consumitur enim ipsorum humiditas. Celsus uero non dixit pituitosis
conferre, sed omnibus mollioribus corporibus. Sunt autem hi et pituitosi et sanguinei,
inter quæ corpora muliebria intelligit, quare Celsus nō interpretatur humidis, sed mol-
libus, molles autem non solum pituitosi sunt, sed etiam sanguinei, propterea melius for-
N 3 te est

te est interpretari humidos uel molles. quàm pituitosos, quia pituitosum ubi molli continetur. Adde sub molli pueros cōtineri, tamen pueri biliosi nueniuntur, quibus hæc cōstitutio pdest. Ideo molles uel humidos dicētes, egregius dictū uidetur, q̄ si dixerimus pituitosos, quoniam & biliosi pueri ratione ætatis humidi & molles sunt, nō tamē pituitosi. unde & Hippocrates in libro De aere, aquis, & locis, dicit pituitosis & humidis natura, & mulieribus: ut ostenderet humidos etiā esse, qui pituitosi nō sunt, quibus tamē hæc cōstitutio per dictas rationes confert. Quanto autē magis humidi sunt, tanto magis cōfert, ideo mulieribus in suo sexu humidioribus magis confert, quia adeo corrigi non possunt, ut trāsmutatio quādoq; in oppositū fiat. nā aut̄nus iste præter suā naturā siccus est, quoniam siccitatem sibi propriā habet, sed in hoc casu siccitas est, quæ multū excedit.

πίσι δὲ λοιπῶν ὀφθαλμῶν ἐσονταί ξηρά. idest, Reliquis aut̄ lippitudines sicæ erunt. In alio codice legitur *ἰπὸνται*, idest, fient, non autem *ἐσονταί*. Celsus nō interpretatur reliquis, sed ut ei quod dixerat pro humidis mollioribus, suū oppositum corresponsderet, hic dicit durioribus. nam durū opponitur molli, sicuti autē molle humidū significabat, et quod in se teneritudinē quandam haberet, ut pueri sunt, ita & hic durum dixit, ut siccum significaret & quod ex eo duritiem contraxit. Hippocrates in libro De aere, aquis & locis, non dicit reliquis, sed biliosis hæc accidere, quem Aristoteles problemate duodecimo primi libri secutus est, ubi dubitat cur in tali constitutione biliosi infestetur morbo. De sicca lippitudine superius dictum est, illam esse in qua nihil fluit, uel lachrymarū uel alterius cuiuscunque materiæ, sed omnia intus elatū sunt. Aristoteles præcitat loco rationem reddit, quæ est, has siccas lippitudines fieri, quia biliosus humor uehementer incalescit, ideo necessarium est dum humor consumitur, aridas lippitudines oriri, sed non sunt nisi in his qui debiliores oculos habent. eandem rationem in libro De aere, aquis & locis assignat, hæc fieri docens et repente, quia quod humidissimum, & aquosissimum est bilis exsiccat. fiunt autem potissimum in hoc casu hæ lippitudines sicæ ex uaporibus, ideo et Paulus Aegineta capite uigesimo secundo libri tertij dicit fieri lippitudinem, & intensos dolores ex spiritibus flatuosis. Quid etiam impedit has siccas lippitudines fieri, ob autumnī frigiditatem superficiales oculorum partes obstruentem, ne humores qui intus continentur, exire possint, sed ophthalmiam inserant. Fiant autem hæc secundum Philotheum *ἐπὶ τῷ πολλῷ ξηρότητι*, idest, propter multam siccitatem.

καὶ πυρεσοὶ ὀφθαλμοῦ. idest, et acutæ febres. In Hippocrates in libro De aere, aquis et locis, non solas acutas febres fieri dixit, sed et acutas et longas, ob hanc causam quia biliosu morēs nimis desiccatur, et subtilissima ac aquosissima pars resoluitur, crassa autem permanet. Sed hæc ratio de diuturna febre solum esse uidetur, non autem de acuta. præterea dicamus quod in actu resoluendi, biliosa materia non resoluitur, sed aquosa. biliosa autem magis ignitur, ideo febres acutas facit. una autem bilis pars ualde crassa est, quæ quartanas gignit, unde & acutas, et diuturnas febres inducet. Aristoteles duodecimo problemate primi libri de solis acutis febribus sermonem habet, quas fieri dicit quia bilis, sincera reddita est, quæ recalescit, & re uera ea accensa exardescit æger. Celsus uero dicit fieri febres, partim acutas, partim longas, quod etiam intellige, ut superius a nobis dictum est. Eandem rationem his febribus reddit Philotheus, scilicet propter magnam siccitatem, quam lippitudinibus siccis reddebat.

καὶ κέρυλαι ὀφθαλμοῦ. idest, & grauedines. In alio antiquiori codice quem habemus legitur *κέρυλαι χρόνιαι*. idest, & grauedines longæ, & ita etiam antiqua aphorismorum translatio habet. Contextus quidam est, qui præter grauedines raucitates etiam fieri dicit, & re uera utrunq; dici potest. nā si materia ad *βρόγχου* tendat, raucitates fiunt. Si ad nares, grauedines. Hæc autem sequuntur, quum materia ob frigiditatem è capite expressa descendit, & hæc potius fiunt in his qui pituitam, quàm qui bilem habent, quia hæc symptomata ad pituitam potissimum illas partes occupantem consequuntur, fortassis fiunt in illo resolutionis motu quando bilis resoluitur. uel dicamus, hæc potius in pituitosis fieri frigore superueniente, uel in plenis humoribus humidis: propterea sunt potius plenitudinis symptomata, quando tempus humidum prius fuerit, deinde frigus sequatur, nisi dixerimus, Symptomata esse malam qualitatem frigidam consequentia, quæ qualitas ex tempore est. Hippocrates in libro De aere, aquis, & locis in hac constitutione

ione quando aestas sicca sit, & autumnus aquilonius ac borealis sequatur, nec grauedinis, nec raucedinis meminit, quod forte melius esse iudicandum est, quia ista potissimum cum humiditate sunt. Adde, nec Aristotelē duodecimo problemate primi li. grauedinis aut raucedinis meminisse, nec Celsum ca. primo secūdi li. ubi hunc aphorismū interpretatur, propterea puto illā particulā κέρυζαι, idest, grauedines, ab Hippoc. positā nō fuisse, confideroq; à librarijs inuersum esse uerbum, & id quod dicebat κέρυζαι, idest, & longæ, scilicet febres, in illud inuersum esse κέρυζαι, idest, & grauedines. nā Hipp. in li. De aere, aquis, & locis, dicit fieri febres acutas & diuturnas, & Celsus, partim acutas partim diuturnas, tamē in hac constitutione loquūtur, propterea nos illā partē hoc modo legendā putamus κέρυζαι ὄφειδον κέρυζαι, idest, Et febres acutæ & longæ, nō autē κέρυζαι, idest, grauedines: quoniā grauedines in humiditatibus frigiditate supraueniente potius sunt, tamen Galenus in cōmento κέρυζαι apponere uidetur, imò contextū Hippocratis ex li. De aere, aquis & locis, adducit, qui hoc modo habet. κέρυζαι ὄφειδον κέρυζαι, idest, febres autē acutæ erunt, & grauedines. Nos autē in nostro codice græco De aere, aquis, & locis Hippocratis, ita habemus, κέρυζαι ὄφειδον κέρυζαι πολυκέρυζοι, idest, febres autē acutæ erūt, & diuturnæ, imò si Galenū in hoc cōmento cōsiderabis, quādo rationē reddidit cur hæc fiāt, de grauedine nihil amplius recordatur, nisi quod meminit illius uerbi grauedinis, in cōtextu Hippocratis positi. Sed nos putamus contextū illū corruptū esse, & legi oportere ut à nobis dictū est, & hoc maxime id probat, quia deinde in hoc cōmento Galenus rationē reddidit acutæ & diuturnæ febris. Cū ergo in hoc Galeni cōmento cōtextus Hippoc. adducitur, hoc modo: sippitudines siccæ, febres acutæ, atq; grauedines accidūt: legendū est, febres acutæ atq; diuturnæ accidūt, uel opus erit dicere, quod hæc grauedines pituitosis, et nō biliosis accidūt. Tamē Philotheus græcus author longas grauedines legit inquit, κέρυζαι χρόνιαι. διότι ἡ ἀκραξερότης μεταβάλλει τὰς δυνάμεις, κέρυζαι το λογιστικῆς ἐν τῷ ἐγκράλιω ἐρχόμενης, φέρει τὴν ἐπιμνηστῆρα ὅσα τὴν ἰδιότητα αὐτῶν, κέρυζαι γινόντων. i. Et longæ grauedines, quoniā summa siccitas potētias mutat, & ratione nutrimenti in cerebrū ueniēs ad nares fert, p. ossā isthmū faciētia, quæ à græcis isthmus da nūcupāt, & Grauedines fiūt.

ἐνίοσι ἡ μελαγχολία, idest, Nōnullis uero & atræ biles, & recte dicitur nōnullis, quia his solū qui in ipsam proni sunt, accidunt, & qui bilem siccā habent, quæ facile in cinerē atrabilarium uertitur, unde & Philotheus addit, ὅτι οἱ ἐν ἰσθμῷ ἐκαστοὶ ἐκαστῶν λόγων τὴν ἐπιμνηστῆρα ἡ ὑπόθεσιν, idest, in ijs qui cōmōde possunt absumere humiditatē, & ratio est, ut Hippocratis in li. De aere, aquis, & locis dicit, quia humidissima pars atq; aquosissima bilis exiccatur & absumitur, crassissima uero relinquitur. propterea à Philotheo dicitur τὸ λεπτομερές κέρυζαι το ἀμασῶς ἐν τῷ παχὺ κέρυζαι ὑπὸ δαί, μελαγχολικὴν ἐργάζεται. idest, Pars tenuis & proba sanguinis, quā pars terrestris superet, melancholica efficitur. Celsus hæc Hippocratis uerba ita absolute nō interpretatur, & atræ biles, sed & hi morbi qui ex atra bile nascūtur. Aristot. uero duodecimo pblemate primi li. dicit, nōnullos infania rari (sua uero lingua utitur uocabulo μανία) quorū scilicet natura atra bile abūdat. ipse uideatur μανίαν & infaniā specificare, quæ ex atra bile ortū ducit. Additq; hæc em̄ large superest, cū eius humores cōtrarij resiccescāt. Quid autē per μελαγχολίαν Græci intelligāt, paucis edocere oportet, sed Celsus præ alijs mihi placet, qui intelligit absolute morbos ex atra bile factos: hi enim uarij sunt. & re uera μελαγχολία uel atra bilis, (ut Galenus in sequenti li. aphorismo uigesimo primo edocebit) est humor ater, acris, corrodes, et acidus, qui in terrā effusus ebullit. ppter hoc à deiectionib. nigris differt, quæ sunt ueluti sanguis niger, etenim sunt ueluti sanguinis limus. in hac tēpeltate μελαγχολικῶν humores per aduentionē fiūt, potissimū (secundū Aristot.) in melancholicis. At secundū Hippoc. in li. De aere, aquis, & locis, ex aduistiōe bilis. ut autē hanc rē cōmodius pertractemus, necesse est illa in mentē ueniāt quæ apud Galenū scripta sunt in lib. ἐπιμνηστῆρα. i. sagoge in scripto (si is liber Galeni sit) ἡ ἰατρὸς uel medicus. inquit autē, τὸ ἡ ὑπόθεσιν τῆς διάνοιαν ἐκαστοῦ, οὗ μὴ τὰ ἐφεροῦται ἐστὶν, μανία τε, καὶ μελαγχολία, πολλὰ δὲ καὶ ἐν ταῦντις αἰ διαφορὰ, ἀπεκονομασται ἐν σα. σαίεται μὴ ἐν πῶδε κεφαλῶν πᾶσαν ἐκαστοῦ διάνοιαν. αὐτῶν δὲ τῶν μανίας φαίνεται ἡ ἀληθῆς ἀπὸ παραχρῆματος καὶ ἐκφοροῦ καὶ προχειροῦ ὑβριστῆ τε οἱ τότε ἐχόμενοι τῶν πῶδε. τῶν δὲ μελαγχολίας αὐτῶν μελαγχολία ὑπόθεσιν ὁ χυμὸς καὶ ζοφώδης, ἀπὸ ζοφώδους τε εἰσι καὶ δύν, θυμοὶ οἱ πῶδε, ὑπὸ πῶδε εἰς πάντας καὶ μισανθρωπί τε καὶ ἐρημίας χέροντες. Quem si ad

uerbum imitari uoluerimus hæc dicit, Dux sunt potissimū circa mentē alienationis species, mania scilicet & Melancholia, multæ autem & in his differentiæ sine nomine sunt, constituitur itaq; circa totum caput alienatio mentis, causa autem mania cholera flaua, propter hanc causam tumultuosi, præcipites, audaces manu prompti qui hac passione detinentur. Melancholia autem causa nigra cholera, quæ humor frigidus & niger est, propterea nigro colore sunt tristesq; tales, suspitiosi de omnibus, hominum consuetudinem auerfantes, solitudine gaudent. Vnde Galenus in hoc loco Homeri carmina citat, quibus Bellerophontes melancholicus describitur, Carmina autem hæc sunt,

Ἡ ποὶ ὁ κερπέδιον τὸ ἀλκίον οἶϑ' ἀλᾶτο

Ὁν θυμὸν κερπέδιον πάποι ἀνθρώπων ἀλεείνων.

idest, errabat ille quidem per campos, animum suum crucians, hominum frequentiam uitans. Quæ sunt atræ bilis notæ. Ita uero latino carmine referuntur.

Sæpe etiam solus campis errabat Aleis

Et curis cor edens, hominum uestigia uitans.

Ex his colligere licet apud Galenum *μανία*, quam Celsus insaniam uocat, ex bile fieri flaua, *μελαγχολία* uero ex *χολῆς μελαίνης*, idest, ex bile nigra, & qd' in mania furiosi sunt, in melancholia, idest, bile atra, hominum consuetudines fugiunt, & soli cogitabundiq; morantur. At Galenus in libro definitionū (si is etiā liber Galeni sit) Maniam definit, quā latini insaniam dicunt, esse mentis alienationē cū cogitationis mutatione, & uocis amissione, & eorū qui in ipsa sanitate sunt sensuum, hi aut sine febre moriuntur. Postea melancholia, idest, atrā bilem definit esse passionē rationi officientē cum cordis difficultate, & cū nutritione eorū quibus maximē uesci delectantur. Celsus de tribus insanie generibus tractat capite decimo octauo tertij libri, primū est phrenitis, quæ quoniam non fit ab atra bile, ualeat, secundū genus fere sine febre est, postea leues febri culas habet, in tristitia consistit, quā atra bilis contrahere uidetur, tertium genus duplex est, quia uel imaginibus falluntur, nō mente ualem poetæ Aiace, uel Orestem faciunt: uel animo desipiunt. Si imaginibus falluntur, uel tristes uel hilares sunt. hæc Celsus, qui omnes species ab atra bile fieri iudicat, & recte quidē. Nec obstat qd' Galenus *μανία* ex bile fieri dixerit, quoniam intel ligit ex bile adusta; cū uero aduritur atra bilis effecta est, & uehementes illas ac feroces insanias parit, quas qui habet, furibundi sunt. Nō ab re igitur Galenus bilē esse dicebat, quia ex bile facta. Paulus ægineta lib. tertio ca. decimo quarto melancholiam definit, esse alienationis mentis speciē quandā sine febre, quæ occupante cerebrū intellectus sedem melancholico humore, magna semper ex parte prouenit, nōnunq; ipsomet affecto cerebro, interdū uero uniuerso corpori affecto cōsentiente, ponit & tertiam speciē, quā flatuosam uocant hypochondriacā: uero quandoq; futura diuinatur, & à grecis *ψυδρασμο* & *ψυδρασμο* dicitur. Hippoc. librū fecit, quē de melancholia, insaniam uel inscripsit. Ad rem igitur redeūtes, cū ab Hippoc. dicitur Atræ biles, intellige omne genus morbi, quod ab atra bile fieri potest, & insanias omnes, propterea Aristot. primo Problemātū lib. uitur uocabulo *μανία*, alia melancholia. Potuisset tamē & dysenterias addere, quæ ex bilis redundantia fiunt, & quāto magis tenuis est & acuta, tāto intensiores, uehementioresq; dysenterias facit, nec nō ex atra bile seuiſsimæ & insanabiles oriuntur, & experientia docet in hac tēpeſtate fieri.

G A L E N U S

Hic sermo nūc dictus liquet qd nō est integer aphorismus, sed pars secūda unius aphorismi cuius priorē partē nuper desūtimus explanare. Nā manente cōmuni ea quæ est ætatis dispositione, utriq; sermonib. prior quidē pluuiū, & australem in ipsa sup ponit autumnū: secundus uero qui instat, siccū & aquiloniū. Quod uero nil differt, siue siccū, siue squalentē, siue inaquosum dixerimus, uniuicq; est manifestū. Ambobus ergo tēporibus squalidis, & siccis effectis, humidā quidē naturæ, nō modo nihil offenditur ex tali constitutione, quin potius aliquā sentient utilitatem. Causam uero ipse dixit in libro De aquis, & locis, & aere, scribens in hūc modū. Pituitosis uero hæc omnia auxilio sunt. Exiccantur enim, atq; ad hyemem minime laxi perueniunt, sed exiccati. Reliquis uero qui non sunt tali natura præditi, lippitudines sicce, febres acutæ, atq; grauēdines accidunt, & nonnullis eorum atræ biles. Causam uero horum generationis, ipse in libro nuper dicto, per hæc uerba inquit. Biliosis uero hoc est inimicissimum, quia ualde exiccantur

gantur, & siccitudines his sicce eueniunt, & febres acutę, & diuturnę, & atrę bilis. Deinde causam subinferens, inquit, Bilis enim pars humidissima, atque aquosissima exiccatur, atq; absumitur. Crassissima uero, & acutissima linquitur, & sanguinis pariter eadem ratione, ex quibus hi morbi ipsis contingunt. Hęc itaque a nobis ad propositas constitutiones dicta sunt sufficienter. Cur uero de his solis constitutionibus fecerit mentionem Hippocrates, cum & plures alię sint, non habeo dicere. Volo autem potius declarare uiam, ac rationem, qua quispiam utens, omnes constitutiones complecteretur. Est autem talis. Primum igitur incipere est necessarium, ueluti ab elementis, à simplicibus aeris ambientis intemperaturis, atque ipsas diuidere, & in ualde paruas, & ualde uehementes, ac medias. Post hac dicere de qualibet earum quę dictę sunt intemperaturarum, in singulis temporibus contingentium, quot scilicet morbos secundum unamquamq; naturam generabunt. Post hac duorum temporum complexi inuicem intemperaturas, quemadmodum conatus est nunc & ipse Hippocrates facere. His uero transactis omnibus deinceps trium temporum coniungere uniuersas omnes intemperaturas. Deinde quatuor. Sic enim foret integra, atque perfecta meditatio. Hęc igitur & nos forte aliquando, si plus ocij nacti fuerimus, seorsum scribemus. Sufficiat autem in presentiarum hoc dixisse solum, quod paucos admodum intemperaturarum complexus scripsit Hippocrates, adeo ut hęc potius quoddam exemplum uideantur, quam pars aliqua effatu digna totius circa talia disciplinę. Dicemus autem plenius de ipsis, cum librum De aquis, & locis, & aere, & de Epidemijs primum exponemus. Quod uero paulo antea sum me dicturum pollicitus, nunc adiungens in ipso finiam orationem. Audire enim oportet omnes de quibus scripsit Hippocrates constitutiones in locis factas terrę habitabilis temperatis, exceptis ab hoc sermone Thracię locis, quę à mari distant. Hęc enim in frigiditate, atq; humiditate modum excesserunt, sicuti & quę ad Aegyptum, ac Libyam attinent, loca calida sunt, ac sicca, exceptis & hic illis quę mari adiacent locis. In frigidis enim, quales sunt circa Thraciam, ac Pontum regiones, quoniam loca mari adiacentię humilia sunt, ob hanc causam calidiores habent temperaturas. In calidis uero, quales Aegyptus, ac Libya, quoniam aestate à uentis ab Arcto flantibus refrigerantur, idcirco minus sunt calida, his quę ad mediterranea recesserunt. Zona uero exquisitam habens temperiem, ac media orbis terrarum, est quę per Gnidum, & Coum, & quęcunq; loca non multum ab his recesserunt, uel ad aquilonem, uel ad austrum. Oportet autem ut temperatam zonam nominatam, ab his qui talium habent peritiām, perfecte intelligas, excogitare quandam lineam rectam, extentam per ea quę dixi loca. Quidam autem astrologi non zonas, sed parallelas, idest, æquidistantes uocant tales in terra habitationum similitudines, quę ab ortu ad occasum protenduntur. Sermo igitur ab Hippocrate habetur, de his præcipue quę diximus locis. Ordo autem temporum, sicuti ipse sapius in libro Epidemiarum ostendit, & sicuti hi qui studio excelluere scripserunt, hic est. Ortus Pleiadis principium est æstatis, post quam Canis ortus oporam, idest, fructuum generationem incohat, quam & ipsam pro secunda parte æstatis ponunt. Post hunc Arcturus oriens initium facit autumnii. Deinde de occasus Pleiadum hyemis principium facit. Deinde quod hyemem sequitur æquinoctium, principium ueris habet.

BRASAVOLVS

PRIMO à Galeno edocemur, hunc aphorismum præcedentis partem esse, in ipso enim primam præcedentis Aphorismi partem subintelligi supponit, *μὲν σὺν γὰρ τοῖνυς ἐπὶ τῷ ἁπλοῦ ἁποδεδειγμένον*. idest, Manente enim cōmuni æstatis hypothesi. Leonicensis rem ipsam considerans, *ἁποδεδειγμένον*, idest, dispositione interpretatus est, potius q̄ sequi uim uocabuli hypothesis uero æstatis ad alia tempora est, quod unus autumnus australis est, & pluuiosus, alter *ἁυτοῦ*, idest, inaquosus, & aquilonius, quod etiam dicit, supponit autem tu, apponit autumnum.

SECUNDO quia Hippoc. & Galenus his uoculis quandoq; utuntur *ξηρόν, ἀχμυρόν, ἁυτοῦ*, quę apud Latinos hoc præcise significant, siccū, squallidū, inaquosum, propterea Galenus docet, quodcūq; horū dicatur nihil differre, ideo unum pro alio sumi potest, & eadem ægritudines atq; eadem symptomata semper consequuntur.

Tertio

TERTIO ex dictis Hippocratis causam reddit, cur hæc sicca constitutio humidis conferat, quia exiccantur, & ad hyemem exiccati perueniunt, unde (ut docet) biliosis non confert.

Quod ita legitur, in hac parte, exiccantur enim atq; ad hyemem minime laxi perueniunt, sed exiccati, nos potius interpretandum iudicamus humidis, uel flaccidi, quam laxi, nam græcus contextus habet *ξηραίνονται γὰρ, καὶ εἰς τὸν χειμῶνα ἀθικνέονται, ὃ πᾶσι δύνανται ἀπὸ ἀνεξήγητοι*, idest, exiccantur enim atq; ad hyemem minime humidi perueniunt, sed exiccati. Cur autem biliosis illa contingant, quæ enarrat Hippocrates, per ipsum Hippocratem in libro De aere, aquis, & locis Galenus edocet.

Quod hic legitur, Crassissima uero, & acutissima linquitur, græce habetur, *τὸ δὲ πικρὸν καὶ κρῖν, καὶ δριμύτατον λέπεται*, in uno tamen codice legitur *δριμύτηρον*, idest, acutius: Caluus acerrimum interpretatus est.

QUARTO, plures alias cōstitutiones esse docet, quas sponte omisit Hippocrates, & tradendi methodum ostendit, nos aut̄ amplioris doctrinæ gratia, omnes in numerū & ordinē disponemus. Primo, quatuor anni tempora, suas proprias tēperaturas seruent.

Ver calidum sit & humidum, supra suam propriam temperaturam, & alia tempora proprias naturas seruent. Ver sit calidum supra modum, humidum æqualiter, & alia tempora suam naturam seruent. Ver sit frigidum & siccum, & alia tempora suam naturam seruent. Ver sit frigidum, in sicco & humido temperatum, & alia tempora suam naturam seruent. Ver siccum sit in calido & frigido temperatū, alia tempora suam naturam seruent, hinc habes sex uariationes solius ueris. Aestatem eodem modo uariare oportet, ut de hyeme dictum est, alijs temporibus firmis in suis temperaturis manentibus, propterea & in ipsa sex uariationes erunt, Autumnum eodem modo uaria, alijs temporibus firmis manentibus. Hyemem eodem modo uaria, alijs temporibus firmis manentibus. Deinde uer & æstatem coniunge secundum omnes uariationes quæ fieri possunt in quatuor qualitatū distemperantijs, Autumnus uero & hyems in sua temperie permaneant. Deinde æstatem & autumnum eodem modo coniunge.

Deinde autumnum hyemī simili modo iungamus, Deinde hyemem ueri eodem modo, Deinde uer autumnum, Deinde æstatem hyemī. Post hæc uer æstati & autumnum secundum omnes distemperantias quæ fieri possunt, coniunge, hyeme suam naturam seruante. Deinde æstatem, autumnum, & hyemem eodem modo coniunge,

Deinde autumnum, hyemem, uer, Deinde hyemem, uer, æstatem.

Postea distemperantias omnium quatuor tempora enumerata, & ut uariabuntur, ita tu uaria, & tot membra facito, ac separate describito. Galenus autem promittit hæc omnia in libro de aere, aquis, & locis pertractare, quando illum Hippocratis librum interpretabitur. At hunc Galeni librum non habemus, ignotumq; est, an librum De aere, aquis & locis cōmentatus sit, licet commentari promiserit, & Hippocrates paucissima de hac materia tractauit, & illa quidem ut exemplum potius essent, quàm uera & exqui sita rei pertractatio.

QUINTO à Galeno de diuersis terræ locis sermo efficitur, ut temperatas, atq; interperatas regiones edoceat, necnon de uarijs anni temporibus agit. hoc autem facit, quia superius dictum est, hæc quæ ab Hippocrate dicuntur, in locis terræ habitabilibus temperatis intelligenda esse. propterea illa Thraciæ loca excipit, quæ à mari distant, quia non solum temperata non sunt, sed in frigiditate atq; humiditate modum excedunt. unde Pomponius Mela capite primo secundi libri de Thracia loquens dicit, Regio est nec cælo læta, nec solo, & nisi quæ à mari propior est, infœcunda, frigida, eorum quæ feruntur, maligne admodum patiens. Raro usquā pomiferā arborem, uitem frequentius tolerat, sed nec eius quidē fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora obiectu frondiū cultores arcuere, uiros benignius alit, nō ad speciem tamen; nam & illis asper, atq; indecēs corporū habitus est. cæterum ad ferociam & numerū, ut multi immitescq; sint, maximè ferax. pars Europæ est in nona Europæ tabula à Ptolemæo descripta, Byzantium urbem habet, nunc Constantinopolim appellatam, sed hæc iuxta mare est, ideo magis temperata, q̄ Bizia Tonzos & Cabila, quæ sunt Thraciæ urbes à mari longe distantes. nā humiditatē & frigiditatē mirā habēt, propterea intēperata loca sunt, de quib. in his aphorismis nō intelligit Hippocra

Hippocrates. Addit & Galenus, de calidissimis locis nō intelligere Hippocratem, quia sunt illa, quæ in Aegypto & Libya caliditate, & siccitate exuperant, his etiam demptis quæ iuxta mare sunt. in Libya enim & Aegypto fabulosa loca inueniuntur, quæ adeo arentia sunt, ut nihil progignere possint, imò æstuat: loca uero quæ iuxta mare situantur, quia à septentrione afflantur, temperiem habet, ut est Alexandria Aegypti, quæ nō multum in caliditate inclinat. Scito aut cum à Galeno dicitur, temperata regio, nō est opus in omni tēpore hoc intelligere, sed quod tēpora suā naturā seruent, & nō habeant unam qualitatem in summo. in Thracia uero loca quæ sunt circa mare, humilia sunt, ideo calidiores temperaturas habent, & ratio in promptu est, quia à meridionalibus uentis agitantur, à septentrionalibus minime, quia sunt humilia loca, quæ à montibus defenduntur, ne à septentrionalibus uentis perflari possint. Hic Galenus putat zonam exquisitè temperatam, uel parallelum, (ita enim appellant *ἡμεῖς τῆς ἀστρονομικῆς*, ut habet contextus Græcus, non astrologi, ut interpretatur Leoniceus) exquisitè temperatum eum qui per Gnidum & Coum transit. nam est medius orbis terrarum. in hac parte desunt duo uerba, quæ in meo antiquo codice scripta sunt, in Aldino absunt, *ἀνατολὴ τε καὶ δύσις*. id est, ortus & occasus, ut hic sensus fiat, zona uero exquisitam habens temperiem, ac mediā orbis terrarum ab ortu ad occasum, est quæ per Gnidum & Coum fit. Græca autem continuatio talis esse debet, *ἡ δὲ ἀκείβωτος ἀντικατὸς τε καὶ μεσηζώνη ῥοικισμὸς ἐστίν, ἀνατολὴ τε καὶ δύσις*. An uero parallelus per Gnidum & Coum temperatissimus sit, dubitare cōtingit, quia hic est ille parallelus, qui à Ptolemæo per Rhodum appellatur, in prima Asiæ tabula descriptus, & est decimus parallelus, qui ab æquinoctiali differt per duas horas & dimidiam, maximā diem horarum quatuordecim & dimidiā habet. Rhodus in Lycia est, ut etiam Pomponius docet libro secūdo capite quarto, Gnidus ac Coum in Caria, in longitudine differunt, quia diuersos habent meridianos, nam Gnidus urbs in longitudine gradus 56. minuta 15. habet. Cos insula in longitudine gradus 57. minuta 0. Rhodus uero insula in longitudine gradus 57. minuta 20. habere dicitur. At in latitudine, quæ est distantia à meridie ad septentrionem, Cos & Gnidus in gradibus nō differunt, sed in minutis, quia Gnidus in latitudine gradus habet 36. minuta 0. Cos eodem modo gradus 36. habet, minuta 20. Rhodus uero in latitudine gradus 35. continet, minuta 20. Hæc autem omnia in quarto Climate sunt, ut ex Ptolemæo in prima Asiæ tabula patet. Galenus hoc Clima temperatissimum esse arbitrat, nam & is parallelus temperatissimus est, quod in secūdo libro Salubrium idem Galenus iterum repetit inueniens, id temperatissimum est, quod est exacte medium, ut Hippocratis patria, quæ æstate & hyeme est temperata, multoq; magis uere & autumnino. Albumazar & multi alij in hac opinione Galenum secuti sunt, & præsertim Auicena, qui totis uiribus probare contendit, post æquinoctialis habitationem, quarti climatis habitationem omnibus alijs perfectiorem esse: etenim non uruntur ut qui in primo climate; nec ualde calefcunt, ut in secundo, & tertio; nec multum frigescent, ut illi qui sunt in fine quinti, aut deinceps. Auerois omnes ita sentientes reprehendit in secundo libro sui uoluminis, quem inscripsit Colliget, quoniam homines quinti climatis sunt temperiores, quod ex colore faciei, & capillorum colore suadet, propterea alijs temperiorem iudicat, imò & Aristoteles secundo Meteororum libro, quartum & quintum climata omnibus alijs præmittit, tanquam temperiora. Aristoteles tamen uidetur potius quartum clima probare, quia secundo Meteororum Græciam temperatam esse fatetur, quæ tamen sub quarto climate pro maiori parte contineri uidetur, imò dicit illas esse terras naturales in calore, quæ in latitudine mediæ sunt, ut Græcia est. De hac autem re quid dicere oporteat, ambiguum satis est, nam Rhodus quæ dat nomen parallelo, est insula calidissima, tamen est in quarto climate, in qua nisi essent uenti septentrionales, & Etesia, quæ per æstatem spirarent, illi qui Rhodum inhabitant, deficerent. Equites Hierosolymitani Galli & Itali non poterant æstatis ingentes æstus ferre. Si etiam omnes alias urbes, quæ sub illo parallelo sunt, consideraremus, adeo calidas esse deprehēdemus ut temperamentum longe effugiant. Sunt autem sub illo parallelo plurima loca egregie calida, in Peloponneso & Cilicia, imò si uniuersum quartum Clima consideremus, quod *ἡμεῖς ῥόδον*, id est, per Rhodū nuncupatur, multa loca

loca inueniemus, quæ temperiem excedere certissime scimus. nam à quarto climate pars Mauritanie comprehenditur, Vtica, Carthago, Thimisa, quam postea Tunetum, nunc uulgo *Tunici* nuncupatur, Itali multi & Ferrarienses aliqui, quanto calore & quanta siccitate premerentur, suo magno incommodo nouere, cum 1535. Carolus imperator quintus in Africam nauigauit, ut Tuneti regem in regnū reponeret, quod deo duce effecit. unde quæ Barbaria uulgo dicitur, & pars Aegypti sub hoc climate continentur, quas tamen calidissimas partes esse constat: imò una Italia pars sub eodem climate est, ubi Sibaris facit, ubi Consentia & pars magnæ Græciæ, ubi Crotoniates, ubi Leucopetra promontorium, quod uulgo *la punta de Otronto* nuncupatur: constat omnes has partes calidissimas esse, & earum incolas ob calorem multa perpeti, imò quinti climatis ingens pars quæ magis frigida esse deberet, adeo calida est ut à paucissimis colonis habitetur, qualis Apulia, & Corsicæ magna pars ingentem calorem persentit. propter hæc nō putamus parallelum per Gnidum & Con temperatiorem esse, quàm quilibet alter qui sit in toto mundo, imò nos multa loca hoc parallelo temperatiora esse arbitramur. propterea in hunc modum nos hanc rem aggrediemur: causa ob quam aliqua loca alijs temperatiora, uel intemperatiora sint, non est solum æqualis distantia septentrionis ad austrum, sed etiam situs, ratione montium, maris, & ratione qua alicui uento magis exposita sunt: & ideo absolute non profero ut aliqui recentes fecere, sextum clima magis temperatum esse quarto, at dicimus loca aliqua in quarto climate ob situm temperata esse, ut Gnidus & Cos, in quinto etiā temperata sunt, & in sexto, & aliqua distemperata, & multum frigida in sexto, tamen ratio Harmonica suadet loca posita in medio quarti, id est, distantia utrinque gradibus 45. esse cæteris temperatiora: licet aliquæ particulares causæ possint eam temperiem interpellare, & re uera interpellent, ut experientia ipsa ostendit. Quod uero clima quartum inter austrum & septentrionem medium non sit, ex hoc haberi potest, quia in latitudine est graduum trigintatium, & quadraginta minorum, tota autem sua latitudo est à gradu trigésimotertio & quadraginta minutis, usque ad gradus trigintanouem præcise, sed tota hæc terre latitudo est 3733. stadiorum, quæ distantia ab austro est, ideo quartum clima à Polo Boreo secundum suum finem, per gradus quinquaginta unum distat, propterea in medio non est. Adde, climata duodecim esse, licet communiter septem solum enumerentur, quæ habitabilia sunt. unde absolute intellige, & nunc me ipsum explanare uolo, dici non posse, quartum clima temperatissimum esse, & parallelum per Con & Gnidum temperatissimum, quoniam sub illo multa intemperata loca inueniuntur: tamen hæc duo loca Cos & Gnidus temperata sunt, id est, anni tempora suas naturas seruant. nam locus temperatus nō dicitur, quia per totum annum in qualitatibus præcise temperiem habeat, sed quoniam quatuor anni tēpora à suis proprijs qualitatibus non uariant, quando non sunt alterata.

Post hæc Galenus ordinem temporum secundum Hippocratem edocere studet, qui inquit ortum pleiadis principium esse æstatis. Plinius capite uigésimosexto libri decimi octauis dicit secundum Cæsarem Vergiliam oriri mane scilicet cum sole (est autem ortus cosmicus, id est, ratione mundi) sexto idus Maij, nos in presentiarum inter duodecimam & decimam tertiam diem Iunij æstati initium damus.

Canis ortus oporam facit, respectu Ferrariæ canis oritur circa decimam quintam diem Iulij à Græcis *procyon* nuncupatur, quamuis Galenus hic simpliciter dicat *κύνος*, id est, canis, Romani (ut Plinius capite uigésimotertio libri decimi octauis inquit) caniculum uocant, oritur cum sol primam partem Leonis ingreditur, id fit circa decimam quintam diem Iulij, uel modicum prius. Galenus in duas partes æstatem distinguit, in primam partem, & in illam, quæ à Græcis *ὀπώρα* uocatur, quod nomen apud Latinos etiam opora est. sunt uero qui non *ὀπώρα* partem æstatis (nam uere *ὀπώρα* à Græcis dicitur Autumnus) sed *ὄρω* dicendam putent. unde & à Græcis *ὄρω* fructus proprie æstiu dicuntur. & forte Leoniceus quum fructuum generationem dixit, *ὄρω* non *ὀπώρα* intellexit, tamen Græci auctores pæonie artis proceres, hoc nomine opora, in hoc sensu passim utuntur: dubium uidetur quod nam tempus hoc sit, quod oporam nuncupant. nam plures sunt qui autumnum esse contendunt, hic Galenus æstatis partem oporam facit, & illam inquam quæ est post canis ortum. Leoniceus uero interpretatus est oporam, id est, fructuum generationem.

Et anni autem constitutio
sunt labiores, & m...

VSICVIQVE etiam m
in omnibus qualitatibus calid
zenus subterimus erit. Si aut
denam, par siccitatem. Siccitat
et sic siccitates humiditatis
nis, siccitates cōseruationis cau
blemate uigésimo primo quærit
ris de terra exina. Respondet
est, terramq; maderet cœlestium
de immutetur, & corpora
ut agrotandi materia habent
et humiditate possunt.

Tōs à Hippocrate m
tuo ex anni autem constitutio
de Hippocrate per anni temp
qualitates, quod in latitudine
tem pæoniæ ortum contingant
et apud Latinos illam intertemp
peratum anni in quatuordecim
te. Philosophus hoc in loco dicit
et in...

Etum generationem. Græci authores sunt qui *ὀπώραν* primum autumnū significare uolunt, quo tempore uua, ficus, & alia huius generis maturefcunt. Paulus Aegineta lib. primo hæc uerba habet, *τὰ μὲν ὄνη καὶ σαφυλαῖ οἶον κεφάλαια πῶς ὀπώρας εἰσιν.* idest, ficus quidem & uua, ut principia totius oporæ sunt. De ficibus constat quod ante autumnū maturefcunt, quamuis & aliqui ad autumnū perueniant, eodem modo aliq̄ uua post Canē maturefcūt, & priusquā ad autumnū accedamus, sed in uuis & ficibus hæc differentia est, quod maior uuarum pars in autūno maturefcit, minor ante autumnū: maior uero ficium pars in estate, minor in autumnno maturefcit: tamen & hoc uocabulum opora fructus ipsos etiam significat, imò apud Græcos talis fructuum differentia inuenitur, quod hi opora, illi *ἀκρόσωνα* nuncupantur. opora fructus sunt qui nihil habent lignosum exterius, ut Perlica, pira, poma: *ἀκρόσωνα* e contrario ligneo cortice induuntur, qualia nuces, auellanae, castaneae. hic Galenus oporam pro tempore accipit, quod est secunda pars ætatis. Addit deinde Galenus, orientem Arcturum autumnno initium facere, oritur autem (ut Plinius capite quadragesimo septimo secundi libri testatur) undecim diebus ante æquinoctium autumnni. est uero Aequinoctij principium circa decimam tertiam diem septembris, propterea in principio, uel circa principium septembris oritur Arcturus. Occasus Pleiadum hyemi initium facit, propter hoc Plinius libro secundo, capite quadragesimo septimo inquit: post id æquinoctium (scilicet autumnale) diebus fere quatuor & quadraginta Vergiliarū occasus hyemē inchoat, quod tempus in tertium idus nouembris coincidere consueuit. In æquinoctio post hyemem est principium ueris, nunc inter duodecimā & decimam tertiam diem Martij inchoare potest. Plinius præcæto loco inquit: uer ergo aperit nauigantibus maria, cuius in principio fauonij hybernum molliunt cœlum, sole aquarij uigessimam quintam obtinente partem. is dies sextus est ante februaris idus, Ipse igitur alteram diem ponit, quam superius nos fecerimus, & quam Galenus assignet.

APHORISMVS XV

EX anni autem constitutionibus, quod in totum dixerim, siccitates imbribus sunt salubriores, & minus mortiferae.

BRASAVOLVS

VNICVIQVE etiam mediocriter erudito hic Aphorismus patere potest. etenim si in omnibus qualitatibus caliditate, frigiditate, humiditate, & siccitate æqualitas sit, hic annus saluberrimus erit. Si autem acciderit unam harum qualitatū excedere, puta humiditatem, aut siccitatem, siccitas semper est magis salubris, & minus mortifera humiditate: & ideo siccitates humiditatibus continue præferendæ sunt, nam humiditates putredinis, siccitates cōseruationis causæ sunt, unde Aristoteles primo Problematū libro, problemate uigesimo primo quærit, cur annus pestilens tunc inuadit cum sol multum uaporis de terra excitat. Respondet, quia tunc annus humidus pluuiusq̄ significetur necesse est, terramq̄ madescere necessariū: fit igitur ut quasi locis palustribus grauibsq̄ proinde immutetur, & corpora quoq̄ multis tunc excrementis redundare necessarium est, ita ut ægrotandi materiā habeant in ætatem. Vides hic Aristotelem causam corruptionis ex humiditate posuisse.

Τὸν δὲ κατὰ σέσωπ τὸ φῶναι τὸ. idest, Constitutionum autem anni. Vel (ut Leoniceus) ex anni autem constitutionibus. Celsus interpretatur *κατὰ σωσεις* tempestates, unde Hippocrates per anni tempestates, idest, per dispositiones temporum anni in suis qualitatibus, quid iudicandū sit docet. Hæc autem pars, Ex anni constitutionibus, plurimum aphorismorum consequentium inscriptio esse uidetur, sicuti etiā in principio undecimi aphorismi illam inscriptionem proposuit, De temporibus. in hoc igitur loco, ex statu partium anni in qualitatibus & in uniuersali, præsertim in passiuis, quid futurum sit iudicat. Philotheus hoc in loco differentiam ponit inter *κατὰ σέσωπ*, idest constitutionem, & *μετεβολῶν*, idest mutationem, inquit, *κατὰ σέσωπ μετεβολῶν οὕτως διαφέρει, ὅτι ἢ μὲν*
 O κατὰ σέσωπ

κατάσας Βραχυχρόνους ὄνιν, ἢ δὲ μεταβολὴ πολυχρόνιου οἴου ὑπὲρ παραδείγματός, ἰαν. β. κμ. ρας τυχόν το βροχῶ ἀπὸ γράφεται, εἰ ὄλον ὄντος ἀμοιωθῆ ὑπὲρ το ψυχρότερον, μεταβολὴ λέγεται, εἰ μόνον τυχόν δὲ καὶ ἡμέραι, ὑπὲρ το ψυχρότερον τραπῶσιν, αἰ ἡ. ν. πλὴ το θέρους κρᾶσιν φυλάξασιν, κατάσας ὀνομάζεται. εἶτα το ἀνάπλιμ, ἰαν. ν. ὑπὲρ το ψυχρότερον τραπῶσιν, αἰ ἡ δὲ καὶ ὑπὲρ το ἴσιν ἴσιν, idest, Constitutio à mutatione sic differt, quod constitutio brevitemporis est, mutatio autem multitemporis. ut exempli gratia dicam, cum æstas sexaginta diebus describatur, si totum hoc in frigidius sit commutatum, mutatio dicitur: si autem decem solum dies acciderint in frigidius mutati, quinquaginta autem æstatis temperaturam ser uauerint, constitutio nominatur: deinde è contrario, si quinquaginta in frigidius muta ti, decem autem secundum naturam sint.

Τὸ μὲν ὅλον, idest, Quod in totum dixerim.] uel ut omnia comprehendam. Non est aut̄ intelligenda hæc pars, ut recentes intelligunt, qui ad diuersas partes ipsam applicant, sed hic est sensus ut uniuersaliter dicam, & nunc ad particularium temporum constitutiones non transeam. hoc est dictum in totum, idest, in uniuersum.

οἱ αἰχμοὶ τῶ ἐπιμβροῦν εἰσὶν ὑγιανότεροι, idest, Squallores imbribus sunt salubriores.] Vel dicamus, siccitates, quoniam ut in præcedenti aphorismo docuit, idem sunt αἰχμοὶ & ξηρόν, idest, squallidum & siccum, tamen squallidum aliud quiddam ex siccitate con tractum significat: unde squallidum esse non potest nisi siccum sit, propterea squallor est siccitate intensior. est uero siccitas salubrior, quia duæ superfluitates continuo in no stro corpore generantur, aquosa quædam, quæ per totum corpus sanguine defert, & cras sior tamen humida: hæc superfluæ humiditates in temporibus siccis exiccantur: in humi dis uero, in eodem statu permanent, & potius augentur. hæc est Galeni causa cur siccitates humiditatibus salubriores sint. sed tu addas, & ob id salubriores esse, quia tot humo res non generantur, & qui iam geniti sunt, corriguntur, & siccitas à putredine liberat, quam humiditas inducit. Illo autem uocabulo ἐπιμβροῦν, idest, imbribus usus est, ut mag nam humiditatem annotaret.

καὶ ὁσος θανατὸς δὲ δὲ, idest, Et minus mortifera.] Quia plures ex humiditate, quam ex siccitate moriuntur. nam humiditas putredinum causa est, cum siccitas cōseruatiua sit, unde & Philotheus hic dicit ἡ δὲ τῶ ἐπιμβροῦν ὄντος το σώματος ἀβροζομένα σπᾶ τα, καὶ σπύμνα χαλεπὴ τίκτουσι, idest, Secundū autem humiditates, superfluitates in corpore collectæ corrumpuntur, & corruptæ molestos affectus pariunt. At si conu mentum sequens adduxeris, in quo dicitur, omnes morbos præter phthisin in siccitati bus fieri, ideo siccitates magis morbosæ uideantur. Respondemus, & si recentes hoc ue lint, dicantq; siccitatem per se meliorem esse, per accidens uero deteriorem: hoc autem nobis non satisfacit, qui absolute & simpliciter arbitramur, siccitates humiditatibus sa lubriores esse: argumentumq; ex prauo Galeni intellectu prosequitur, qui in sequenti commento non dicit, omnes morbos præter phthisim in siccitatibus fieri. sed hæc sunt eius uerba, ad siccam uero constitutionem, quæ secundum caliditatem & frigiditatem naturaliter se habet, omnia alia magisquā tabitudines consequuntur. unde Galenus in hoc loco intēdit edocere, in siccitatibus tabitudines fieri impossibile esse, & hūc ferē sen sum facit, quod ad siccā constitutionē potius omnes alij morbi sequantur, q̄ tabitudines: & ideo nō dicit q̄ sequantur omnes morbi, sed quod potius alij morbi etiā qui non fiunt in siccitatibus, in ipsis fierent, quā phthisis, non tamen quod omnes in siccitatibus fiant.

Dubitabis etiam quia superius octauo commento dictum est, Autumnum pluuium esse magis sanum quā siccum, Respondemus, intelligendum esse, non pluuium, in quo adeo pluat, ut in humiditate distemperatus efficiatur, quia in hoc casu peior effec: sed intelligit ad id usque pluuium, quod pluuia siccitatem illam naturalem autumnū contemperent. Si forte iterum dubitabis, siccitates humiditatibus peiores uideri, quia uita in humido consistit, unde siccitas, quæ humido contraria est, etiam uitæ con traria esse uidebitur. Respondemus, siccitatem extremam, uitæ omnino contrariam esse, sed siccitas, quæ temporī conuenit, ideo bona est, quia humiditates superfluas resol uit. Nec ab ista difficultate abstinēdum uidetur, quod multo peiores in siccitatibus ge nerentur, quā in humiditatibus. nam biles generantur, ex quibus & acutiores morbi fiunt, ut in octauo Aphorismo dictū est. Respondemus, in siccitatibus morbos quidem acutiores

acutiores fieri...
 Quod dicitur...
 Respondemus...
 Quod dicitur...
 Respondemus...
 Quod dicitur...
 Respondemus...

acutiores fieri sed pauciores, imò & paucissima materia in siccitatibus fit, quæ & si acutum morbum pariat eum tamen cito resolubilē facit, & qui nō ita diu uexat ut perimat; sed in humiditatibus multi humores generantur, qui putrescentes ob suam copiam, & quia longas agritudines pariunt, interficiunt.

GALENVS

QUO D melius fuisset inter antea scriptos aphorismos, in quibus agit de temporum constitutione, hunc primum scribere aphorismum, quem nunc præ manibus habemus, ex ipsis rebus didicimus, quoniam ad confirmandos priores aphorismos hoc etiam egimus. Et hoc ex necessitate didicimus, quoniam prius est natura, atq; doctrina, simplex composito. Post illum igitur aphorismum cuius initium, *Hausfri hebetantes auditum, caliginosi, caput aggrauantes, pigri, dissoluentes*, Primo loco ponemus illum, cuius principium: *Quotidianæ constitutiones, aquiloniæ quidem corpora in unum cogunt*. Secundo loco hunc nunc propositum, in quo ex omnibus anni constitutionibus siccitates imbris antepone, & hoc cum ratione. Nam in siccitatibus superflue humiditates dissoluntur, per imbres autem intra corpus collectæ putrescunt, nisi quis singulis diebus collectas exercitijs expurget. Quæ enim fit per balneas euacuatio parua est, & solam ferè cutem euacuat. Quæ autem sunt per carnem, & partes solidiores dispersæ superfluitates, haud sufficienter ex balneis euacuantur, neq; tamen ea quæ fit per purgantia pharmaca superfluitatū euacuatio, idonea est. Nam ualde indigentibus, & ex longis interuallis, utilis est. Earū uero quæ quotidie generantur in corpore superfluitatum, euacuatio minor est, quàm ut exigat purgantis pharmaci operationē. Si uero quissipiam uoluerit bis mense, aut semel saltem ea uti, ueritus ne superfluitatū multitudine aggregetur, præter id quod nocebit, corpora etiam in malam trahet consuetudinē. Alimenti siquidem pars una derosa est, quæ ipsi gratia distributionis admisceatur. Altera ueluti fuliginosa superfluitas quæ in pluribus cibis, quæcūq; sunt peiora cōtinetur, quæ naturæ operationem subterfugit, cum neq; assimilari corpori quod nutritur, neq; agglutinari queat. Hæ igitur omnes diebus singulis sunt euacuandæ, uerū magis in siccis constitutionibus euacuantur, quàm in humidis, atq; ideo has dixit esse salubriores.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus quorundam aphorismorum ordinem assignat, nempe uult, ante istam partem de temporibus, illum aphorismum positum esse: *ausfri auditum hebetantes, qui in ordine quintus est; deinde ille sequatur, Quotidianæ cōstitutiones, qui est decimus septimus in ordine, & sextus efficiatur, postea presens aphorismus sequatur, qui est decimus quintus & septimus fiat: De temporibus: deinde secundum prescriptum ordinem sequatur, & hoc non ab re, quia res simplex prior est natura & doctrina composita, præsertim si genus id doctrinæ per causas fiat. Quod aut scriptū est, & hoc ex necessitate didicimus, in Græcis codicibus secundū duas lectiones inuenitur, nempe Aldinus codex ita habet, *ἡ αὐτὴ δὲ ἀνάγκη ἐπιβάλλουσα*. & ita Leonicensem in suo contextu habuisse certum est, sed antiquus codex, quem habemus, aliter legit, hoc in quā modo, *ἡ αὐτὴ δὲ ἀνάγκη ἐπιβάλλουσα*, id est, & hoc ex necessitate passus sumus.*

SECUNDO Galenus aphorismi rationem assignat, quia in siccitatibus humiditates superflue resoluntur, per imbres uero crescūt, & acruantur, nisi quis singulis diebus euacuetur, adeo ut nullo modo humores aggregentur: hæc aut diurna euacuatio difficulter exercetur. At quia una uia adest, quæ est exercere corpus, hæc uia semper fieri nō potest: si quis aut per balnea hoc efficere tentet, qualibus quotidie antiquitas uti solebat, hic euacuare nō poterit: quia balneorū euacuatio pauca est, & nihil per ipsam nisi quod superficiale est & cutaneum euacuatur, per balnea uero talia Galenus intelligit, quibus sudor prouocatur. nam ex his & per sudorē, & per insensibilē euacuationē euacuamus. Quod si dicas, Galenū in secundo lib. Balneū inter uniuersales euacuationes posuisse. Respondemus, inter illas posuisse, quæ extrinsece à toto corpore euacuāt, nō tamē intrinsece: nec ipsum exercitiū cōparare conuenit, quia exercitiū illas etiam humiditates resoluit quæ intrinsece sunt, id uero à balneo fieri non potest. nam superfluitates quæ in solidioribus partibus sunt, non resoluit, aut istud saltem sufficienter non facit. At si dixeris illam materiam pharmacis quotidie euacuandam esse, Galenus hoc agendum non esse

monet, quia quotidie medicamentis uti non debemus, imò solis ualde indigentibus præbenda sunt, & ex longo interuallo. Tu igitur medice, qui probitati studes, nota, nota inquam, & ne mente tua excidat, quòd pharmaca non sunt danda nisi ualde indigentibus, nisi ualde indigentibus. noli igitur pro omni re minima ad purgantia medicamenta recurrere, imò & si indigeant, raro, raro inquam, exhibenda sunt. Id uero scire oportet, hæc medicamenta non esse Rhabarbarum, Cassia, Manna, Thamar Indi, Aloe, sed illa scammonium, colocynthis, elleborus. Superfluitates præterea, quæ in nostro corpore generantur, tot non sunt, quod purgante medicamento indigeant. Aliquis autem dicere poterit, ne hæc materia in nostro corpore colligatur, bis in mense, aut semel euacuandum esse. hoc etiam à Galeno prohibetur, quoniam & hoc nocet: uires etenim debiliores reddet, solida membra extenuabit, & in maciem ducet: præter hæc autem, corpora in malam consuetudinem ducet, nam hunc hominem in hoc deducet, quod opus erit ut id semper efficiat, aliter si quandoq; prætermiserit, uehementius aggregata materia nocet. Hoc igitur scito, atq; rescito, neq; ullo momento abs te fugiat, frequentare medicamenta purgantia pessimū esse; tamen nihil est quod impediatur, te his frequentius uti, Rhabarbaro, manna, cassia, quam aliàs longam siliquam appellauimus, Tamarindis, sena, aloe, nam medicamenta non sunt.

TERTIO Galenus Aphorismi expositionem perficit, notans ex alimento duas superfluas partes sumi, serosam unam, & alteram fuliginosam, quæ in pluribus cibis conditur, & tanto magis abundat, quanto cibi peiores sunt. hæc superfluitas in natura nullum officium habet, quia nec corpori nutritio assimilari potest, nec agglutinari. serosa uero superfluitas officium habet ducendi sanguinem per uenas ad totum corpus, deinde nihil habet officij, quonia nec ipsa nutrire, nec agglutinare potest. In nostro igitur corpore hæc duræ superfluitates continentur, & illæ sunt quæ quotidie euacuari debent: in siccis constitutionibus maxime resoluntur, in humidis minime: propterea ab Hippocrate dictum est, siccitates humiditatibus esse salubriores. Adde tu, non solum ob harum superfluitatum resolutionem esse salubriores, imò & propter humidos humores, qui in humidis constitutionibus in nostro corpore sunt. Quod uero legitur, alimenti siquid pars una serosa est, in hoc loco deest hæc particula, & humida, quonia in græco cõtextu ita habetur, *ἡ γὰρ τοῦ τροφῆς, τὸ μὲν, οἷον ἀρρηκτὸν δὲ καὶ ὑγρὸν* id est, Alimenti quidem, hoc tanquã serosum, & humidum. Id etiam, quod ita scriptum est, quæ naturæ operationem subterfugit, lege re oportet, & naturæ, non quæ naturæ. nam Græce habetur *ἡ δὲ διαφύγει τὴν ἐγναίαν φύσιν*, & effugit operationem naturæ.

APHORISMVS XVI

MOrbi in pluiarum multitudine, magna ex parte fiunt, febres longæ, alui proflua, putredines, morbi comitiales, & attoniti, quos apoplexias græci uocant & anginæ. In siccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articularum dolores, stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.

BRASAVOLVS

IN omni anni tẽpore simpliciter, uel in duobus, uel in tribus, uel in omnibus. si pluuia rã multitudines sint, hi morbi quos describet, ut plurimū consequuntur, Iogge febres, alui proflua, putredines, epilepsie, apoplexie, anginæ. Si uero omnia anni tẽpora, uel unũ uel duo, uel tria sicca sint, tabitudines fiunt, lippitudines, articularum dolores, stillicidia urinæ, & intestinorum difficultates. hæc igitur egritudines humidam distemperantiã consequuntur, & siccam, & hoc ut plurimum, & alia secundum proportionẽ, ut Galenus in cõmento edocebit. Conueniens autẽ fuit in genere has aegritudines quæ ab his qualitatibus dependent, pertractare, cum ut eas prædicere sciremus, tum ne quis ex præcedenti aphorismo id putaret, siccam constitutionem adeo humidam in sanitate excedere, ut in sicca suæ aegritudines non sint, propterea Philotheus uoluit hunc Aphorismum præcedenti

precedenti enim esse...
 morbus comitiales...
 febres longæ...
 attoniti...
 apoplexias...
 anginæ...
 tabitudines...
 lippitudines...
 articularum dolores...
 stillicidia urinæ...
 difficultates intestinorum...
 humida distemperantiã...
 siccam...
 Galenus in cõmento...
 aphorismo...
 sanitate excedere...
 Philotheus uoluit...
 aphorismum...
 præcedenti

præcedenti coniunctū esse, inquit, *ἔτ' ὁ ἀφορισμὸς σιωχῆς ὄντι τῷ πρώτῳ. ἢς ἔνθ' ἄρ' ἐρωτῶντ' ὅ, ποῖα αἰσὶ νοσήματα, ἀτίκτεσσι αἰ ἐπιμβείαι, ποῖα ἢ τίκτεσσι οἱ αἰχμοί.* idest, Hic aphorismus coniunctus est præcedenti, tanquā quodam interrogante, quales sunt morbi, quos humiditates pluuiiales pariūt, quales autē quos pariunt squalliores: ἐπίγ' ἄλεγων. idest, inducit scilicet dissolutionem per hunc aphorismū Hippocrates dicens, fieri febres acutas, & reliqua. Celsus capite primo secundi libri hunc aphorismum interpretans, de siccitate primo sermonem habet inquit, in siccitatibus acuta febris, lippitudines, tormina, urinae difficultas, articularum dolores oriuntur, per imbres longe febres, alui deiectiones, angina, cancri, morbi comitiales, resolutio neruorum, quam *ἄλυσιν* Græci nominant. Addit præterea unum Celsus quod ab Hippocrate positum non est, illud inquam. Neq; solum interest quales dies sint, sed etiam quales ante præcesserint.

Νοσήματα δὲ ἐν μὲν πῖσι ἐπιμβείουσιν ὡς τὰ ποτὰ γίνεται. idest, Morbi autem in imbribus, uel per imbres (ut Cornelius dicit) magna ex parte fiunt. Huic loco istum sensum assignare possumus, hanc partem à sequenti distinguentes, sitq; sensus, morbi ut plurimum in pluuiarum multitudinem generantur, per morbos absolute & simpliciter morbos intelligentes, non determinantes nos ad particulares ægrotudines: deinde alij particulares morbi sequantur, ut longæ febres, alui deiectiones, & alij qui scripti sunt, uel hanc partem consequenti iungamus, sensumq; faciamus, morbi autem hi in pluuiarum multitudine ut plurimum fiunt scilicet, febres longæ & reliqui. in hac enim humida constitutione omnes morbi generari possunt, tamen hi potissimū sunt, qui frequentissime generantur, quoniam ex ipsa humiditate fiunt, quæ tunc uiget, opus enim est tale tempus intelligere, in quo frequentes pluuiæ descendant.

Ἐνθ' ἔτι δὲ μακροί. idest, Febres autem longæ. Aldinus codex ita habet, sed antiquus quem habeo, *ἔνθ' ἔτι μακροί.* idest, febresq; longæ. si *ἔτι*, idest, &, legerimus, & non *δὲ*, idest, autem, duas partes huic Aphorismo facimus: una erit, morbos imbribus fieri: alia, quod fiunt & febres longæ. fiunt autem longæ febres, quia humana corpora humiditate implentur, quæ facile putrescit: ea uero putrefacta, cum crassa, glutinosa, & densa sit, ad hoc ut resoluatur, multo tempore indiget. propterea longæ febres gignuntur, *ὅτι ἢ ἐπιμβείαι* (ut dicit Philotheus) *φλεγματικῶν ἢ ῥοῶδ' ἢ τίκτεσσι χυμοῦ.* *ἔτ' ὁ χυμὸς εἰ σπένεται ἢ πνύρεθ' μακρὸς ἐργάζεται.* *ποτὰ ἢ γὰρ ὑγρότης ὁδ' ἐπιπνύει τὰ σώματα* *διώκεται.* idest, quoniam humiditas pituitosum, & fluxum humorē parit. hic autē humor corrumpitur, & febres longas facit, multa enim humiditas non potest à corpore depelli.

καὶ κολίνας ἐν σιβ. idest, Et alui profluuia. Celsus interpretatur, & alui deiectiones, quod melius uidetur, quàm interpretari profluuia, nam profluuiū unum ex tribus generibus significat, dysenteriam inquam, diarrhiam, uel lienteriam. At in humiditatibus necesse non est, unam illarum trium profluuij specierum fieri, sed necessario alius solum mollior efficitur, propterea frequentius deijciunt, unde Celsus non ab re dixit, alui deiectiones: propter humiditatem, quæ partes, & uias lubricas reddit.

καὶ σπιεδόνες. idest, Et putredines. Quia humiditas putredinum causa, & tanquam mater existit, propterea in humiditatibus alia etiam uidemus præter nostri corporis humores putrescere. Antiquus ille contextus qui apud me est, nō legit *καὶ σπιεδόνες*, sed *σπιεδόνες*, idest, uel putredines, ut in hoc ferè incidat, alui deiectiones facit, uel putredines facit, quas circa aluum etiam intelligere possemus, tamen putredines absolute intelligendæ sunt. exponit uero Philotheus putredines, idest, difficultates intestinorum inquit *καὶ ὁ μόνου διαβροίας ἀρετῆς, ἀλλὰ καὶ σπιεδόνες, τῶν ἐν δυσεντηρίας.* idest, & non solum diarrhias inuehit, sed & corruptiones, hoc est dysenterias, hac autem re non contentus addit: *ἀλλ' εἰ μὲν ἀσπῆς κατὰ χεῖται ἢ ὕλη, τὰς διαβροίας ποιεῖ, σπιεδόνες δὲ δυσεντηρίας.* sed si materia incorrupta descendit, diarrhoeas facit: corrupta uero, intestinorum difficultates, idest, dysenterias.

καὶ ἐπιληπτοὶ καὶ ἀπόπληκτοι. Et morbi comitiales & attoniti. Dicitur est à nobis superius aphorismo quadragesimosecundo & quadragesimo quinto secundi libri, quod hi duo morbi in eodem membro fiunt, & ab eadē materia, & quod materia faciens ut plurimum pituitosa est. In hoc autem pluuioso tempore multa pituitosa materia generatur, quæ hos morbos facile afferre poterit. Celsus de apoplexia nihil dicit, sed inquit, Morbi

comitialiales, resolutio neruorum, quam *παραλύσις* Græci nominant. tamen & hic etiam morbus in imbribus fit, quamuis antiquissimi græci apoplexiam dicentes paralyfim intelligerent, propterea apud Hippocratem inuenitur crux apoplecticum. hic uero Philotheus dicit *εἰ δὲ παρὰ τὸν ἐγκεφάλου βόρσει, ποιά ἀρπληκτὸς. καὶ εἰ μὴ πύσις ἐμφράξει πρὸς κοιλίας τὸ ἐγκεφάλου ἀρπληξίαν ἐργάζεται. εἰ δὲ μερικῶς αὐτὸ ἐμφράξει, ἀλλήλων ἐπιπία,* idest, Si autem ad cerebrum irrepserit apoplecticos facit, & si quidem omnes uentriculos obstruxerit, apoplexiam facit. si uero partiliter obstruxerit, morbum comitialem facit.

Καὶ κωάγγα, idest, Et anginas. Quæ ob materias in corpore superabundantes sunt, præsertim in capite & ad colli partes descendentes. possunt autem & *κωάγγας,* idest, anginas, & *πρᾶκωάγγας,* idest, iuxta anginas uel falsas anginas inferre. Celsus libro quarto ca. quarto de his sermonē habet, sed à Paulo Aegineta libro tertio capite uigesimo primo elucubratus tractatur, ubi quatuor species percurrit, *κωάγγη, πρᾶκωάγγη, σωάγγη, πρᾶσσωάγγη,* latini nomina non habent, Græcis nominibus correspondentia. hæc duo solum apud probatos authores inueniuntur angina, & iuxta angina: secundum Paulum hoc modo: Quando interiores faucium muscoli inflammanur *σωάγγη* fit, quando exteriores *πρᾶσσωάγγη*, cum uero interiores gutturis muscoli inflammanur, *κωάγγη* fit, cum exteriores *πρᾶκωάγγη*. Cynanche uero multo peior est quàm *σύνανanche*, quoniam Cynanche breui suffocat, & qui eam patiuntur canis uocem habent. Hippocrates libro quarto De ratione uictus in morbis acutis (si illa pars Hippocratis sit) inquit: angina fit cum hyeme, aut uere, multa eademq; uiscosa fluxio ad iugulares uenas descendit, quæ quidem utpote amplæ, plurimum ad sese spiritum conuellunt, & reliqua. Post hæc de alio anginæ genere tractat, quod ex calidis humoribus fit, de quo in illo loco plura ab eodem authore dicuntur. Nos ad propositum redeuntēs dicimus per anginas, *σύνανchas*, & *κωάγγας*, parasyngchas, & paracynchas intelligi debere esse, quæ à materia frigida, & pituitosa generantur. Philotheus uero dicit, anginas fieri, *ὅτι ὑγρότης ὑπόκειται, ἢ πρὸς σιτομένη καὶ διαιτημένη ἀπὸ ἐγκεφάλου, ἢ τὸ μὲν τὸ λειψυθὸς χωρῶς τῆς δυνάμεως τῆν φλεγμονὴν ἐργάζεσθαι, τῆν κωάγγην ἀρπληξίαν,* idest, Quod humiditas subiacet, quæ corrupta & impulsâ à capite per musculos faucium procedens, morbus inflammationem faciens, anginam perficit. Celsus addit cancosos. Re autem uera cancri potius ab humiditate iuari uidentur, quia eorum materia sicca est & arabilaria propterea nos dicimus ob hanc causam illis obesse, quia in humiditatibus multa putredines generantur, quæ cancrium augent.

Ἐν δὲ τοῖσι ἀνχομοῖσι φθίνωσιν, Ita habet Aldinus codex. At meus antiquus *φθίνωσιν* dicit. sensus autem est, in siccitatibus autem *φθίνωσιν*, Leoniceus tabitudines interpretatur. Celsus hoc uerbum prætermisit. in siccis ergo temporibus aut omnibus, aut pluribus, aut uno solo, modo siccitas ipsa praualeat, morbi qui sequuntur, sicut tabitudines, quod Galeno non placet, nam siccitas tabi confert, & pulmonis ulcera exiccat, & materias etiam, quæ si in corpore perseuerarent, illuc currerent, resoluit. Ideo in siccitatibus tabes, quas *φθίνωσιν* Græci dicunt, fieri posse non uidetur, nisi dixerimus, sicut apud latinos tabes tria significat, teste Celso, *ἀπρωσία, καχεξία, & φθίσις*, ita hoc uocabulum *φθίσις* quandoq; apud Græcos hæc eadem significet, & pthifim ipsam quæ est ulcus pulmonis, & *ἀπρωσία*, quæ est totius corporis siccitas, & *καχεξία*, quæ est malus corporis habitus. In hoc loco Hippocrates de *ἀπρωσία* intelligit, idest, totius corporis ariditate. At quod *φθίσις* apud Græcos *ἀπρωσία* significare possit, & quadoq; significet, ex Galeno undecimo Aphorismo præexposito sumi potest. eo enim loco ab Hippocrate dicebatur, Autinus Pthifis malus. Galenus monet, aphorismū tam in Pthifis, qui habet exulceratū pulmonem, q̄ in tabefactis, & extenuatis intelligi posse. Adde deductionē huius uocabuli Pthifis, ostēdere pthifim extenuationē illam significare. dicitur enim pthifis *ἐκ τῆς φθίνεως*, quod est contūpi & extenuari. Hippocrates igitur in hoc loco, de uera pthifis intelligendus non est, quando pulmo hulus habuerit. nā huic potius profunt siccitates, quàm obfint. Tu ergo tabitudines, idest, *ἀπρωσίας* intellige, quando corpus extenuatur, & ex his quæ per cibaria sumuntur, corpori nihil additur, sed potius diminuitur. Temporis siccitates ingentes hæc inferre possunt, & si præfuerint augere

augere. Nec transeundum est ad oculorum tabitudines, de quibus in Galeni cōmento aliqua dicemus. Philotheus uero hanc partem hoc modo interpretatur, επειδ' η η ξηρότης, ως η η θερμότης η ξηρότης δυσκρεσσία χολη γεννᾷ, αὐτη η χολη φερομένη ὑπὸ τῶν πνύμονα, διακνει καὶ αἰνᾷ, καὶ ἐλκωὶ αὐτῶν, καὶ ποιεὶ φθινάσθαι, ἢ ντινα οἱ ἀδλωαῖσι φθίσιν ὀνομάζουσι. ἀκ ὑπὸ πάντων δέ, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὑπὸ τῆς αἰσῆς ἐχόντων πρὸς τὸ πύθθαι τῶ αὐτῶ λόγῳ, idest, Quoniā siccitas utpote calida & sicca in temperatura bilem generat, ipsa bilis delata in pulmone, mordet & molestiam affert, & exulcerat ipsum, & corruptionem facit, quā Athenienses phthisim nominant. non uero de omnibus illi est sermo, sed de his qui ad hanc passionem apti sunt.

ὀφθαλμίας, idest, Lippitudines] quod de siccis lippitudinibus intelligere oportet quæ ex materia biliosa, aridaq; ad oculos transmissa in siccitate fiunt, superficialibus etiā oculi partibus exsiccatis, unde & Philotheus dicit, η γὰρ χολη φερομένη ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς δ' ἀκνει καὶ δριμύσει, καὶ ἐλκωὶ αὐτῶν, καὶ ὅπως ποιεὶ ὀφθαλμίας, idest, Bilis enim deducta in oculos mordet, & prurimum excitat, atq; exulcerat ipsos, & sic ophthalmias facit.

ἄρθριδες, idest, articularum dolores] qui fiunt ex humorum defluxibus ad articulos. Ideo Galenus dubitare uidetur, quomodo in siccitatibus fiant, in quibus humores potius resoluntur, & nulli adsunt qui fluere possint. Galenus ipse qui prius dubitauerat, respondet, ob hoc fieri, quia nimie siccitates, articularum humiditatem consumunt, propterea difficilis motus infertur ex huius humiditatis siccitate, immo quandoq; dolores incurrunt, tamen arthritidis non erit, nisi omnem articularū dolorem arthritim nūcupare uoluerimus. Quod non probat Galenus ut in commento uidere licebit: additq; si fiant ex acritudine, esse præsertim caliditate superueniēte. Ipse Galenus in libro Definitionum suarum, (Si Galeni sit ille liber) ἄρθριτην definit, inflammationem esse circa articulos permanentem, quæ male affectis neruis ualentissimos dolores afferat. Nos igitur dicamus, ueras arthritides in siccitatibus fieri, & etiam seuiōres, quā in alijs tēperaturis: quoniam ut Paulus Ægineta docet libro tertio, capite septuagesimo octauo, arthritides, ex sanguineis humoribus, ex biliosis, & atrabiliarijs fieri possunt: tamē pro maiori parte ex pituitosis fiunt, sed non ita uehementes, quales eæ quæ à bile fiunt. In siccitatibus autem bilis gignuntur, uel saltem acciuntur humores, qui in habentibus debiles artus ad ipsos currunt, & seuiōssimos articularum dolores faciunt: tamen & in humiditatibus illi fiunt qui ex pituita sunt, unde & Paulus in cura arthritidis ex bilioso humore labores immetos euitandos esse docet, ob id quia debilitant & exsiccant. Vnde & Philotheus dicit, ἄρθριδες δὲ διστῆ η ξηρότης κατὰ βάλλουσα τὰς δυνάμεις τῶ λόγῳ προφῆς ἐν τοῖς ἄρθροις ἐρχόμενον ἀπεπῆει, καὶ ἀπεπῆμενον, ῥθματίζονται τὰ ἄρθρα, καὶ ἄρθριδες γίνονται, idest, Articularum dolores autem, quoniam siccitas dissipans potentias ratione nutrimenti, in articulos ueniens indigestum, & indigestum profluit ad articulos, & articularum dolores facit.

Στραγγεία, idest, urinæ stillicidia] & hæc in siccitatibus fiunt, de strangurijs superius locuti sumus, quæ secundum Galenum in siccitatibus calore superueniente, aut frigore fiunt, tamen ex sola siccitate fieri non possunt. Nos quoq; hanc causam inducimus, quia in siccis temporibus biliosis humores, & acuti generantur, qui (ut Paulus Ægineta libro tertio, capite quadragesimo quinto dicit, stranguriā faciunt. et Philotheus eandem ferè causam assignat dicens, Vrinæ stillicidia fieri διστῆ η χολη φερομένη, δ' ἀκνει καὶ ἐπε γέρει σιωεχῶς τῶν κύστην, καὶ στραγγισθῶς ἀπορεῖ, idest, quoniam bilis incipiens mordet, & continue excitat uescicam, & stillatim effundit urinam.

Καὶ δυσεντερίαι, idest, Dysentericæ, quæ sunt intestinorum difficultates, uel tormina, unde Celsus capite primo secundi libri absoluto uocabulo δυσεντερίας, idest, tormina interpretatur, non addens illam particulam intestinorum.

G A L E N U S

FEBRES quidem longas ex multitudine fieri humiditatis, minime mirum, siquidē ægroti ad morborum solutionem egent coctione, plures autem humiditates non nisi in longo tempore concoqui possunt. Accedit ad hoc quod frigidiores, & magis pituitosi generantur humores in multitudine pluuiarum, sicuti contra in siccitatibus biliosiores

liofiores. Quare in temporibus pluuiosis febres erunt diuturniores, in siccitatibus autem acutiores. Neque extra rationem est, quod alii proflua in temporibus pluuiosis eueniant, cum humorum superabundantia per alium expurgetur, sicuti etiam quod eisdem temporibus putredines fiant, quoniam perspicuum est, humida siccis magis esse putredini obnoxia. Sunt autem & morbi comitiales, & apoplexiæ, morbi ex pituita ortu habentes. Angina autem fit nonnunquam superfluitatum multitudine ad fauces collecta, fit etiam magna ex parte fluctionibus ex capite firmatis in faucibus. Quod autem in pluuiosis temporibus fluctiones, sed maxime ex capite uenientes superabundent, manifestum, & dictum est à me sepius. In siccitatibus autem, & tabitudines morbos, manifestare, & lippitudines, & articulorum passiones, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, satis ut mihi uideatur indistinctum de hisce faciens sermonem. Morbi liquidè tabitudines nominati ad has duas sequuntur constitutiones, & ad frigidissimam, ex qua nonnulla ex uasis quæ sunt in respirationis instrumentis disrumpuntur, & ad alteram quæ coniunctam habet cum caliditate humiditatem, quarum occasione caput repletum mittit ad pulmonem fluctiones. Ad siccam uero constitutionem, quæ secundum caliditatem, & frigiditatem naturaliter se habet, omnia alia magis quam tabitudines consequuntur. Quare mihi uidentur nonnulli fuisse coacti oculorum tabitudines intelligere, ut sit sermo huiuscemodi. In immoderatis autem siccitatibus lippitudines tabidæ fiunt, hoc est ad tabem oculorum terminantes, ex qua fiunt extenuati, ac sicci plusquam naturæ conueniat, facta simul & ipsa pupilla angustiore, exsiccatis uidelicet humoribus, à quibus ipsa distenta, mediocriter quidem modum seruabat naturæ conuenientem. Plus uero quæ oporteat ad prauam latitudinem extendebatur. Si uero ipsas per se ipsas dictas lippitudines audiamus, uerbis siccitas adiugemus. Diximus autem, & prius causam ob quam sicce lippitudines in magnis fiant siccitatibus. Et quidem articulorum morbi, qui ex fluctionibus fiunt, nullo modo in immodicis siccitatibus fiunt. Qui uero ab aliqua acritudine accidunt, si & caliditas ulla immodica accesserit, tunc solum euenient. Quas igitur articulorum passiones in siccitatibus dixerit fieri, dignum est inquisitione. Si enim immodice factæ cõsumperint articulorum humiditatem, difficile morum, & siccitatem efficiet, forte uero & nonnunquam dolorem; eam passionem, quæ arthritis nominatur, haud quaquam efficiet, nisi quispiam omnem articulorum dolorem ita uelut nominare. Atqui ipse in libro secundo Epidemiarum, ita inquit. In Aeno per famem qui leguminibus uelcebantur, infirma habebant crura, & qui orobos comedebant genuum dolores patiebantur. non arthriticos, sed genua dolentes ipsos appellauit. Quispiam uero fortassis dixerit, non unius articuli dolorem, sed multorum simul arthritim nominari, & iuxta hoc genua dolentes nunquam arthriticos appellari. De morbo igitur, qui arthritis nominatur, hæc dubitare sufficiat. De urinæ uero stillicidijs deinceps uideamus. Neque enim ad siccitates simpliciter consequuntur, nisi tribus adhibitis distinctionibus, quarum prima est immodica siccitas, secunda si caliditas adiungatur, tertia si frigiditas, de quibus non fecit mentionem Hippocrates. Sed si cui libeat omnium anni constitutionum naturam inuestigare, sic ipsum facere oportet. Erit autem sermo exemplo manifestus huius propositæ considerationis. Nam immodica siccitas in naturis bene temperatis aliam efficit corporis dispositionem, aliam in siccis, sicuti & in humidis aliam, sic & secundum calidam, ac frigidam, aliam in alterutra faciet dispositionem. Secundum etiam coniugationes simplicium intemperaturarum, aliam quidem in calida & sicca. Differentem autem ab ipsa, in frigida & sicca, & in reliquis duabus eodem modo. Sicuti uero simplicem paulo antea seruantes aeris ambientis temperaturam, in unaquaque natura propriam dicebamus facere dispositionem: sic compositam componentes, in unaquaque rursus natura futuras dispositiones considerabimus. Erit autem composita sicca aeris ambientis constitutio, quando frigiditati, uel caliditati adiungatur, quantum & simplex uidebatur quodammodo, & ipsa composita. Nam miscebatur bene temperatæ constitutioni, media inter immoderantiam utramque, & eam quæ est secundum caliditatem, & alteram quæ est secundum frigiditatem. Cum uero concessum sit in doctrinis, simplices quidem fieri temperaturas eas quæ secundum unam qualitatem à modo naturæ recesserunt, non simplices autem eas quæ secundum plures: non sine ratione, cum ære ambiens ea quæ est secundum siccitatem & humiditatem oppositio, fuerit male temperatus; in altera autem quæ est secundum caliditatem

PRIMO à Galeno ratio
accidit autem hæc
pore generatur, qui ante
gidi et patet signum, quod
hæc humores sunt, qui ac
In hac parte, quando legu
equi possunt. Græce habetur
et conuenit autem plures h
temperaturæ misce
Quod etiam legitur in tem
tici dicit, ut si non tam
et res immodicæ, et res et
ser antiqua habet, ut non op
cundum hoc in immodicis qu
ubi uidet in Lentem co
SECTIO. Galenus
fuit, quia humorum superab
norm copia exuberat, & pro
aquarum generatur, quoniam
tam causa est, nam humiditas
Quæ in hac parte legitur
per ipsum Galenum remanet. C
si non, ut non, et non, et non
si non, ut non, et non, et non
uero rationabiliter in immodi
uorem expurgat
TERTIO docet Galenus

ditatem, & frigiditatem, bene temperatus, simplicem dicemus esse intemperaturā. Hac igitur habita in omnibus cōsideratione, non est obsecrum quā fiet sermo prolixus de reliquis constitutionibus, & qui paulo antea dictus est in uesica. Nam urinæ stillicidia fiunt, & propter acutiem urinæ, & propter uis expulsuæ, quæ est in uesica, imbecillitatem. Quæ rursus imbecillitas ex immodica intemperatura cōtingit. Cum uero octo sint immoderantiæ, in singulis earum debilis uesica erit, atque idcirco ad eam urinæ stillicidia consequentur, & quidem urinarum acritudines à quibusdam fiunt intemperaturis. Sed magis ea quæ est secundum caliditatem. Post hac autem ab ea quæ est secundum caliditatem, & humiditatem. Tertia ab ea quæ est secundum humiditatem. Fiet itaque & ob hæc urinæ stillicidium, demptis his quæ sunt propriæ uesicæ passiones, ad quas urinæ stillicidia casus ratione cōsequuntur, ueluti cum ob ulcus, aut erysipelas, aut abscessum in ea factum, uel inflammationem, aut tale quid aliud, urinæ distillicidium contigit. Nunc enim non de his sermo existit, sed solum de illis quæ aeris ambientis ratione proueniunt, sicuti neq; de illis, quæ ex malo uictu habent occasionem. Quæ uero in urinæ stillicidio sunt dicta, hæc etiam à nobis dici in difficultate intestinorum oportet intelligere, de qua, neq; ipse idem cū Hippocrate sentio. Difficultas enim intestinorum, non simpliciter ad siccitates consequetur, nisi prius distinctio adhibeatur. Primum quidem quod sit exuperans siccitas, deinde quod aer ambiens secundum caliditatem, & frigiditatem permutetur, deinde & naturæ corporum patientes considerentur. Non autem adeo licet de Hippocrate dubitare, qui primus talis conditor contemplationis, non totam perfecit, quantum de Diocle primum, & Mnesitheo post ipsum, demum & multis alijs medicis, quia ueras uias Hippocratis ingredientes, multa particulatim elaborare proposuere. Cum enim oporteret eos, si quicquā aliud, & eam quæ est de temporū constitutionibus contemplationem, ut paulo antea proposui, corrigere, & totam elaborare, omnino cōtempserunt, Nos uero hoc facere aggrediemur proprio his dicato opere, si hæc priusquam, quæ præ manibus habemus, absoluerimus.

BRASAVOLVS

PRIMO à Galeno ratio assignatur, cur in humiditatibus longæ febres, in siccitatibus acutæ fiant. est autem hæc, quia in humiditatibus multi humidi humores in nostro corpore generantur, qui antequam concoquantur, longo tempore indigent, præterea et frigidi et pituitosi gignuntur, qui longas febres inferre solent; in siccis uero temporibus biosi humores fiunt, qui acutas febres inducunt, & citius resoluuntur.

In hac parte, quando legitur plures autem humiditates non nisi in longo tempore cōcoqui possunt, Græce habetur, *πῶς πλείονας δὲ ὑγρότητας, εἰὸς ἢ πλείονι χρόνῳ πεπεῖσθαι.* id est, conuenit autem plures humiditates in pluri tempore concoqui, sed Leoniceus interpretatur *πλείονι* longo.

Quod etiam legitur, In temporibus pluuiosis febres erunt diuturniores, ibi hæc particula deest, *καὶ ἢ τῷ π.* nam Græcus contextus ita habet, *ὡς τε καὶ ἢ τῷ χρόνῳ μὲν ἢ τῶν ἐπιμβρίας, ὅθεν τῆροι δὲ ἢ τῶν ἀχμοῖς οἱ πυρετοὶ γίνονται.* Aldinus codex, ubi non sicut antiquus habet *χρονῖσι*, ipse habet *χρονίσσι*. Sensus autem est, Quamobrem & secundum hoc in imbribus quidem diuturniores febres, in siccitatibus aut acutiores fiunt, ubi uides in Leoniceo codice hanc particulam, *ἢ τῷ π.* defuisse.

SECVNDO, Galenus rationem reddit. quomodo alui profluuiā in his temporibus fiant, quia humorum superabundantia per aluum expurgatur. nam in his temporibus humorum copia exuberat, & propriæ humorum, quia humidi sunt. Immo & eadem ratione putredines generantur, quas *συνπιδόνες* appellat. etenim humiditas summa putredinum causa est. nam humiditatibus exuberantibus potissime fiunt.

Quæ ita in hac parte leguntur, Neque extra rationem est quod alui profluuiā in temporibus pluuiosis eueniant: Contextus Græcus hoc modo habet, *τὸ δὲ καὶ τῶν ἕρσις τῶν κοιλίας, εἰὸς τῶν ἢ τῶν ἐπιμβρίας γίνονται, τῶν ἢ τῶν χυμοῖς πῶς τῶν ἐκκαταρρομῶν δὲ τῶν γαστρῶν, ἐκ ἀδιντορ.* id est, hoc autem (quod scilicet in aphorismo dicitur) & fluxus uentris rationabiliter in imbribus fieri non dubium est, humorum superabundantia per uentrem expurgata.

TERTIO docet Galenus cur morbi comitiales & attoniti in hac tempestate generentur

rētur: quia ex pituita ortū habent, ut superius in secundo libro ubertim pertractauimus.

QUARTO, ad anginas sermone uertit, quæ quum superfluitates ad fauces et guttur descendunt, atq; ibi firmantur, statim fiunt. hæc uero humiditates potissimum à capite profluunt.

Quod in hac parte dicit, ad fauces collecta, Græce est *ὑπερβληντος ἐς φάρυγγα*. id est, ad guttur inuecta. Addit deinde, quod sit ex materia in gutture firmata, *ἢ φάρυγγι ἑδνυμῶται*.

QUINTO, In pluuiosis temporibus fluctiones fieri edocet, sed illas præsertim, quæ ex capite descendunt. Si enim ex capite ad fauces, guttur, aut alias huius generis partes descendant, illarum partium morbi generantur. At si ad uentriculum & intestina, alii profluua fiunt.

SEXTO Galenus Hippocratem quodammodo uellicat, utpote eum qui de his morbis qui in siccitatibus fiunt, satis consule locutus sit: & primo de tabitudine sermone habet, inquiring, Tabitudinem ad unam duarum causarum consequi, nempe aut frigidissimam qualitatem sequitur, ex qua in instrumentis respirationis uena aliqua disrumpitur: aut materierum humidarū à capite ad pulmonem cum aliqua caliditate defluxum sequitur. Ob uenæ fracturam, sanguis extra proprium locum corrumpitur, & pulmonē adeo male afficit, ut exulceretur & cōturbescat: ob defluxū materierū ad pulmonem in eo collectio fit, putrefactio, et pulmonis exulceratio. Certū uero est quod tabitudines per has causas factas, siccitates potius sanant, in quibus in caliditate, & frigiditate temperies fit, propter hoc nonnulli interpretati sunt, oclorū tabitudines, ut hoc modo Aphorismum legere oporteat, lippitudines tabidæ fiunt. est autē apud Galenū tabes in oculo, quando oclorū humiditates adeo exsiccētur, ut plusq; conueniat, exsiccentur, & pupilla angustior fiat, nam ob humiditates oclorū pupilla extensa manebat, quæ in magna siccitate cōtrahitur, & ideo exponendū est. Lippitudines tabidæ, id est, tales quæ in tabe uel phthi si oclorum terminantur. Ad mediocritē igitur pupillæ statū humiditas exigitur, quæ si nimis excedat, pupillam magis dilatat, q̄ opus sit: sicuti si minus sit q̄ oporteat, pupillam extenuat. Galenusq; huic antiquorū sententiæ assentire uidetur, utpote ei quæ uero nō repugnat, immo inquit, si simpliciter lippitudines intellexerimus, siccas addere oportebit, de quibus superius dicebat, illas esse, in quibus ab oculo nihil effluit. Celsus, qui primo capite secundi libri hunc Aphorismū interpretatur, Tabitudines non ponit; tamen si ponendas esse iudicauerimus, ita intelligēdas esse iubemus, ut à nobis in Aphorismo interpretando dictum est, quamuis Philotheus hoc in loco de phthi si oclorum secundum aliquos interpretatur, inquiring, πνις καὶ ἀνακρινώσκασι, φθινάδες ὀφθαλμια, ἢ τῆν ἀπὸ πᾶν ὄπτος φασί, ὅτι ἡ ἀσύμμετρος δύσκρασία κατὰ βάλαντα καὶ τῆν δυνάμιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ πᾶν τὸ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς πρὸς χυμῶν ὕψος, καὶ τὸ πρὸς διαφορῆν τὸ διοικῶν τὸς ὀφθαλμὸς, καὶ τότε ἀπροφῶδον καὶ ἰχνυαίνονται, καὶ γίνονται φθινάδες καὶ ὀφθαλμια. id est, Quidam & legunt phthi sicæ lippitudines, & causam sic dicunt. quod immoderata intemperies destruit potentiam, sed & consumit in oculis ambiens humidum, & spiritum discutit habitantem oculos, & ex hoc alimento destituuntur, & attenuantur, & phthi ses fiūt, atque ophthalmiæ.

Quod dicit, ex qua fiunt extenuati ac sicci plusquam naturæ conueniat, Græce est, κατὰ τὴν ἀπροφῶδον καὶ ξηρότητα τῶν ἢ φῶσιν ἀπτελῶνται. Nos potius hoc modo interpretandum putamus, Ex qua fiunt nutrimento cassi ac sicci plusq; naturæ cōueniat, nam ἀπροφῶδον, cassum nutrimento potius significat, q̄ extenuatū, & id merito, quia oculus humiditate nutritur: si uero desit humiditas, uel ob siccitatē consumatur, oculus innutritus derelinquitur, ut igitur magis proprie loquamur, innutriti potius, quàm extenuati interpretemur, quàmuis ad innutritum extenuatum sequi oporteat.

SEPTIMO, De articularum doloribus Galenus dubitat, quomodo in siccitatibus fieri possint, quia potius ex materierum defluxu generantur, & re uera ut plurimum humidis. Igitur in siccitatibus articularū dolores fieri non poterunt. Galenus hæc quæ ab argumento inferūt uera esse fatetur. At si dicas, quæ igitur arthritides in siccitatibus generantur? Respōdet, illas quæ ex humoribus acris fiunt, acres autē humores non nisi in siccitate fiūt, ad quā immodica quædā caliditas accesserit, tūc enim hi acres humores gene-

generatur, qui hunc morbum facere apti sunt. Si uero tu instantius petieris, quomodo in puris siccitatibus hi articularum dolores fiant, & qui nam sint: Galenus respondet, ex nimia siccitate articularum humiditate consumi, & difficiliorem motum fieri, & quandoque dolorem. utitur autem Galenus particula forte, quia non est semper fieri necessarium. Fiet igitur articularum dolores, non tamen arthritides, nisi aliquis sit qui omnem articularum dolorem, arthritim indifferenter nuncupare uoluerit, sed (inquit Galenus) non esse usum Hippocratis, omnem articularum dolorem arthritim appellare, quia in 2. Epidemiorum dicit: qui orobos comedebat, genuum dolores patiebantur. at non dicit arthritides, ut hinc manifeste sumi possit inter articularum dolores, & arthritim differentiam posuisse. unde in genere cum unus articulus patitur, articularum dolor: cum omnes patiuntur, arthritides ab Hippocrate appellatur. Duo autem in hoc loco a nobis perpendenda sunt, unum quid uere arthritides sit apud antiquos, aliud quid orobus sit, praesertim quia recetes semen quoddam accipiunt, quod tamen orobus non est. De arthrite igitur primo sermonem habentes dicamus, Galenum in libro Definitionum arthritim definiuisse (si ille liber Galeni sit) esse inflammationem, quae circa articulos coherit permanentem, maleque affectis nervis ualidissimos afferentem dolores. Et Hippocrates in libro De morbis qui extra, penultimo folio inquit, Arthritides cum habet caput ignis, & dolor corporis articulos, modoque hunc, uel illum grauius, leuiusque uexat. Graeci uero alij arthritim a particularibus aliquorum articularum doloribus distinguunt, tamen & omnes arthritides sunt. Vnde Aetius capite sexto. 12. libri inquit: Podagra, & arthritides eiusdem speciei inter se sunt, differt autem podagra ab arthrite, non toto genere, sed affectis locis. In omnibus enim debilitas est articularum diuturna cum fluxione, quae quidem si in pedibus perficitur, podagra appellatur: si uero in aliquo coxarum uertebro, ischias, id est, coxendicum morbus dicitur, si uero in multis corporis articulis innititur, arthritides, siue morbus articularis uocatur. docetque eodem loco Galenus, quandoque partem pedis infestare, postea ad genua tendere, postea ad coxas, postea ad manus: denique ad omnes articulos, et arthritides nominatur. Si autem aliqui sint qui extreme arthritem patiantur, his spinarum uertebro, & costarum iuncturae, & genae dolent, aliquibus autem & guttur, neque est aliqua ossium conexio quae ab hac affectione sit immunis. Eandem sententiam Paulus Aegineta habet, qui capite. 78. libri tertij inquit, Quando igitur pedes infestantur, & humor solum perturbat, podagra morbus nuncupatur: cum autem in omnes corporis articulos penetraverit causa, iam tum arthritides nuncupari consuevit, in quo uertebrae spinarum, id est spondyli, & scapulae, & maxillae, atque omnes articuli patiuntur. Addeque, nonnullis aures quoque, & dentes, & guttur, & interdum etiam iecur, & lien arthritim patiuntur: sed uae his, nisi cito occurratur. Voluntque Graeci hunc morbum non ex solis humoribus fieri, nec ex sola articularum debilitate, sed ex his duobus simul, humoribus inque & debilitate: Graeci hoc nomen habent *αρθριτις*, quo & dolorem articularum significat, qui in aliquo uel aliquibus sit articulis: & dolorem uniuersalem, qui in omnibus sit. Nos hoc nomine utimur, articularum dolores pro omnibus doloribus, qui in aliquo uel aliquibus sint articulis. Sed articularis morbus, uel (ut Plinius utitur) articularis morbus, omnium articularum dolorem significat, unde cum de illa aegritudine, quae a barbaris Arthetica nominatur, sermo fit, Latinus uel articulare, uel articularium morbum nuncupare debet: quando autem de dolore in aliquo particulari articulo pertractat, si haec affectio nomen non habet, denominanda est articuli nomine: si nomen habeat, suo nomine, ut in talo si dolor sit, podagram appellato: in coxa, ischiam: in genuo uero, quia nomen non habet affectio, genuum dolor appellatur: in cubito, cubiti dolor, & eodem modo de alijs dicere oportet. Tamen dubium non praetereundum occurrit, quid sit articulus, quia non uidetur iunctura, sed potius media illa pars, quae inter iuncturam & iuncturam interfacet, articulus dici debet. nam artus est, id est, membrum. & quod hoc uerum sit, ex Paulo Aegineta testimonium haberi potest, praecitato loco, ubi quomodo fiat arthritides edocens dicit, Superuacuum humor iuncturam articuli feriet, ex quibus uerbis manifeste elici potest, articulum a iunctura diuersum esse, quoniam dicit, iunctura articuli, ac si per articulum, ipsum membrum intelligat, per iuncturam suum extremum. Tamen Plinius egregie ostendit, non quidem membrum, sed iuncturae extremum articulum esse. Ita enim dicit capite. 37. undecimi libri, Nodosque corporum qui uocantur articuli, alibi interuentu

est obscurum quàm fiet sermo prolixus, & de reliquis constitutionibus, tamen in Aldi no codice, nec in meo antiquo adest particula *κβι*.

DECIMO Galenus ad rem suam ea documenta applicat, quæ prius enarrauerat, nam urinæ stillicidium, ob urinæ acumen fit, & ob uirtutis retentiuæ imbecillitatem: Hæc autem imbecillitas ex immodica intemperatura fit. Octo uero sunt immoderantia, in quibus omnibus singulatim uesica debilis esse potest, unde uring acritudo ab ali quibus intemperaturis fit, sed potissimum à calida, secundo à calida humida: tertio ab humida; ob has igitur causas stillicidium urinæ sequi potest. Ne quis uero alias causas asstignet, per quas stillicidium fit, & tunc putet Galenum rei ignarum esse, ipse met Galenus in genere excipit, quando stillicidium ex aliqua passione substantiæ uesicæ propria consequitur, ad hanc enim passionem stillicidium uring tanquam symptoma sequitur. est autem passio uesicæ, de qua nunc sermo habetur, ut ulcus erysipelas, abscessus, inflammatio, & alia eiusdem generis. In proposito Galenus dicit de his tantum sermone fieri, quæ ratione aeris ambientis proueniunt; nec etiam de illis hic locus intelligitur, quæ uictum inordinationem, & intemperatiorem consequuntur. Quæ igitur de stillicidium urinæ dicta sunt, eadem in omni altera passione intelligere oportet, ut in difficultate intestinorum, & reliquis. In stillicidio autem urinæ Galenus latenter ab Hippocrate dissentire uidetur: In difficultate uero intestinorum sponte & aperte dissentit.

Quod legitur, Et propter uis expulsiuæ, quæ est in uesica, debilitatem. legi debet & propter uirtutis retentiuæ quæ est in uesica imbecillitatem. Etenim contextus Græcus ita legit, *καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῇ κύστει κατὰ τὴν δύναμιν αὐτῆς*.

Quod etiam legitur, Et propter acutiem urinæ, Græcus codex habet *διὰ τὴν τῆς οὐρῆς ἀκρίτητα τῆς οὐρῆς*. Deinde cum dicit, Et quidem urinarū acritudines; ego potius acuties, quàm acritudines interpretarer. nam Hippocrates idem uocabulum seruat, quod Leoniceus prius interpretatus erat acuties, hoc enim uocabulo utebatur *ἀκρίτητα*, nunc iterum dicit, *καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὴ ἀκρίτητα τῆς οὐρῆς*. idest & quidem urinarū acuties, non autem acritudines, ne in duobus uersibus uocabulū immutare uideamur, quamuis id etiam significet, uel in utrisq; locis interpretemur acridinem.

VNDECIMO Galenus ab Hippocrate in intestinorum difficultate sponte dissentit, quomodo in siccitatibus fiant, inquit, ad siccitates simpliciter non sequi, nisi addamus quod sint siccitates ingentes, & quod aer qui nos ambit, secundum caliditatem, & frigiditatem permutetur, postea naturæ corporum patiētium consideranda sunt. Mihi tamen uidetur, quod ex siccitate, stante in qualitatibus passiuis æqualitate biles generari possint, & atræ biles, imò & generentur, & in copia, quæ postea dysenterias faciunt, propterea ab Hippocrate in hac re non dissentirem.

Deniq; Hippocratem excusat, utpote primum qui hanc scientiam tradiderit; anti quos uero accusat, Dioclem inquam, & Mnesitheū, qui ueras Hippocratis uias ingredienti de temporum constitutionibus loqui omiserunt; ipseq; Galenus de hac re particularem librum se facturum promittit, quem tamen nunquam composuit, quia re uera ardua res est, difficilis, & longa.

Quod legitur, Non etiam adeo licet de Hippocrate dubitare, contextus Græcus dicit, *ἐστὶ δὲ οὐχ οὐτως ὡς ἐν ἱπποκράτους ἀρχῆσαι διγγοῦ*. idest, Est autem non ita iustum pro Hippocrate dubitare.

Quod statim sequitur, Qui primus: lege, Quoniam primus: nam Græce est, *πρῶτος*. In fine Cōmenti, ubi scriptum est, Si hæc prius quàm: lege, Si hæc prius: nempe simpliciter *πρῶτος* dicit; quia si dixerimus Prius quàm, constructio perfecta non est.

QVotidianæ autem constitutiones, aquiloniæ quidem corpora densant, con tendunt, & bene mobilia, coloratiora, & melius audientia faciūt, & aluos exicant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit, dolorē augent: austrinæ dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & uertigines faciūt, oculis atq; corporibus difficilem motū præstant, & aluos humectant.

eat, corpus leuius efficitur, & siccitas uires neruorū & neruofarū partiū exauget; propterea corpus bene mobile efficitur, & talem leuitatē sentit, quod cōtineri non possit.

καὶ ὄψοσ.] Theodoros & Leoniceus interpretati sunt, Coloratiora fieri corpora: sed nos potius Bene colorata, interpretādum esse ducimus: nam corpus in malo etiam colore, coloratus esse potest, si malus color intendatur: & hoc præsertim, quia uocabulum hoc ὄψοσ, bene coloratum significat; nam particula εὖ, bene significat, & uim comparatiui non habet. Etenim Aquilone spirante, iecoris uis fortior efficitur, & sanificationes meliores euadunt; quoniam naturalis calor ex Aquilonis frigore contrahitur, & aptius intus operatur, multiq; spiritus generantur, qui quum ad circumferentiā exeunt, bonum colorem faciunt, idest uiuidum & apertum.

καὶ ἄλλοις ὄψοσ ποιέουσι. idest, Et melius audientia faciunt.] Hoc uerbum Faciunt, superioribus etiam particulis deferuit. At non solum auditus in siccitatibus acuitur, imò & omnes alij sensus bene uigent, quoniam in siccitatibus nerui omnes cōualefcunt, & inter ipsos nerui sensorij: fieri tamen posset uisum, odoratum & gustum in Aquilonia constitutione non uigere, sed illud per accidens est, si accidat ob uenti frigiditatem cerebrum humiditate plenum, tanquam à manu constringi: propterea materias aliquas ad oculos, nares & palatum transmittat, ut horum instrumentorum sensus obtundantur: ideo statim addit, Oculos mordere. At de solo auditu sermonem habuit, quia hæc materia, quæ per expressionem destillant, ad aures descendere uel transmitti consuetæ non sunt: sed bene ad oculos, nares & palatum. Philotheus addit, Boream corpora bene colorata reddere. Hæc quæ prædixit Hippocrates commoda sunt, quæ ex aquilonia constitutione haberi possunt. Nunc sequuntur incommoda, quæ (ut dicit Philotheus) ὀψοσ μικρά εἰς αὐτοὺς κενεῖ. idest, sunt parua in ipsis mala.

καὶ τὰς κηλίας ξηραίνουσι. idest, Et aluos exiccant.] Quia feces exiccantur, tum ob ipsam siccam tempestatem, tum quia totum corpus arefcit. Adde, quod exiccatis extrinsecis partibus à Boreæ flatu, hæc extrinsecæ ab intrinsecis humiditatem trahunt, ut Galenus quinto huius libri Aphorismo edocuerat, in quo loco ratio assignata est, cur in Aquilonijs constitutionibus alui duræ fiant: quum uero intrinsecæ partes extrinsecis humiditatem suam impartiantur, ipsas quoq; exiccari necesse est.

καὶ τὰ ὄμματα δαλκνουσι. idest, Et oculos mordent.] Nam ob Aquilonis siccitatem oculi exiccantur, ut morsus quidam perferantur: ea enim sicca qualitas & per se ipsam in oculo morsus inferre potest: & quia ad oculos biliosas quasdam materias transmittere possunt. Nec obstat, mordicationem à calido fieri, quoniam & siccum ipsum mordicationem parit.

καὶ περὶ τὴν θώρακα ἀσχηματῶν τι πένυαρχὰ μολιου πόνουσι. idest, Et circa thoracem si quis dolor præest, magis dolent.] Ego enim thoracem potius interpretandum puto, q̄ pectus: quoniam pectus thoracis pars est, nisi per pectus totam costalem partem, & medium uentri intellexerimus: hæc enim partes à frigore male afficiuntur, ut longius aphorismo quinto dictum est, imò Aquilo ipse pectoris dolores, qui prius nō aderant afferat, quanto magis iam factos augebit: Hoc tamen in omnibus hominibus non inuenitur, sed in his potissimum qui tenues sunt & macilenti.

Αἱ δὲ νόσοι ἐξ ἀλφουσι τὰ σώματα. idest, Austrinæ autem dissolunt corpora.] Philotheus hic dubitat, inquiens, καὶ ἴσως ἀκρίσει τις, ὅτι πᾶς ἀνωτέρω ἐξαλεγήμενος περὶ τῶν αἰσθημάτων, ἀπὸ τῶν νόσων ἤρξατο. γινώσκοντες δὲ ἀπὸ τῶν βορρᾶν καὶ λέγων, ἐπειδὴ ὑγιεινότερός ἐστι τὸ νότον, καὶ δὲ λαὸν ἐκτραγεωδῆσαι τὰ συμβαινόντα ἐν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν ἤρξατο, ὡς πλεονεκτηῶν διελθὼν ἀπὸ τῶν νόσων ἤρξατο, ὡς περὶ ἠδύοντες εἰς αὐτά. idest, Et forte quispiam dubitabit, quomodo superius de uentis disputans, ab Austro incepit, hic autem à Borea. Et respondemus, quoniam magis sanus est Boreas Austro: & enumerare uolens de his quæ in ipsis accidunt, ab hoc incepit, tanquam incipere uolens à præualente, ab Austro incepit, ueluti in hæc redundante. Ad rem igitur redeuntes, In Aquilonia constitutio (ut superius uisum est) multa bona habentur: in Australi uero nihil boni adest. In primis enim Boreas corpora densat, Auster uero dissoluit, debilioraq; reddit: nam corporis humani poros humiditate replet, & corpora ipsa grauiora reddit, & ad motum ineptiora, uiresq; tollit, & neruos implet; unde constitutiones Austrinæ nos resoluunt, &

quamuis humana uita in calido & humido sita sit, in his tamē moderate & per propor-
tionem quandam sita est, & in intrinseco humido. Hæc autem extrinseca humiditas,
cum simul caliditati miscetur, implet, aggrauat & dissoluit, quoniam ad uitam nostram
proportionem nullam habent.

Καὶ ὑγραίνουσι. idest, Et humectant.] Nam Auster humidus est, & pluuiosi Noti à
poetis decantantur.

Καὶ κεφαλαίας. idest, Est capita aggrauant.] Quoniã humiditate implentur: quæ ideo
magis penetrat, quoniam caliditati iuncta est. Hæc autem humiditas grauitatem facit.

Καὶ βαρυνήσας. idest, Et auditum obtundunt.] Sicuti e contrario Boreas acutior em
reddebat, quia auditus organum humiditate impletur. Aliqui cõtextus sunt, in quibus
hæc particula præcedentem antecedit: aliqui in quibus sequitur, sed quo ad rem ipsam
nihil facit, uel dicamus auditum obtundunt, & capita grauant, uel capita grauant, &
auditum obtundunt.

Καὶ ἰλιγγῶσι ἐμπούουσι. idest, Et uertigines faciunt.] Nam capite multa humiditate
repleto flatus excitantur, qui circa oculos mouentur, & uertigines pariunt. Est autem
hæc uertigo quæ ἰλιγγία dicitur, ab ea multum diuersa, quam σκοτωμίαν uocant, & à
qua σκοτωμαπνοί idest uertiginosi nuncupantur: nam hæc in cerebri fundamētum ha-
bet & sedem, & Paulo teste capite duodecimo libri tertij fit cum cerebri gelidi glut
nosq; humores occupauerunt. Illa autem, de qua nunc sermonem habet Hippocrates,
ex humidis & calidis humoribus fit ad oculos euaporantibus, & commotionem quan-
dam ferè & palpitationem circa uisum facientibus, propterea ego interpretarer, & uer-
tigines oculorum faciunt, & non ut Theodorus interpretaretur, qui ita dixit, uertigines
mouent oculis: deinde illam particulam oculis amplius non ponit, quæ cum sequenti
bus apponēda est, ut statim uidebitur. fit uero ex calidis & humidis uaporibus, qualem
Aetius libro sexto, capite septimo etiam fieri dixit, & ideo nõ sunt proprie uertigines,
quæ σκοτωμια dicuntur, illæ quæ in hac constitutione sunt, sed quæ ἰλιγγία idest oeu-
lorum uertigines uocantur, quæ in Borealibus etiam constitutionibus per accidens fie-
ri possent, tamen rarius accidunt, in australibus frequētius. Tamen Philotheus ἰλιγγίαν
definit per σκοπιδνισμόν, inquiens, ἐστὶν γὰρ ἡ ἰλιγγία σκοπιδνῆσις. idest, Est autē ἰλιγγία uel
uertigo, scotomia, statim uero eandem ferè rationem assignat huius uertiginis, quam
nos superius reddidimus, inquiens, γίνεσθαι δὲ οἱ τοιαύτην κατὰ κράσι οὐτως, ὅτι οἱ νότοι ὑγραί-
νουσι τὰ σώματα, αὐτῶν οὖν ἡ ὑγραΐτις ἀτμοσιδῶς φέρεται ὑπὲρ τὴν κεφαλάν, καὶ συναναπύει τοὺς
ψυχικῶς πνεύματα, καὶ ἀμαυροῖ ὑπὲρ αὐτῶν. ἔσθαι οὖν τὸ ψυχικῶς πνεῦμα μὴ διωκόμενον ἰσορροπίας
ποδιδέρονται, καὶ ἐλλίσσεται ὡς ἰσκιόσεις, καὶ πῖναι σὺν ἰλιγγίῳ. idest, Fit autem in tali constitu-
tione hoc modo, quod austrī humectant corpora. Ipsa igitur humiditas per modum uap-
oris in caput fertur, & complet frigidus flatus, & offuscat ipsum. Hic igitur frigidus fla-
tus non potens recte procedere circumfertur, & in eo loco flectitur, & uertigines facit.

ὅτι πῶς ἰσκιόσεις, καὶ οἱ πῶς σώμασι δυσκινήσιμω. idest, In oculis autem, & in corpo-
ribus difficilem motum præstant.] Capite enim humiditate pleno, genæ etiam implen-
tur, & oculorum intrinsecæ partes, unde ad motū ineptiores redduntur: & quia caput
plenum est, in quo omniū neruorum origo inuenitur, propterea omnia corporis mem-
bra ad motum ineptiora redduntur. Addeq; totius corporis insensibiles meatus imple-
ri, & ex consequenti corpora aggrauare: his etiã meatibus plenis, eæ quæ in nostro cor-
pore sunt humiditates, resolui non possunt, neq; euaporare, unde totum corpus ad mo-
tiones ineptius redditur. Nec admiratione afficiaris, calida & humidā corpora, natural
caliditate & humiditate, frigidis & siccis mobilia esse, ut ex his præsentem aphorisi-
mum damnare cõtendas, quoniam hic de caliditate, & humiditate extranea sermonem
habet, non autem de naturali.

Καὶ τὰς κεφαλίας ὑγραίνουσι. idest, Et alius humectant.] Quod mirum non est, nam fe-
ces non excitantur, sed humectantur, nec extrinseca membra coguntur ab intrinsecis
humiditatem educere & exugere, quoniam ipsa satis superq; humiditatis habent: si ue-
ro in hac calida & humidā constitutione quicquam bonum sit, hoc est (quod tamē sim-
pliciter bonum dici non debet, sed cum respectu) si deniq; constitutiones istas unā com-
paremus, austrinam, & aquiloniam, statim austrinam aquilonia multo deteriorem esse
inueniemus.

hueris. Nec illi
tiones à centro ad circum
pius feces excitantur. A
pro humiditas ipsa quæ
ha humiditas (comit
tione quæ à recombis in
tati temperatura, & ex
tiora. Addunt, frigid
nobis non poterunt
tali resaffig corporibus
si qui ita affecti non sunt
illius, sed eos qui in car
tibus ueris est, tum quia
tione, tam quia licetiam ad

Quoniam frigidus ac
tates. Rorari autem
ago deinde libidinis
tate, & animæ operationes
Bore mobilis, & melius au
tatem intus est, quod o
tus, quæ exemplo quod
tate cõtentionibus, quibus
ipsis humores. Ad huc
& non similia melis, quæ
morden oculos, & præcedo
tatem. Austrinam compar
tatem enim hoc malum ad
uum autem, & malum est
tem quid dicit oportet
xias notant. Sed si dicit
tum. Parat autem sum
cre, quod aliud redit hum
propter humiditatem, uer
bonus, melius timet cordem
secundum uero Dissoluit
eo hęc singula alia operat
rationes per solides animal
hæc, quæ quæ & detentur op

PRIMO. Galeni ratio
Quam uentus sit frigidus
mentra, rotabiora reddunt
propterea omnes operatione
tum animæ operationes por
fuit, nature uero operatione
Idem quod ab Hippocra
rationes commune erat. In
idem esse uerum cognoscim
tione, tempore prædicant
possimum in unis detentur
bene intellectis recombis
equalioris cõtentionibus

frueniemus. Nec illud obstat quod nonnulli in medium afferunt, Australes constitutiones à centro ad circumferentiam trahere, quia calidæ sunt, & ideo in his constitutionibus feces exiccantur. At nos ex opposito dicimus, hanc tractionem modicam esse, & imò humiditas ipsa quæ dominatur, totum replet, & omnes meatus occupat: transitq; hæc humiditas (comite caliditate & adiutrice) ad intimas corporis partes. Argumenta uero quæ à recentibus in hunc aphorismum fiunt, ut id quod corpora ex ætate, & ex naturali temperatura, & ex morbo debilia, propter Boream fortiora non fiunt, sed potius debiliora. Addunt, frigiditatē immobilitare, propterea ab Aquilone corpora mobilia reddi non poterunt. Sed hæc nullius momenti sunt, quoniam aphorismus ipse in sanis & robustis corporibus intelligendus est, & quæ etiam bene carnosæ sint, quoniam alij qui ita affectu non sunt, pro ægris existimantur: nec tu per bene carnosos, pingues intelligas, sed eos qui in carne mediocritatem habent: imò & in tenuibus biliolis aphorismus uerus est, tum quia frigiditas per accidens calefacit, quoniam intus contrahitur calor, tum quia siccitati addita neruosa membra corroborat.

GALENVS

QVVM frigidus ac siccus uentus sit Aquilo, omnes corporis consumit superfluitates. Robur autem adijcit ipsis instrumentis, ex eo quod adstringit, & in unum cogit densando substantiam. Ob hoc (ut inquit) omnia meliora fiunt, & secundum naturam, & animæ operationes. Nam animæ quidem operationes, ostendit per ea uerba, Bene mobilia, & melius audientia. Naturæ uero, quum inquit: Bene colorata. Communitis autem utriusq; est, quod contentum nominat: & clarum est, quod ex uno sensu auditus, ueluti exemplo quodam, etiam de alijs ostendit. Hæc igitur bona adsunt Aquilonis constitutionibus, quibus maxime perfruuntur, qui salubre corpus habent, & ex his ipsis humidiores. Adsunt uero & mala quædam hisce constitutionibus, uerum parua, & non similia malis, quæ Auster affert. Cur enim non parua sint, & aluum cohiberi, ac morderi oculos, & præcedentes dolores pectoris excitari: nosces autem ipsorum paruitatem Australibus comparans constitutionibus, quas dixit dissoluere corpora. Maximum enim hoc malum ad opus omne, siue animæ sit, siue ad uitam pertinens. Non paruum autem, & malum est aggrauatio capitis, & difficilis auditus. De uertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proximæ sunt morbis comitialibus, & his quos apoplexias nominant. Sed & difficilem (inquit) operatur, & oculorum, & totius corporis motum. Parui autem sunt huiuscemodi casus. Solum autem est in ipsis quoddam mediocre, quod aluos reddit humidiores. Hoc autem efficiunt & alia omnia, maxime quidem propter humiditatem, uerum etiam propter caliditatem. Et quod in initio sermonis scribitur, melius fuisset ordinem commutasse, ut primum quidem foret uerbum Humectat, secundum uero Dissoluit, deinde ea quæ deinceps sequuntur. Quia enim humectant, ob hoc & singula alia operantur, conferente ad hæc & caliditate. Fiunt siquidem operationes per solidas animalis partes, quæ ueræ sunt eius partes. Aggrauantur autem & hæc, quapropter & deterius operantur, propter humiditatum excessum.

BRASAVOLVS

PRIMO, Galenus rationem reddit bonorum quæ ab Aquilone fiunt, inquit, Quum uentus sit frigidus & siccus, nostri corporis superfluitates consumit, & instrumenta robustiora reddit; hoc autem constringendo & in unum densando conficitur: propterea omnes operationes quum animæ, tum naturæ, perfectiores euadunt. Sunt autem animæ operationes perfectiores, quia corpora bene mobilia & melius audientia fiunt, naturæ uero operationes fortiores sunt, quoniam corpora bene colorata faciunt. Id uero quod ab Hippocrate contentū dicebatur, ad operationes naturæ, & animæ operationes commune erat. In uno autem auditus sensu exemplum dedit, ut in omni sensu idem esse uerum cognosceremus: quamuis & illud addi possit, in auditu hanc constitutionem semper prodesse; in alijs uero sensibus quandoq; obest, licet per accidens sit, & potissimum in uisu, odoratu & gustu. Additq; Galenus conditiones quasdam, quibus bene intellectis recentiorum argumēta facile solui poterunt: unum est, quod hæc bona Aquilonis constitutionibus adsunt, in illis præsertim hominibus qui salubre corpus na-

sti sunt: ex qua conditione, argumentum illud recentiorum ansam corruendi accipit, quando de ægris, de ualeudinarijs, deq; extreme tenuibus dubium fecere: sed hoc de tenuibus ex secunda conditione soluendum erit, quæ talis est: Boream illis potissimum conferre, qui humidiores sunt. Ex quo educi potest, plurimum siccis non conferre: & ratio in promptu est, quia nimis exiccantur, & quia hi quum tenues præter modum sint, à Boreæ frigiditate male afficiuntur, quoniam adeo tenues sunt, ut frigiditas à latere in latus, ab ante & retro penetrare possit.

Quod ita in Galeno legitur, Ob hoc (ut inquit) omnia meliora fiunt, & secundum naturæ & animæ operationes: contextus Græcus hoc modo habet, *ὅτι ὅσα οὐκ ἐκ τῆς φύσεως πάντα γινώσκονται κατὰ τὰς ψυχικὰς καὶ τὰς φυσικὰς ἐπιθυμίας.* idest, Propter hoc igitur omnia meliora fiunt, & secundum animales, & secundum naturales operationes. In Aldino codice prius est naturales, deinde animales. Magis gratū mihi est, Animales & naturales legi, quàm Animæ & naturæ. Sunt autem omnes animales, quæ à cerebro dependent, naturales uero à iecore: ab hepate totius corporis motus, & sensationes omnes dependent, à iecore bonus color.

Quod statim sequitur, Nam animæ quidem operationes & naturæ: legendum potius duco, Animales & naturales. quoniam & Græcus contextus semper habet, *ψυχικὰς καὶ φυσικὰς.*

Quod postea legitur, Communis autem utrisq; est quod contētum nominant: Græcus codex habet, *κοινὸν δὲ ἀμφότερον, ἢ δύσπνια.* idest, Commune autem ambobus quod contentum nomināt: lege Commune, non Communis. Leonicensisq; hanc particulam *δύσπνια*, intentio, contentum interpretatur. Nos potius interpretaremur, bene robustum esse, uel uehementia spirituum. Hæc enim partim ex ui animali, partim ex ui naturali prouenire possunt.

Quod etiam hoc modo scriptum est, Et ex his ipsis humidiores: alii qui sunt, qui hanc particulam Inquam, addere uolunt, ita legentes, Et ex his ipsis humidiores inquam, tamen Græcus codex non ponit, sed simpliciter ita habet, *Ἐ τούτων αὐτῶν οἱ ὑγροτέροι μάλιστα.*

SECVNDO, Galenus ea mala profectitur, quæ ad Aquiloniam constitutionē consequuntur, & quæ si ad unguem cōtemplemur, respectu malorum quæ ab austro fiunt, paruissima sunt, & modice molesta. Quid enim est aluum cohibere, oculos mordere, & præcedentes pectoris dolores excitare: hæc enim sunt uenialia peccata: sed corpora dissoluere, quod ab austro fit, ad omne opus ingens malum est, & mortale peccatum.

Quod dicitur, Nofces autem ipsorum paruitatē, australibus comparans constitutionibus: idest hæc particula Manifestius. nam hoc modo legēda est hæc pars, Nofces autem manifestius ipsorum paruitatem australibus comparans constitutionibus. Græcus enim codex legit, *γνώσκει δὲ ὑπερβολικῶς αὐτῶν τῶν μικροτέρων, παραβαλλόμενος τῶν νοτίων νοτίων σίσεων.* Ex quibus uidere potes hanc particulam *ὑπερβολικῶς*, à Leoniceno prætermittam esse, uel à librario: aut in suo Græco contextu non aderat.

Quod etiam dicit, Maximū enim hoc malum ad opus omne, siue animæ sit, siue ad uitam pertinens, ego potius interpretarer, Et animale & uitale: quoniam Græce est, *ἐν ψυχῇ τε καὶ ψυχικόν.* Ita legunt antiquus noster contextus, & Aldinus. Sed alter est, qui habet *φυσικόν τε καὶ ψυχικόν.* idest, & naturale & animale. Et hæc lectio fortè melior est, ut præcedentibus correspondeat: nam superius de naturali solum & animali sermonem habuerat: tamen quicquid sit, & ipsæ uitales uires debiliores euadunt.

TERTIO, Galenus per omnia incommoda & mala quæ ab austro fiunt, discutit: in quo loco, in hac Leoniceni interpretatione multa uerba defunt, quæ in Aldino codice sunt, & in margine antiqui mei. Quum enim à Galeno dicitur: De uertiginibus autem quid dicere oportet? quæ proxima sunt morbis comitialibus, & ijs quos apoplexias nominant. post hæc uerba in Græco contextu ista sequuntur, *ἰλιγγία καὶ ἄρθριος ἢ ἐπιπλοδίνεια, ἢ τις γίνεσθαι ὑγροῦ μετὰ παχέων πινδύματων λινομελίων ἢ τῶν λευκῶν. ἴσθι καὶ γάστρου ὑπὸ ληψίας καὶ ἀρπληφίας.* Quæ ita ad uerbum referri possunt, Vertigo enim est scotidinia, quæ fit humore cū crassitie spiritus in capite moto, & ideo præcedit epilepsiam & apoplexiam. Postea in Leoniceni interpretatione sequitur, Sed & difficile (inquit)

operantur

operantur: & reliqua
 idest uertiginem
 Quod deinde hanc
 non habet, uerboque
 est. Præter autem & hi
 tem, & ubi erat Prauim,
 uere, Paruos, semper
 C. A. R. T. O, Gale
 nihil habet boni, dicit
 merentur, sed hoc etiam
 Quæ scripta sunt, Q
 uos reddunt humidiores
 ἄσπερ μοι.
 Q. V. I. N. T. O, Galenus
 necitas, legendum esse
 paros dissolui debent, qu
 in Hippocrate scripta sunt
 quod à Philotheo etiam
 Denique Galenus docet
 tem, Etiam per solidas part
 uis operantur.
 Quod dicitur, Agressum
 ita legentur, de uero
 & propter hoc detentis op
 Si uero dubitas, an om
 demus, omnino fuerit quia

P
 Er tempora anni
 etas optime degere
 ad aliqui senu. Reliqua

Hic aphorismus me
 per circūmstantias, quæ
 re hinc in quorum imagin
 fusa exorditur. Præter
 principio animæ bene de
 nes in actibus, uel de
 cessant, male se habent
 reliqua autem bene de
 ἰλιγγία καὶ ἐπιπλο
 ἢ τῶν λευκῶν, in a
 me, ἢ τῶν διουρητικῶν
 temperata, uel in deter
 temperatis temperantur
 secundum libri præsentem
 potius queri, pro quibus
 adicit, & uultum prae
 mitor sentibus hinc per
 peccatur. Galenus libro
 Platonis reprehendit qui

operantur: & reliqua. Vides quam necessitatem habeant hæc uerba, quæ quid per
ἰλγόν, idest uertiginem, intelligendum sit, exponunt.

Quod deinde statim sequitur, Parui autem sunt huiuscemodi casus: Græcus contex-
 tus habet, *μοχθηρὰ δὲ καὶ τῶν τὰ συμπτώματα*. idest, Praua autem & hæc symptomata,
 uel, Praui autem & hi casus. arbitror librarium in causa fuisse, qui depratauit contex-
 tum, & ubi erat Prauum, ipsum incuria sua Paruum, posuisse: reliquosq; sine considera-
 tione, Paruos, semper impressisse.

QUARTO, Galenus docet, in australi constitutione quid boni habeatur: imò quæ
 nihil habeat boni, dicit hoc mediocre sibi inesse & non perfecte bonum, quod alui hu-
 mida fiant, sed hoc etiam ab alijs humiditatibus infertur.

Quæ scripta sunt, Quod aluos reddit humidiores: in plurali legenda sunt, Quod
 aluos reddunt humidiores. Nam Græcus contextus habet, *ὅτι τὰς γαστέρας ὑγροτέρας
 ἐργάζονται*.

QUINTO, Galenus uerba quædam in aphorismo posita ordinat: nam prius Hu-
 mediat, legendum esse iudicat, postea Dissoluunt. & hoc merito, quoniam opus est, si
 partes dissolui debeant, quod prius humectentur: & deinde omnia, quæ in aphorismo
 ab Hippocrate scripta sunt, consequantur: sed hoc potissimum fit caliditate fauente:
 quod à Philotheo etiam annotatur.

Denique Galenus docet, per quam uiam animalium operationes fiant: inquit au-
 tem, Fiunt per solidas partes, quæ uere partes sunt: ideo ipsis humiditate plenis dete-
 rius operantur.

Quod dicitur, Aggrauantur autem & hæc, quapropter & deterius operantur: Græca
 ita leguntur, *βαρύνεται δὲ τὰ πᾶσι, καὶ δὴ ἐπὶ φέρει χάρου*. idest, Aggrauantur autem hæc,
 & propter hoc deterius operantur. Hoc modo commodior est uerborum applicatio.

Si uero dubitas, an omnes animalis operationes per membra solida fiant, Respon-
 demus, omnino fieri: quia omnes partes quæ operantur, in ipsis sunt.

APHORISMVS XVIII

PER tempora anni, uere quidem & prima ætate pueri, & qui hos sequuntur
 Patate, optime degunt, & sani sunt maxime. Ætate uero & autumnno, usque
 ad aliquid, senes. Reliquum & hyeme, qui mediam ætatem habent.

BRASAVOLVS

HIC aphorismus medicum adeo prudentem reddit, quod ex anni temporibus, quæ
 per circuitum fiunt, quicquid futurum sit, prædicere sciet. Hæc autem quatuor tempo-
 ra sunt, in quorum singulo naturæ aliquæ peius melius ue se habent: ita ergo sententiã
 suam exorditur, Pueri, & qui hanc ætatem sequuntur, usque in iuuentutem, uere & in
 principio ætatis bene se habent, quia respectu ipsorum temperata sunt: e contrario se-
 nes in ætate bene se habent, & in principio autumnii primo: nam quum ad hyemem ac-
 cesserint, male se habent: qui uero in mediã ætate sunt, ut consistentes, hi in hyeme & in
 reliquo autumnii bene se habent. Ita uero à Philotheo hic Aphorismus introducitur:
*ἡντιῶτα λέγει, ὅτι αἱ δύσκρατοι ἡλικίαι, ἢ τὰς δύσκρατους ὥρας καλῶς διαζουσι. αἱ δὲ δύσκρα-
 τοι, ἢ τὰς δύσκρατους ὥρας. αἱ δὲ μέσαι ἡλικίαι, ἢ τὰς μέσους.* idest, Hic dicit, quod bene
 temperatæ ætates, in bene temperatis temporibus bene degunt: intemperatæ uero, in in-
 temperatis temporibus: at mediæ ætates, in medijs temporibus. Celsus capite primo
 secundi libri præsentem aphorismum hoc modo interpretatus est: Quod ad ætates uero
 pertinet, pueri, proximiq; his, uere optime ualent, & ætate prima tutissimi sunt. Senes,
 ætate, & autumni prima parte. Iuuenes hyeme, quicq; inter iuuentã senectutemq; sunt. In-
 micior senibus hyems, estas adolefcētibus est. Ita Celsus Hippocratē in hoc loco inter-
 pretatur. Galenus libro 8 De decretis Hipp. & Plat. hunc aphorismū citat: quo in loco
 Platonē reprehendit, qui tali ordine doctrinæ uti debuërat: eumq; laudat, utpote qui de

his rebus medicis, quas ignorabat locutus non sit, tamen addit, scire debuisse, quia res naturæ sunt. At ne forte queras, hæc sunt uerba huius aphorismi ibi citata. Atq; in anni temporibus, uere & prima ætate pueri, quicq; his ætate quam proxime accedunt, optime degunt, & maxime ualent: ætate & autumno ad quandam partem senes: extrema autumni parte & hyeme in media ætate constituti. Miraturq; Galenus de Platone, qui quum Timæum conscripsit prouectus fuerit, hæc tamen ignorauerit.

κατὰ δὲ τὰς ἡλικίας. idest, Per tempora anni.] Hæc pars tanquam aphorismi inscriptio uidetur, ut in quibusdam etiam præscriptis aphorismis fecit: nam de temporibus anni ad ætates comparando sermo futurus est: ut etiam Oribasius dicit, in quiens, Hippocratem hoc loco duo tempora in primis, & duas ætates comparare: postea duo alia tempora, & duas alias ætates: sed ipse ex uno duos aphorismos ordinat. Celsus huius aphorismi titulum non facit, ut de temporibus anni sermo fiat, sed de ætatibus: propterea dicit, Quod ad ætates uero pertinet & principium Commenti Galeni, intelligere uidetur, de ætatibus sermonem futurum. Ipse uero hunc aphorismum ad naturas ampliat, ad ætates, ad regiones, ad exercitia, quia ut in libro superius citato De decretis Hippocratis & Platonis octauo Galenus edocet, Hippocrates nunquam de uno horum pertractat, quin de omnibus alijs intelligendum esse iudicet.

Τοῦ μὲν ἡρώτου. idest, Vere quidem.] Opus autem est uer totum intelligere, quamuis & in medio & in ultima parte melius ualeant.

καὶ ἄκρον τῆς ἡλικίας. idest, Et extrema ætate, uel Prima ætate] Est uero prima æstas initium æstatis, quod aliquo modo ueris naturam sapit: nam quæ se consequuntur tempora, per media ad extrema proportionata pertranseunt. Æstas autem in tres partes secatur, sicut & alia tempora, quæ in tres menses distinguuntur. Itaq; per primam ætatem primum æstatis mensem intellige, in quo ueris extremus mensis communicat: uer autem temperiem illam exquisitiorem habet, quæ inter quatuor anni tempora haberi possit, deinde æstatis principium consequitur.

οἱ πάλιν. idest, Pueri.] Quæ ætas calida & humida quum sit, ueri proportionata inuenitur, mediæ præsertim ueris parti, quæ omnibus alijs partibus temperatior existit.

καὶ οἱ τῶν ἐρχόμενων πησὶν ἡλικίαισι. idest, Et qui hos sequuntur ætate, uel qui his proximi sunt. Hi autem sunt adolescentes, ut Galenus interpretatur. Et Philotheus etiam exponens quid per has ætates intelligendum sit, inquit, τὸ πρῶτον τὰ μεράκια, idest, hoc est adolescentes. At Oribasius iuuenes intelligit, quorum ætas puerilem ætatem consequitur. Galenus uero ætatem τῆν μεράκων, idest adolescentulorum ponit, quam omnium ætatium optimam esse dicit, quia summam temperiem calidi & humidi natura est, si quæ altera ætas in his qualitatibus temperiem habeat.

ἀεὶ τε διαγούσιν. i. Optime degunt] Ob conformitatē temperiæ naturæ ad tempus.

καὶ ὑγιάνουσι καλίστα. idest, Et maxime ualent.] Quoniam ob temporis constitutionem alterationes habere non possunt, quæ ipsos alterent, & ad malum permutent: quoniam temperiem conuenientem seruant, in qua conseruantur, & optime uiuunt, idest quiete & sine noxa. Et Oribasio teste, duræ sunt ætates, pueritia, & iuuentus (ego potius in Oribasio adolescentiam interpretatus essem) quæ se consequuntur, ita ut hæc duo tempora uer & æstas se consequuntur: in quibus temporibus hæc ætates congruæ sunt, & suaues humores habent, qui in nostro corpore nullum discrimen parere possunt. Bene autem ualent (inquit Oribasius) tum quia non ægrotant, tum quia si ægrotent, ægritudines cito finiunt. Galenus autem dicit, adulescētes uere, pueros autem in principio æstatis optime degere. Celsus inquit, pueros, & his proximos: cui assentiendum puto: pueros in uere optime sanos esse: qui autem sequuntur, in principio æstatis, quamuis in his omnibus temporibus hæc intelligi possint. Nos uero hanc rem bene cōsiderantes, induci non possumus, ut iuuenes intelligamus, qui in principio æstatis bene se habeant, imò eis nocet hoc principium, ob caliditatem illam quam habet: quamuis adhuc intentia non sit. Per pueros ergo & sequentes uniuersum tempus à principio ortus usq; ad iuuentutem intelligimus, in quo infantia & pubertas comprehenduntur: his autem ætatibus uer & principium æstatis, ob suam temperiem conferunt.

At si dubites, pueros humidos esse, propterea ab humido potius lædi, & ideo in uere magis lædentur. Respondemus, pueros omnino humidos esse, si ad iuuenes & senes comparentur, tamen pro ratione uitæ humidum non sunt, imò principia uitæ potiora habent, & quæ si in eodem statu permanerent, & non immutaretur, in longum æuam traherentur, habentque ratione uitæ temperiem, & non moderatis temporibus iuuantur. Id tamen aduertito, inter pueros, alios magis temperatos esse, alios minus, quibus secundum suam temperiem, tempus aliquod respondet. Qui inter ipsos calidiores sunt, biliosiores ueris, his principium ueris magis conuenit: qui uero magis temperati, his medium: qui autem magis frigidi sunt & pituitosi, his ultima pars ueris & initium æstatis magis conuenit, nam temperatæ naturæ simili conseruantur, intemperatæ contrario.

Τὸ ἔθρῳ καὶ τῷ φθινοπώρου μέλει μὲν πῶς οἱ γέρωντες. idest, æstate autem & autumno usque ad aliquid senes.] Quia frigidi sunt, propterea in æstate bene illis est, & etiam per accidens humidum sunt: non autem ob ætatis decursum, bene autem se habent, & optime degunt, idest motiones perfectiores habent, & intrinsecas corporis operationes, nec facile à morbis capiuntur: quia intemperatæ omnes, ut illæ senum sunt, in temporibus sibi oppositis melius se habent. Per æstatem uero, medium æstatis intellige, & per aliquid autumnum, principium & primam autumnum partem quæ æstati affinis est. Vnde Celsus explicauit, senes æstate & autumnum prima parte, hæc rationem assignat Philotheus: ἔπειδὴ ψυχροὶ εἰσὶν τῆ φύσεως, καὶ ὑποθερμόπιται τῷ θέρει, καὶ ἀλίγον τῷ φθινοπώρου καλὰ ληταὶ αὐτῶν τὸ ψυχρὸν, γίνονται καλῶς διαγούσιν. idest, Quoniam frigidi sunt natura, & à caliditate æstatis atque paucò autumnum frigus ipsorum corrigitur, hinc bene degunt.

Si uero dixeris, æstatē siccam esse, propterea senibus qui sicci sunt natura, obesse potius, quàm prodelle. Respondemus, siccitatem omnino non conuenire, nisi humidum sint, quod tamen per accidens est, unde in æstate ueri senes qui frigidi & sicci sunt, ob ætatem ex caliditate sola iuramentum habent, quoniam non sunt eorum corpora in frigiditate ætati propriam progredi. At aliqui senes peius, aliqui melius in æstate degunt: qui frigidi & humidum natura sunt, melius, biliosi uero peius uiuunt.

Τὸ δὲ λοιπὸν φθινοπώρου καὶ χειμῶνος, οἱ μέσοι τῆσιν ἡλικίαισι. idest, Reliquum autem autumnum & hyeme qui mediam ætatem habent.] Leoniceus interpretatur Reliquum, & non addit autumnum: & re uera in codice Aldino & in meo antiquo non adest, sed in alio codice adest: mihiq; magis placet quod adest. Per medios ætate, illos Galenus intelligit, qui in summo uigore sunt. Oribasius, medios inter iuuentutem & senium, hi autem in summo uigore sunt. Et Celsus hoc eodem modo dicit, Quicq; inter iuuentam senectutemq; sunt. Ego autem & iuuenes & consistentes etiam intelligo, qui secundæ parti autumnum & hyemi oppositam temperaturam habent. Tamen Philotheus dicit, per μέσους intelligendos esse ἀκμαζόντας, idest consistentes: & rationem assignat, ἐπειδὴ θερμοὶ εἰσὶν ἢ πρὸς πῦρ, καὶ δειμύτερον ἔχουσι τὸ θερμὸν. ἢ αὐτὴ φύσις τῷ φθινοπώρου καὶ χειμῶνος, εἰς θυκρασίαν αὐτῶν ἄγει, καὶ τὸ ὑβερ καλῶς διαγούσιν. idest, Quoniam calidi sunt secundum quantitatem & acriorē calorem habent. Frigiditas igitur autumnum & hyems ipsos in bonam temperaturam ducit, & hinc bene degunt. Nec id existimes quod absolute uelit hisce ætatibus autumnum simpliciter conferre, sed solum ratione qualitatis frigidæ confert, & quia illis minus nocet quàm alijs, qui ætates alias habent, hic etiam intelligere opus est, iuuenes adeo pituitosos inueniri posse, quibus ætas proderit, & hyems nocebit. At Hippocrates hoc in illis intelligit, qui qualitates ætatis habere debent.

GALENVS

NON solum in ætatibus, uerum & in omnibus alijs, quæ secundum temperaturam uel modice se habent, uel immodice, si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, uerum inueniet, naturis siquidem, ætatibus & regionibus bene temperatis optimū tempus est, quod summam habet temperiem, quum cum quo præditæ sunt habitum, non permutari, sed cōseruari desiderant: quoniam omne quod est, à similibus quidem conseruatur, à contrarijs autem trāsmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc autem magis adolefcentium (hæc enim est omnium ætatum optima) uere optime degunt, & eadem ratione quæcūq; uel regiones uel naturæ sunt bene temperatæ. Adiunxit autem ueri principium æstatis Hippocrates in latum ostendens uniuersūque theorema

eis utilitatem. Magis autem exquisitus sermo fuisset, si ita scripisset, Adolēscētes uere, pueri aetatis principio, optime degunt. In senibus uero propter temperaturā frigiditatem aetas utilissima est, sicuti his qui in aetatis uigore consistunt, hyems maxime confert. Haec enim cōtraria est illi quae in his fit ex bilis multitudīne, intemperaturā. Sic & naturarum, hae quidem biliosiores, hyeme optime degunt. Pituitosiores autem, aestate. Bene autem temperata, uere. Similiter & regiones, quae quidem bene temperatae, optimum uer habent, ex alijs uero frigidae aetatem, hyemem uero calidā. Et quidem pessima tempora unicuique aetati, atque naturae, & regioni, ex his quae dicta sunt, possimus inuenire, nam maxime cōtraria sunt optimis, pessima. Eadem ratione & media inuenies inter optima, & pessima. Illud praeterea animaduertere oportet, quod uer quidem optimum dicitur esse adolescentibus, alijs uero omnibus mediū, neque enim optimum est, neque pessimum. Sic & ad naturas, & regiones se res habet: autūnus quidem omnibus malus est etatibus, naturis, ac regionibus. Minus quae aliae ex ipsis laeduntur calidae, & humidae per autūnum.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus aforismū ampliatur, ad naturas, ad regiones, ad consuetudines, & breuius ad omnia quae secundum temperaturam modice, uel immodice se habent, & communis horum ratio est, quia omnia quae sunt, a similibus conseruantur, a contrarijs uero transmutantur; ideo in temperata tempestate temperati bene se habent; qui uero distemperati sunt, per oppositum seruari debent: nam communis intentio est, & uniuersalis apud omnes probos medicos & apud naturā ipsam, temperatos homines per temperiem seruare: alios uero, qui in una qualitate excedunt ad temperiem reducere, quod fit suo contrario; & ideo naturae calidae, in frigidibus bene se habent, frigidae in calidioribus, humidae in siccitatibus, siccae in humiditatibus, & eadem ratio est in cōpositis; temperatos autem homines temperie seruare debemus, quoniam temperatū ad magis temperatum deduci non debet, nec potest, sed in suo esse conseruari satis erit; propterea quum pueri temperiem ferē attingant, & etiam adulescentes, imò haec est omnium aetatum optima, in uere optime degunt, & integris munijs uitae funguntur. In regionibus eadem ratio est, & naturis bene temperatis. Adde tu, in exercitijs, & in bene temperatis eduljs.

Quod legitur, Si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit: Graece est, *Ἐπιπέριον*, exquirens.

SECUNDO, Galenus causam reddit, cur ueri aetatis principium cōiunxerit, ut huius aforismū utilitatem dilataret. Sed, inquit Galenus, sermo plenior fuisset, & magis distinctus, si in hunc modum legisset, Adolēscētes uere, pueri aetatis principio optime degunt. si ita debeant sequi tempora, secundum Orisbasiū, ut sequuntur aetates, opus esset dicere, pueros in uere, adolēscētes in aetatis principio optime degere. At quia pueri humidiores sunt, Galenus forte illos ad aetatem referuauit, in qua in illa prima aetatis parte optime ualeant.

Quod in hac parte legitur, In latum ostendens uniuersuiusque theorematis utilitatem. In contextu Graeco habetur, *εἰς πλεον & ἐκτένειν τὴν χρείαν ἐκείνου ἢ δι' ἀναγκασιότων*, id est, in latum extendens uniuersuiusque theorematis utilitatem: illa enim particula *ἐκτένειν* non ostendens, sed extendens & reddens significat, atque dilatans.

TERTIO, Galenus ad alias aetates sermonem uertit, inquit, Senes frigidos esse temperatura, propterea aetas his proficua est: hi uero qui consistentes sunt, propriam hyemem habent; hyems enim temperaturae biliosae contraria est. In genere igitur, biliosae naturae hyems confert, pituitosae aetas; bene autem temperatae uer. Si uero ad regiones ampliari liceat, bene temperatae regiones uer optimum habent, frigidae aetatem, calidae hyemem: eodem modo de exercitijs intelligere oportet, de cibis, de naturis, & de omnibus alijs rebus, quibus haec tempora applicari possunt, ut inde uniuersalem regulam colligi nihil impediatur, qua facile pessima & optima tempora unicuique aetati, naturae & regioni inueniemus, quia optima pessimis sunt ualde contraria.

Denique Galenus dubia quaedam remouet, ne lectori impedimento sint. Vnum est de uere, quomodo uarijs aetatibus conferat. Optimum, inquit, est adolescentibus, alijs autem aetatibus medium est; medium uero, quia neque optimum dici potest, neque pessimum; & quod in aetatibus dictum est, idem in naturis & regionibus intelligere conuenit.

Aliud

At si dubites, pueros humidos esse, propterea ab humido potius lædi, & ideo in uere magis lædentur. Respondemus, pueros omnino humidos esse, si ad iuuenes & senes comparentur, tamen pro ratione uitæ humidus non sunt, imò principia uitæ potiora habent, & quæ si in eodem statu permanerent, & non immutaretur, in longum æuum traheremur, habentq; ratione uitæ temperiem, unde à moderatis temporibus iuuantur. Id tamen aduertito, inter pueros, alios magis temperatos esse, alios minus, quibus secundum suam temperiem, tempus aliquod respondet. Qui inter ipsos calidiores sunt, biliosiores ueris, his principium ueris magis conuenit: qui uero magis temperati, his medium: qui autem magis frigidi sunt & pituitosi, his ultima pars ueris & initium ætatis magis conuenit, nam temperatæ naturæ simili conseruantur, intemperatæ contrario.

Τὸ δὲ θερμὸν καὶ τὸ φθινοπώρου μέγεθος οἱ γὰρ οὐκ ἴσθαι. idest, æstate autem & autumno usq; ad aliquid senes.] Quia frigidi sunt, propterea in æstate bene illis est, & etiam per accidens humidus sunt: non autem ob ætatis decursum, bene autem se habet, & optime degit, idest motiones perfectiores habent, & intrinsecas corporis operationes, nec facile à morbis capiuntur: quia intemperaturæ omnes, ut illæ senum sunt, in temporibus sibi oppositis melius se habent. Per æstatem uero, medium ætatis intellige, & per aliquid autumni, principium & primam autumni partem quæ ætati affinis est. Vnde Celsus explicauit, senes æstate & autumni prima parte, hæc rationem assignat Philotheus: ἐπειδὴ ψυχροὶ εἰσιν πρὸς τὴν φύσιν, καὶ ὑπὸ τῆς θερμότητος τὸ θερμὸν καὶ ἀλίγον τὸ φθινοπώρου καλῶς ζῆται αὐτοῖς τὸ ψυχρὸν, ὅτι τὸ θερμὸν καλῶς διαγινώσκουσι. idest, Quoniam frigidi sunt natura, & à caliditate ætatis atq; paucò autumno frigus ipsorum corrigitur, hinc bene degunt.

Si uero dixeris, æstatē siccam esse, propterea senibus qui sicci sunt natura, obesse potius, quàm prodesse. Respondemus, siccitatem omnino non conuenire, nisi humidus sint, quod tamen per accidens est, unde in æstate ueri senes qui frigidi & sicci sunt, ob ætatem ex caliditate sola iuuentum habent, quoniam non finit eorum corpora in frigiditatem ætatis propriam progredi. At aliqui senes peius, aliqui melius in æstate degunt: qui frigidi & humidus natura sunt, melius, biliosi uero peius uiuunt.

Τὸ δὲ λοιπὸν φθινοπώρου καὶ χειμῶνος οἱ μέσοι πρὸς τὴν ἡλικίαν. idest, Reliquum autē autumni & hyeme qui mediam ætatem habent.] Leonicensus interpretatur Reliquum, & non addit autumni: & re uera in codice Aldino & in meo antiquo non adest, sed in alio codice adest: mihiq; magis placet quod adfit. Per medios ætate, illos Galenus intelligit, qui in summo uigore sunt. Orbasius, medios inter iuuentutem & senium, hi autem in summo uigore sunt. Et Celsus hoc eodem modo dicit, Quicq; inter iuuentam senectutemq; sunt. Ego autem & iuuenes & consistentes etiam intelligo, qui secundæ parti autumni & hyem̄i oppositam temperaturam habent. Tamen Philotheus dicit, per μέσους intelligendos esse ἀκμαζόντων, idest consistentes: & rationem assignat, ἐπειδὴ θερμοὶ εἰσιν ἢ πρὸς τὸ σπύριον, καὶ δεινότερον ἔχουσι τὸ θερμὸν. ἢ αὐτὸ φύσις τὸ φθινοπώρου καὶ χειμῶνος, εἰς βυκρασίαν αὐτῶν ἀγῶν, καὶ τὸ θερμὸν καλῶς διαγινώσκουσι. idest, Quoniam calidi sunt secundum quantitatem & acriorē calorem habent. Frigiditas igitur autumni & hyems ipsos in bonam temperaturā ducit, & hinc bene degunt. Nec id existimes quod absolute uelit hisce ætatibus autumnum simpliciter conferre, sed solum ratione qualitatis frigidæ confert, & quia illis minus nocet quàm alijs, qui ætates alias habent. hic etiam intelligere opus est, iuuenes adeo pituitosos inueniri posse, quibus ætas proderit, & hyems nocebit. At Hippocrates hoc in illis intelligit, qui qualitates ætatis habere debent.

GALENVS

NON solum in ætatibus, uerum & in omnibus alijs, quæ secundum temperaturam uel modice se habent, uel immodice, si quis sermonem in hoc loco Hippocratis examinauerit, uerum inueniet. naturis siquidem, ætatibus & regionibus bene temperatis optimū tempus est, quod summam habet temperiem, quum eum quo præditæ sunt habitum, non permutari, sed conseruari desiderent: quoniam omne quod est, à similibus quidem conseruatur, à contrarijs autem trāsmutatur. Quare puerorum ætas, adhuc autem magis adolefcentium (hæc enim est omnium ætatum optima) uere optime degunt, & eadem ratione quæcūq; uel regiones uel naturæ sunt bene temperatæ. Adiuñxit autem ueri principium ætatis Hippocrates in latum ostendens uniuersiuicq; theorematis

tis

Respondemus, & in frigore fieri, & tunc in mortem perducere, & apoplexiam, quæ est hyemis morbus, in æstate quandoq; fieri, experientia ipsa testatur.

Hippocrates in primo libro De morbis, huius aphorismi sententiã hoc modo proponit, Sed si quis recte uult in his & scire & prædicere, sic dicat, Homines omni tempore perire, superesse, pati quæ patiuntur.

GALENVS

SI AERIS quidem ambientis temperatura sola esset morborum causa, tunc nos quolibet tempore illos morbos pateremur qui sunt affines temporũ naturæ. Nunc uero cum etiam ob errata quæ in uictu contingunt, morbi fiant, omnes quidem in temporibus omnibus fient, plures uero qui sunt unicuiq; temporĩ natura proximi. Non parum autem in his confert, & differentia naturarum. Neq; enim similiter ab eadem causa calidum corpus, & frigidum, offendi aptum est, uel humidum, & siccum, neq; temperatum æqualiter istis, neq; illis qui secundum aliquam qualitatem coniugationem à bono temperamento recedunt, ut antea diximus.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus hoc docet, Si morborum causa, sola esset ambientis aeris temperatura, id uerum esset quod in temporibus morbi ipsi affines & cognati fierent: sed quia ob alias causas morbi fiunt, quàm sit aeris intemperies: nam intemperatus uictus plura genera morborum causat: propterea morbi omnes in omnibus temporibus fieri possunt: plures tamen fiunt proximis temporum naturis.

Quod legitur, Tunc nos quolibet tempore illos morbos pateremur. in his uerbis deest particula ἀπαντός, id est omnes, quæ in tali loco poni debet; tunc nos omnes quolibet tempore illos morbos pateremur.

SECUNDO Galenus docet, quod ad hæc cognoscenda, naturarum cognitio plurimum facit quomodo differat; nam calidum corpus & frigidum ab eadem causa non dentur; eodem modo humidum & siccum & temperatum, & eadem præcise erit ratio in qualitibus coniugatis.

Ea uerba quæ in hac parte ita dicunt, Neq; enim similiter ab eadem causa calidum corpus & frigidum offendi aptum est, uel humidum & siccum. In Græco contextu ita habentur, οὐ γὰρ ὁμοίως ἐπὶ τῆ αὐτῆς αἰτίας ὁ θερμὸς τῶ ψυχρῷ βλαβήσεται πέρυκι, ἢ ὁ ὑγρὸς τῶ ξηρῷ. Quæ uerba nos potius ita interpretanda esse putamus, Neq; enim similiter ab eadem causa, calidum frigido offendi aptum est, uel humidum siccum. Vides Leonici interpretationem alium quendam sensum proponere, q̄ Græcus contextus faciat.

Quod statim sequitur, Neq; temperatum æqualiter istis. In Græco codice aliter scriptum est, in quo etiam ponitur hæc particula sicut; nam hoc modo legitur, καὶ τῶν ὁμοίων ὁ ὑγρὸς ὁ ξηρῷ ὁμοίως τῶν ὑγρῶν. id est, Sicut neq; temperatũ alicui horum; nam ut calidum frigido, humidũ siccum cõparabat; ita temperatũ alicui illorũ, uel omnibus cõparari potest.

APHORISMVS XX

Vere etenim furores & atræ biles & morbi comitiales & profluvia sanguinis & anginæ & grauedines & raucedines & lepræ & tussis & impetigines & uiriliginis & pustulæ ulcerosæ plurimæ & tubercula & articularum dolores.

BRASAVOLVS

QVVM in præcedenti aphorismo in summa, in omni anni tempore morbos omnes fieri edocuerit, tamen in aliquibus temporibus suos quosdam particulares generari, propterea morbos illos enumerare incipit, qui in particularibus temporibus fiunt, & qui ratione temporis consequuntur. A uere autem incipit tanquam à primo anni tempore, quum sol primum Arietis gradum ingreditur; uel

Candidus auratis aperit cum cornibus annum

Taurus.

nam ad hoc usq; tempus extenditur uer: uel medice loquentes, quum tempus calidum & humidum est. Morbi autem qui potissimum uere uigent hi sunt, si

rores

rores, atræ biles, morbi comitiales, profluvia sanguinis, & à naribus, & ab hæmorrhoidibus, angina, grauedines, raucedines, lepræ, tuffes, impetigines, uutiligines, multæ pustulæ ulcerosæ, multa tubercula, & articularum dolores: omnes hi morbi in uere fiunt, tum quia tempus aperitur, & humores commouentur, tum quia in hyeme plures collecti sunt, nam hoc tempore multum comedimus, & parum mouemur, unde Celsus capite primo secūdi libri simul & semel aphorismi rationem, & eius interpretationem describere uolens inquit: uere tamen maxime quæcunq; humoris motu nouantur, in metu esse consueuerunt; ergo tum lippitudines, pustulæ, profusio sanguinis, abscessus corporis, quos ἀρρήματα Græci nominant, bilis atra, quam melancholiam appellant, infania, morbus comitialis, angina, grauedines, destillationes oriri solent: hi quoq; morbi qui in articulis, neruisq; modo urgent, modo quiescunt, tum maxime & inchoantur & repetunt, hæc sunt quæ à Celso de hoc aphorismo scribuntur, partim rationem reddentia, partim in Latinum aphorismum interpretantia. Philotheus uero ita introducit, ὁ πρῶτος ἀφορισμὸς παραδεδειγμένον ἐστὶ τὸ πρῶτον ἀφορισμῷ. ὡς τινὲς γὰρ μέλλοντες ἀρρῆματα ποιεῖν, καὶ πῶσα, καὶ πῶς ἐν ταῖς ἀραις γίνονται τὰ νοσήματα. idest, Præfens aphorismus exēplum est præcedentis aphorismi, quasi aliquis dubitaturus esset, quod quales, & quot, & quo modo in temporibus morbi fiunt.

Galenus octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis huius aphorismi meminit, simul ostēdens de his rebus Platonem non recte sensisse, ubi inquit, uere enim atræ biles, infania, comitiales, sanguinis fluxus, angina, grauedines, raucedines, tuffes, lepræ, impetigines, uutiligines, & pustulæ hucerosæ plurimæ, & pani, & articularum dolores. Idemq; Galenus tertio Prognosticorum libro eundem aphorismum adducit, sectione quadragesima. Et in libro De humoribus; si ad plenum non describitur, saltem adumbratur.

Τὸ μὲν ἦρθ. idest, Vere quidem.] Nam ueris morbos enumerat. Si uero dubites quomodo hi ueris morbi dici possint, quando quidem uer sanissimum esse superius dictum sit. Respōdemus, uer omnino inter alia tempora sanissimum esse: at hi morbi, qui hic enumerantur, in ipso fiunt, non tamen ex propria ueris natura, sed ob suam caliditatem humores ad cutim trahit, qui in profundo delitescabant, & eos comouet; propter hoc ueris morbi nuncupantur, quia ueris temperatura, idest caliditas illa, cur fiant, in causa est, ex se uero sanissimum tempus est, unde & Oribasius ita respōdet, omnia quæ hic enumerantur, ex eodem tempore non esse, sed ex alijs etiā huc prodire. Quod enim in autumno & hyeme colligitur, uere se prodit, nam crassa calor ueris resoluit, & fuggerit ægritudines non solum ex posteriori, sed etiam præcedēte tempore, quia unum tempus duobus finitimum est, ut ueris initium propinquum est hyemi, finis autem ipsius, æstati, ergo proprium non habet nisi unum mensem, qui in medio est constitutus: sic & æstas, & omnia quatuor tempora, hæc Oribasius. Galenus & ipse hoc dubium soluit, simul ostendens, uer saluberrimum esse, quia morbi qui in uere fiunt, ad bonum potius inclinantur: hoc enim tempore profundum corporis expurgatur, nempe humores mali, qui in profundo sunt, & totius corporis centro, & principalioribus partibus quæ intus occultantur, ad circumferentiam mouentur, ex quo impetigines fiunt, uutiligines, ulcera, uel ad ignobiliore partes transmittuntur, ut morbi articulares fiant. unde si quis sit qui bonis humoribus in uere refertus sit, optime cōseruatur, quod alia tempora non faciunt: imò alia tempora si bonis humoribus præditum corpus inueniant, in suæ temperaturæ humores conuertunt, ut æstas in bilem, hyems in pituitam. propterea exemplum ueris ad exercitationes facit, nam hæc in exercitationibus accidunt: si quis exercitatus sit bonis humoribus plenus, exercitationes illæ saluberrimæ sunt. At si exercitationes hominem inuenerint pituita plenum, uel atra bile, uel alio humore, ad morbum comitalem, aut ad apoplexiam, aut ad aliud discrimen inducunt: itaq; hæc est Galeni sententia, quod uere si qui morbi fiant, per accidens potius sint, & ad bonum, quàm ad malum; nam gratia expurgandarum superfluitatum, quæ intus sunt, fiunt.

Τὰ μανικά. idest, Furorē.] Morbos in præsentiarum enumerare incipit, qui in uere accidere solent, primoq; furorē nominat, cum aliquis furiose insanit, tamen & μανία in infania à multis interpretatur. Celsus libro tertio, capite decimo octauo de tribus infaniæ

Q speciebuis

speciebus tractat, de quibus nos etiam superius egimus: nam φρενίτην inter insaniam species enumerat. Galenus & ipse in libro εἰσαγωγῆν inscripto (si Galeni sit is liber) de alienatione mentis sermonē habens, eam in duas partes secat, in μανίαν idest, insaniam uel furorem, & μελαγχολίαν idest, atram bilem. Insaniam causam (quæ mania est, uel furor) atram bilem esse dicit: sed tu addere debes, atram bilem ex adusta bile factam esse oportere. causa autē melancholiæ, i. atræ bilis, est ex ipsa atra bile, & hæc tristes homines, atq; suspitiosos facit: sed illa quæ ex bile est, homines in furorē ducit, adeo ut se ipsos & alios interficiant, nisi prohibeantur. Atræ uero bilis infiniti sunt modi & species, quæ in uere commouentur. In libro autem Definitionū (si & hic liber Galeni sit) μανίαν Galenus definit esse ἐκείνην idest, mentis alienationem, & mutationem sine febre, ab hominis moribus, & in sanitate consuetudinibus, propterea scito quoties μανίαν dicimus, uel furorē, uel insaniam, mentis alienationem intelligimus: cum uero μελαγχολίαν, uel atram bilem nominamus, quandoq; prauam quandam animi affectionē intelligimus, sed non cum furorē, quandoq; tristitiam animi significat: in hominibus atrabilarijs. Hi humores in uere mouentur & agitantur, si atram bilem ex adustione atræ bilis habuerint, tales atrabilarij fiunt, quod mœsti cōtinuo sunt, & ex omni re timent. Si uero ex adustione bilis habuerint, furiosi fiunt, & potissimū in uere, in quo tempore id genus multum uigere uidimus, quod Arabes ex similitudine motus Cutubuth appellant, est autē Cutubuth apud Arabes id genus alati uermiculī, quem nos tyulam uocamus, qui supra aquas modo dextrorsum, modo sinistrorsum sine ordine mouet, & cum tibi uisum sit gressus in unam partem direxisse, ad aliam sine ordine mox uertitur: ita qui hoc melancholiæ genere laborant, huc & illuc sine ordine uagatur. At si dixeris, hos morbos uer nos non esse, imò potius autumnales, hoc cum Galeno fatemur, & quod illi humores in autumno geniti sunt, sed deinde in uere commoti. Si uero iterum dubites, quod uer saluberrimū tempus non sit. Respondemus, imò ob hoc saluberrimū esse, quia illos humores primo commouet, ut expellat, sed in motu hæc passiones causantur. Adde si in autumno hæc passiones genitæ essent, multo peiores fuissent, quàm cum in uere fiūt. In alijs quibus Græcis codicibus primo legitur τὰ μανικά καὶ τὰ μελαγχολικά, ut in Aldino: sed in meo antiquo prius est τὰ μελαγχολικά, postea sequitur τὰ μανικά. Pro aphorismū intellectu quicquid præcedat, uel sequatur nihil refert, mihi tamen id potius satisfecit, quod hæc particula τὰ μελαγχολικά præcedat, quia magis commune, τὰ μανικά uero minus commune. Primum enim secundum complectitur, non e contrario.

καὶ τὰ ὑπὸ ληθῆναι. idest, Et epilepsia.] Quas Latini morbos comitiales uocant, seu morbum sacrum & morbum Herculeum, imò & etiam apoplexia, in senioribus præsertim, quia hæc passiones ex pituitosis humoribus generantur, qui in nobis in hyeme accruantur, & qui uere adueniente liquefcunt, & cerebri uentriculos occupare possunt, & deniq; hos morbos causare. Oribasius tamen comitiales morbos ex atra bile factos intelligit, quia epilepsiam ex eadem materia factam iudicat, ex qua insaniam, & atram bilis generantur: imò quod idem senserit Galenus, coniectura sumi potest, quia circa eius interpretationis initium, inquit comitalem morbum, furorē, & atram bilem autumnales morbos esse. in autumno autem melancholicum humorem uigere constat: quandoq; enim ob hyemis frigiditatem, quæ autumnum consequitur, humores fixi & immobiles manent, uere autem adueniente mouentur, & has passiones gignunt, sed ad Oribasium redeūtes, ipse inquit, insaniam, melancholia, & morbus comitialis ex eadē materia fiunt, atra inquam bile: tuncq; dubitat cum in eodem loco fiant, & ab eadem materia, quomodo differant. Respondet, omnem læsionem tribus modis esse, aut leuem, aut mediam, aut maximam, ita in proposito ex una materia tres affectus sunt, & ab uno principio, sed diuersis locis, ideo his affectibus diuersa loca in cerebro facit, iniquens, Morbus comitialis in imaginatione est, melancholia in ratione, insaniam in memoria, ut morbum comitalem in prima cerebri parte statuatur, melancholiā in media, insaniam in ultima. Quæ an ita præcisè sint, dubitare conueniet, præsertim de insaniam, & melancholia, quia de comitiali morbo nullus dubitat in anteriori cerebri parte, in qua sensus communis est, potissimū fieri. At de mania dubitatio esset an in ultima cerebri parte, idest memoria fiat, & de melancholia in media, idest ratione. Quas dubitationes alias diloluere tentabimus

mus, nunc fati sit nos edocuisse, Orisbafium illam sententiam sequi, imò ipse iterum dubitat, cur infania potius in memoria, quam in ratione fiat. Respondet, id quod congregatur in memoria, maius esse, quam quod in ratione; ideo in memoria lætio fortior est; propterea quanto imaginatio minor est illis, tanto minorem offensam habet comitialis morbus, unde aliqui hanc passionem habent post duos menses, alij post sex, qui si bene se regant, quandoq; transeunt annum. sed melancholia fortior est morbo comitiali; quo tidie enim commouetur, quum rationem obtinet, infania remissionem non habet; ideo dementes semper sunt hi, & non habent intermissionem: tamē quicquid sit, tres partes cerebri occupantur ab his tribus passionibus, prima, media, & ultima. Hæc Orisbafius. Tamen (si ex experiētia loqui uelimus) omnes comitiales morbos, quos in uere factos uidimus, ex pituita potius ortum habuisse percepimus, multasq; biles atras hoc tempore uidimus, manias, furores uel paucos. De melancholia & agitatione sua Hippocrates librum fecit, docetq; principium melancholiæ cruditates esse, & tres species assignat, ipsarum uarietates, & modum curandi edocens. Tu ad illum librum te uertas, si plene Hippocratis mentem scire studueris.

Καὶ ἀμαρτὴ ῥύοντο. idest, Et sanguinis profluvia.] Celsus profusiones sanguinis interpretatur. Hanc passionem Orisbafius ex uerno tempore fieri dixit: est enim propria ueris affectio, tum quia sanguis uere uiget, tum quia est ex propria ueris qualitate & temperatura, & quia sanguis hoc tempore multiplicatur, ac crescit. Intellego autem sanguinis profusione uel à naribus uel ab hæmorrhoidibus, uel per secessum, sed potissimum à naribus, quoniam experientia uidemus aliquos esse in quibus profluvia sanguinis, e naribus singulis annis in uere fiunt, quamuis & in aliquibus per hæmorrhoidas fluat. Græci habent hoc uocabulum ἀμορρῆγία, quod profluum sanguinis significat. Sed ut Galenus in libro Definitionum dicit, hæmorrhagia est copiosi sanguinis effusio. Hic autem Hippocrates potius uti uoluit hoc uocabulo ἀμαρτὴ ῥύοντο, idest profusiones sanguinis, quam ἀμορρῆγίας, idest copiosas profusiones sanguinis, quoniam opus non est profusiones istas copiosas esse: at fati est, quod sint profusiones; natura enim hoc tempore sollicita, ut quæ in profundo corporis sunt, expellatur ad nares, aut ad hæmorrhoidas superfluum sanguinem & nouum transmittit. præsentis anni millesimo quingentesimo trigesimo septimo à CHRISTI nostri sospitatoris ortu, habui, & nunc habeo in cura in medio mensis Aprilis mulieres multas, quæ profluum sanguinis menstrui adeo copiose passæ sunt, ut manu medica indiguerint. Ideo & ad hunc locum addas, In uere etiam sanguinis menstrui profluvia erumpere.

Καὶ λυωδύχαι. idest, Et angina.] Illæ inquam quæ in musculis intrinsecis gutturis factæ sunt, in quibus canina uox redditur, & sunt omnium periculosissimæ; tamen & iuxta anginas fieri intelligas, & synanches & parasyanches; nam Hippocrates omnium periculosissimam speciem nominans, alias omnes subintelligēdas uoluit. Græci quatuor distincta nomina habent, quibus hæc uocant: Latini duo tantum, quibus omnes quatuor anginae species complectuntur. Græcorum nomina sunt, σνωδύχαι, λυωδύχαι, παρσνωδύχαι, παρσλυωδύχαι. Latinorum uero angina, & iuxta angina. Orisbafio placet anginam esse proprium ueris morbum, & omnes alios qui ex sanguine fiunt, unde uelle uidetur, anginam ex sanguine fieri. re uera quandoq; ex sanguine fit, quandoq; ex bile, quoadq; ex pituita, idest ex bilioso & pituitoso sanguine: ex atra bile rarissime aut nunquam fit, at fieri posse constat. si ex sanguine fiat, propria erit ueris ut Orisbafio uisum est. Galenus uero anginam morbum autumnalem facit, quod ratione materiæ intelligendum est: nam si aliter intellexerit, certum est eque bene in uere fieri: imò apud nos, multo plures anginae in uere habentur, quam in autumno, ut quotidiana experientia ostendit, & ideo hoc modo de angina proferendum esse censemus, Anginae in temporum mutationibus potissimum fiunt, quando uel à calore in frigiditatem, uel frigore in caliditatem transitus fit, propterea in uere & autumno maxime fiunt. Tu ergo intellige, anginas simpliciter à quacumq; materia in uere fieri, quoniam ob temporis caliditatem humores liquecunt, & his locis inhaerent, faucibus inquam, & gutturi, & pro maiori parte pituitosæ materiæ sunt bili commixtæ.

Καὶ ῥογυλαί. idest, Et grauedines.] Quæ apud Orisbafium sunt morbi hyemales: in uere

Q 2 enim

enim pituita hyemis tempore in capite collecta, liquefcit, & ad nares descendens graue dñem facit, quia narium meatus obstruit. Et Galenus ipse inter hyemales morbos grauedinẽ numerat; nam pituita in hyeme re uera generatur, imò & singulis annis in hyeme grauedines multas fieri percipimus.

Καὶ Βράχου. idest, Et raucedines.] Quæ & ipsæ à Galeno inter hyemales morbos numerantur. Oribalsius ex humectatione sanguinis fieri dicit, adeo ut quicquid humidi ædiderit, sonitum non reddat. Celsus non raucedines, sed destillationes interpretatur; & reuera destillationes sunt, & in uere destillationes uniuersaliter generantur.

Καὶ Βήχου. idest, Et tussis.] Quas & ipsas inter hyemales morbos Galenus ponit; & his simplicissimis uerbis Oribalsius utitur, Tussis ex hyeme est. In Aldino codice per hunc ordinem legitur, Grauedines & raucedines & tussis. Eodem modo Galenus in Commẽto legit, & Oribalsius ordinat. Celsus tussis omisit, quas in destillationibus intelligit. Noster antiquus contextus primo legit tussis, deinde grauedines, tertio raucedines. Leonicensi ordinem potius laudo, quod tussis ultimum locum occupent (quamuis Theodorus præmittat) quia hæ tres affectiones per ordinem partium disponuntur; prima ad nares tendit, secunda ad *βρόγχου*, tertia ad pectus descendit. Quicquid tamen sit, hic ordo nihil refert, modo rem ipsam de qua agitur intelligamus. Galenus octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc Aphorismum adducens eodem modo ordinat.

Καὶ λέπρα. idest, Et lepra.] Quas Galenus morbos ueris facit, & morbos sine periculo; ueris autem sunt, quia ueris natura est à centro ad circumferentiam prauos humores ducere. Celsus lepræ non meminit, sed alia res est Græcorum antiquorum lepra, alia recentium nostrorum, & Arabum. Recentiorum lepra, est antiquorum elephantia, in qua usq; ad ossa caro corroditur & marcescit. In nostra Ferrariensi patria idem esset similem leprosum uidere, atq; album coruum. In Gallia & Germania leprosi tales, idest elephantia affecti copiosissimi sunt, qui plerumq; adeo deformantur, ut intuentes deterreant. In sacris autem literis, lepra, non pro morbo, sed pro immundicie accipitur, teste Augustino. Antiquorum uero lepra, scabiei species est, quæ parum à psora differt. Oribalsius ex hyeme fieri pro dicit, à pituitoso sanguine falso. Est autem (inquit) lepra, cum in toto corpore excoariatio fuerit & inflammationes, in circuiu squamæ sunt, & in medio rubor. Quod uero dicat Oribalsius, lepram ex hyeme esse; intellige eius materiã in hyeme genitam esse; imò & in autũno lepræ materia paratur, quando ex atra bile fiet, quod non nunquam accidere potest. Galenus in libro Definitionum suarum (si suus sit liber) inquit, lepram esse cutis mutationem in habitum præter naturam, cui aspreo & pruritus iungantur, & squamulæ cadunt, & plures corporis partes depascantur. In eiusdem uero Galeni libro, qui *επιλογη* inscribitur, cum de lepra tractat, inquit esse mutationem in cute, quam mutationem hanc esse dicit, quod in colore subalbida est; nos autem arbitramur hanc particulam subalbidam apposuisse, ut ab elephantiasi distingueret. Paulus Ægineta capite secundo libri quarti de lepra & psora eodem capite tractat, dicitq; utrasque has passiones ab atra bile fieri; differunt uero, quia lepra profundius infestat, psora superficie tenus.

Καὶ λεχίνες. idest, Et lichenes.] Quas impetigines Latini uocant. Aetius libro octauo, capite decimosexto, impetiginem ex mixto humore fieri docet; nam ex serosis, tenuibus, acribusq; humoribus, unã cum crassioribus permixtis generantur; quapropter in lepram & psoram facile transit. Idem quoq; Paulus Ægineta sentit capite tertio quarti libri, quod impetigines fiunt mixtis saniebus, quos *ιχθεις* dicunt, tenuibus & acribus, cum alijs crassis, ideo in psoram & lepram facile transeunt. Celsus in relatione huius aphorismi nõ meminit impetiginis. Galenus in Introductorio sibi adscripto duplex impetiginis genus facit, unũ mitius, aliud asperius: quod asperius est, *αγρευ*, idest agrestem & feram uocant, quoniam tolli non possit: additq; squamulas ex summa cute descendere, sub quibus rubicundior locus, fereq; exulceratus apparet. Hic affectus apud Galenum ex pituita falsa & flaua bile generatur: & ideo secundum Galenum & alios Græcos, impetigines in summa cute fiunt, propterea aspredinem pariũt; unde Galenus præcitato loco inquit, ita decidere ex summa cute squamas, quales crustosæ squamæ ex fistilibus

scilicet decidunt, in quibus diu fuerint fuliginosa. Oribasius ex sanguine pituitoso oriri dicit, id est ex falsa pituita, & esse morbum ex hyeme. Galenus hic ueris morbum esse testatur: quod uerum est, quantum sit de exitu affectionis ad summam cutim, non autem de generatione materiei. In sibi etiam adscriptis definitionibus, idem Galenus dicit, lichen esse summam cutis asperitatem cum multo pruritu: propterea à Græcis dicitur in p̄oram & lepram facile transire. Eum autem morbum, qui lichen dicitur, illum esse apud Græcos, quem Latini impetiginē dicunt (quia in hoc dubitari possit) ex hoc constat, quod Plinius capite primo libri uigesimi, ubi de elaterio pertractat, inquit, cum resina impetiginem & scabiem tollunt, quæ p̄oram & lichenas uocant: ut manifeste appareat p̄oram esse scabiem, & lichen esse impetiginem. Celsus capite uigesimo octauo quinti libri, impetiginis species tractat, & eas quatuor esse dicit. Prima species similitudinem scabiei representat, tamen est magis exulcerata, & ueris similes pustulas habet, uidenturq; esse in ea quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore, squamulæ resoluntur. Secunda species peior, similis papulæ fere est, sed asperior, rubicundiorq; figuram uarias habens, squamulæ ex summa cute discedunt: roseo maior est, celerius & latius procedit, rubica cognominatur. Tertia species etiam nū deterior est, nam & crassior est, & magis tumet, in summa cute finditur, & uehementius rodit, ipsa quoq; squamosa, sed nigra procedit, & late & tarde eminus serpit, nigra cognomē est. Quarta species curationem omnino non recipit, distans colore: nam subalbida est, & recenti cicatrici similis, squamulasq; habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam lenticulæ similes, quibus demptis nonnunquam profluit sanguis: alioquin uero humor eius albidus est, cutis dura atq; filsa est, proceditq; latius. Festus dicit impetiginem dictam esse, quia propinqua petar: unde Q. Sereni Samonici carmen adest capite undecimo sui libri, de eadem re idem differens, quod ne quæras, subscribere statuimus:

Si uero uitium est, quod ducit ab impete nomen.

Is autem alter morbus est, de quo Plinius libro uigesimo sexto, capite primo differit, & quem Græci lichenā appellarunt. Inquit autem Plinius, lichenas appellatos Græco nomine: non tamen quod is sit morbus qui proprie à Græcis lichen dicitur: nam manifeste apparet illum morbum apud antiquos fuisse cognitum, sed is qui illo Græco uocabulo appellabatur, & Latini ioculari nomine mētagram dixere, quoniam à mento fere oriebatur; tamen totā faciem occupabat, oculis tātum immunibus, descendenteq; & in colla, pectus & manus, scedo cutis fursure, in principatu Tiberij Claudij Cæsaris apparuit, antè non fuerat: scemina, serui, plebs humilis & media, nō pensent hoc malum. Ex solo osculo transibat in alterum, adeo erat uelox morbus & contagiōsus: erant magis scedi qui curabantur, quoniam cicatrix scæda remanebat; nam solum causticis curabatur, quia penetrabant usq; ad ossa. Venere ex Ægypto medici, qui hanc prouinciam susceperunt sanandi hunc morbum magna sua præda. nam Manilius Cornutus ex prætorij legatus Aquitanicæ prouincie, ut seruaretur in eo morbo elocauit ad curandum sese, h. s. c. c. Multi putarunt eum morbum esse, quem nunc scabiem Gallicam uocamus: sed longe decepti, à Nicolaus Leonicensis in libro De Gallico morbo egregie ostendit. Euanuit hic morbus: nūc ignotus est, & diu est quod perijt: utinam & omnes alij simul perijissent morbi. Vocatus autem est & ille morbus lichenæ, ad similitudinem illius, qui à Græcis lichen, à nostris impetigo dicitur: quia & in lichenæ, cuius supra me minimus, squamæ prodibant, & similitudinem cum recentiorum lepra habebat. Defortissimos in Gallia hoc morbo effectos uidimus, quibus tantum oculi splendebant, lichenas fuisse arbitror. impetigines lichenæ dicuntur: sed is morbus, de quo præcitato loco Plinius, lichenæ Græca uoce, Latine uero mentagra dicebatur: quamuis mentagra proprium sit serpiginis nomen, sed ad hoc genus morbi tunc hoc nomen mentagra usurparunt ioculari nomine: est uero proprie mentagra illa cutanea affectio, quam nos uulgo uolaticam nominamus. Nunc morbus quidam nouus per Italiam uagatur ab eadem materia erumpens, à qua Gallica scabies, leuiori tamen & minus scæua inducente symptomata, uulgu medicorū pellarola & dentarola appellant, quoniā aliquibus omnes pilii decidunt, alijs & præter pilos dentes collabuntur, ipsis maxime defœdatis: multi facile cōualescunt, & pilii renascuntur, si medica manu curentur, at si dentes amiserint, non

reparantur amplius. De lichene in equo, uide Plinium libro XXVIII, capite XI.
 καὶ ἀλφοί. idest, Et uiriliginis.] Qui morbus (ut Galenus inquit) ueris proprius est, & periculo uacat. Oribasius ex pituita quandoq; fieri dicit, quandoq; ex melancholico humore. Celsus in relatione huius aphorismi uiriliginum non meminit. Introductorius siber Galeno adscriptus, uiriliginem, quem ἀλφον Græci nominant, in duas species distinguit, in λευκόν & μέλανα, idest in albam & nigram: nigra, ab atra bile generatur, propter quod magna ex parte melancholica subueniūt: alba fit, à pituita non falsa. Addit eodem loco Galenus, est tamen morbus quidam proprio uocabulo leuce nuncupatus: qui tamen ab alphi leuco, idest ab alba uiriligine, & differt, & cōuenit; nam quod à Græcis proprio uocabulo leuce dicitur, est quidē simile (ut Galenus dicit) alphi leuco: sed terrā albidam colore magis refert, à lepra distinguit, quod lenior hic cutis, minusq; aspera q̄ in illa fit; unde & Paulus Ægineta capite sexto quarti libri, inquit, alphas cōsimili cum leuce origine nasci, uerū hæc quidē altius in corpus penetrādo radices agunt, ita ut pili etiam cōsimiles inde nascantur. Alphi uero in superficie cutis oriuntur, nisi quod ipsi quoq; si diutius permaneant in corpus profundius penetrant, ut inde ob subiectum humorem pili natiuo colore mutato candescant. ex pituitoso nāq; humore candidi fiunt, nigri uero ex atræ bilis humore redduntur. Aetius capite cētesimo trigesimo leuces, & lepræ: sed in alphi est solum affectio in summa cute & uelut squamulæ quædam, si ab atra bile nigræ, si à pituita albæ. uolunt appellatum esse hunc morbum à Græcis alphum, quia cutis color immutatur: nam ἀλφάνειν, immutare significat: apud Latinos uero dicitur uiriligo à uitio, uel secundum alios à uitulo, quia candori eius membranæ asimiletur, qua nascitur in uolutus. Apuleius in Magia de hoc morbo sic tractat, quum caro in humorem crassum & spumidum, inimico igni colliquefacit, & spiritum in idem sparto, ex candore compressi aeris, albida & humida tabes fluit: tetra namq; tabes, si foras è poris spirauerit, maiore dedecore, quàm noxa diffundit, pectoris primorem cutem uiriligine insigniter, & omnibus commaculationibus conuariat. Celsus in fine quinti libri non interpretatur ἀλφον, idest uiriliginem: sed apud ipsum alphas est uiriliginis species. Viriliginem etenim in tres species partitur: in alphum, melanem, & leucen, inquit: uiriligo quoq; quāuis per se nullum periculum adferat, tamen scæda est, & ex malo corporis habitu fit. eius tres species sunt. λευκόν uocatur, ubi color albus est, ferè subasper & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse uideantur, interdum etiam latius, & cum quibusdā intermissionibus serpit. μέλας colore ab hoc differt, quia niger est, & umbræ similis: cætera eadem sunt. λευκόν habet quiddam simile alphi, sed magis albida est, & altius descendit, in eaq; albi pili sunt & lanugini similes, omnia hæc serpunt, sed in alijs celerius, in alijs tardius. alphas & melas in quibusdā varijs temporibus & oriuntur & desinunt: leuce quem occupauit, non facile dimittit. Hæc de his Celsus, ex quibus uerbis id sumi potest, illam affectionem quæ à Græcis leuce dicitur, à Latinis uiriliginem appellari, & alphum esse uiriliginis speciem: tamen in hoc Hippocratis loco interpretari ἀλφοί, idest uiriliginis accommodatissimum est, quoniam omnes hæc tres species in uere potissimum fiunt.

καὶ θυανθιστὴν ἐλκώδην πύστιν. idest, Et pustulæ ulceroas plurimæ.] Celsus pustulas simpliciter interpretatus est, & nō addidit Vlcerosas. Oribasius uero quid per pustulas intelligendum sit, exponens, dicit, ut est putredo & scabies, quæ ex sanguine & melancholico humore est, hic est apud Galenum ueris morbus, quia has materias ex proprietate sua ad cutim trahit. Celsus libro quinto, penultimo folio de pustulis sermonem habet, quas dicit uernis temporibus potissimum generari. Inter alias uero pustularum species, θυανθιστὰ prius enumerat. Est autem exanthema pustula illi pustulæ similis, quæ ex urtica aut sudore fit, quandoq; rubent, quandoq; colorem cutis non excedunt, non nunquam plures sunt, & similes uaris, quandoq; sunt maiores pustulæ liuidæ aut pallidæ aut nigræ, uel alio modo naturali colore mutato, & istis subest humor. Exanthema in duas partes distinguitur, in exanthema simpliciter, in quo nulla exulceratio inuenitur, & in exanthema ἐλκώδην, idest ulcerosum, in quo exulcerata caro ferè apparet, quædo hæc pustulæ ruptæ sunt, & ad exituram uenerint. Hoc loco Hippocrates de his ulce-

rosis pustulis sermonem habere uidetur: nam dicit *ἰσχυροὶ ἐλασίδες*, idest pustulæ ulcerosæ: quamuis hic locus de omni pustularum genere intelligendus sit. Nam quod ab Hippocrate dictum est, lepræ, impetigines, uirilignes, nobis omnem cutis maculam significare debebat, uel leuce sit, uel alphas, uel melene, uel quæcunq; alia cutis defœdatio, quoniam hæc tempore ueris circum cutim plerunq; nascuntur, calore ueris profundos humores ad circiferentiam trahente, imò & scabiem ipsam, & omnes cutis asperitates & defœdationes subintellige. Quum uero dicit, Pustulas ulcerosas, omne pustularum genus intelligere oportet, & exanthematū, ut sunt etiā *ἰσχυροὶ*, quæ sunt pessimæ pustulæ, subliuidæ uel subnigræ uel albæ, circa quas uehemens inflamatio est, quæ quum apertæ sunt, intus mucosam exulcerationem habere inueniuntur, dolor est maior quam sit pustula. Epinyctis autem uocatur, quia noctu ferè semper molestat. Ad hunc ordinem melicrias referas, acrocordones, thymios, myrmecios, clauos & papulas: quauis nonnulli sint, qui quum apud Græcos authores *ἰσχυροὶ* reperitur, ipsi papula interpretantur: sed decepti, quoniam ut ex Celfo prope finem libri quinti haberi potest, papulæ ab exanthematibus distinguuntur, & de uno & alio diuerso loco tractauit: duo uero papularum genera describit. Vnum est, in quo per minimas pustulas cutis exasperatur & rubet, leuiterq; roditur, medium habet pauxillo leuius, tarde serpit: idq; uitium maxime rotundum incipit, eademq; ratione in orbem procedit. Altera papularum species, quam *ἀγέλαια*, idest feram dicunt, in qua similiter quidem, sed magis cutis exasperatur exulceraturq;, ac uehementius & roditur & rubet, interdum etiam pilos remittit: nisi auferatur, in impetiginem uertitur.

καὶ φύματα, idest, Et tubercula. I Celsus libro secundo, capite primo, tuberculorum loco, abscessus corporis ponere uidetur, qui *ἀρρήματα* uocantur: at quæ tubercula sint illa, quæ *φύματα* nuncupantur, dubium uidetur. Celsus libro sexto, capite decimo octauo, ubi de obscenarum partium uitijs tractat, inquit, Tubercula etiam, quæ *φύματα* Græci uocant, circa glandem oriuntur, quæ uel medicamentis uel ferro aduruntur, & quum crustæ exciderunt, squama æris inspergitur, ne quid ibi rursus increseat. Ex hoc loco frusta posse uidetur, esse illum morbū, quem nos uulgo *tarolo* nuncupamus. tamen interpres libri De dogmate Hippocratis & Platonis, alioqui bonus interpres, in octauo libro, ubi Galenus hunc aphorismum citat, interpretatur *φύματα*, idest panis. quod nos rescicēdum putamus, tum quia Celsus libro quinto, capite uigesimo octauo, locum non determinat: sed libro sexto, capite decimo octauo, eodem determinauerat. uerum ille locus, quia de pudendorū morbis tractat, de phymate in cole erat. Panus uero in adenosis inguinum partibus potissimum fit: propterea quod ab antiquis *φύγεθλον* appellatur, panus potius interpretandum est, quam *φύμα*. nam ut præcitato loco Celsus dicit, phygethlon est tumor non altus, sed latus, in quo quiddam pustule simile est, dolor, distentioq; uehemēs est, & maior quam pro magnitudine tumoris, interdumq; etiam febricula, idq; tarde maturescit, neq; magnopere in pus cōuertitur: fit maxime aut in uertice aut in alis aut in inguinibus, panum ad similitudinem figuræ nostri uocant, alij appellant panem: & in Celfo legunt Panem, non animaduertentes ideo panum dici, ob figuram ad similitudinē extensū panni, quia eleuationem non habet: non autem quia sit ad similitudinē panis: tamen panus in inguinibus tumorem plerunq; habet. At innotioris liber Galeno inscriptus *φύματα*, in inguinibus & alis fieri dicit & incidi, & de phygethlo & bubone in libro De tumoribus, sermonem habens Galenus dicit ab alijs tumoribus calore, & generationis celeritate differre. Postea addit, Sunt tamen qui phygethlon in inguinibus & alis duntaxat fieri dicant. & in libro Definitionū Galeno inscriptarū habetur, phygethlon esse abscessum, qui in inguine fieri solet. A probis authoribus phygethlon dicitur inflamatio erysipelatodes, uel erysipelas cum inflammatiōe. *φύμα* uero à Celfo v libro, capite xxviii, tuberculū dicitur furunculo simile, sed rotundius & planius, sæpe etiam maius: nam furunculus oui dimidiū magnitudinem raro explet, nunquam excedit. Phyma autem latius patere consueuit: nobisq; uidetur id quod à Galeno bubo appellatur, esse panum: quoniam ut in libro De tumoribus dicit, est phlegmon absolute bubo: in alioq; loco, *φύμα* cito ab initio augetur, & ad maturitatem peruenit, nos uulgò à tumore appellamus *bognoni*. Ut deniq; de hac materia receptū

canamus, & in tanta authorum discordia sententiam nostram (qualiscunq; sit) seramus, ita dicendum esse arbitramur, φύματα & φύθλα morbi sunt in omnibus adenoſis humani corporis partibus ſiti, qui in hoc differunt, quod phymata tubercula ſunt, quæ creſcunt, uel in aliſ, uel in inguinibus, & eleuatur, & cito ad luppurationē ueniunt: phygethla uero non ſunt tubercula, ſed tumores in aliſ, uel in inguinibus potiſſimum, non alti, ſed lati, tamen ab eadem materia ſiunt, aut ſaltem conſimili: poſſuntq; tam φύματα, quam φύθλα pani appellari. At re uera in inguinibus ſolū panos appellamus: in quibus etiā inguinibus bubones ſiunt, qui ſunt puræ inflammations: ſed phymata ſunt inflammations eryſipelatodes uel eryſipelas cum inflammatione. Eodem modo phygethla, quamuis & in iſtis materia etiā pituitoſa eſſe poſſit. Omnia hæc uere ſiunt, natura profundos humores ad circunferentiam transmittente, & ad cutaneas partes, atq; ſuperficiales. propterea & ſi hæc affectiones morbi ſint, tamen boni & ſani ſiunt, quoniā intrinſeca partes à prauis humoribus liberant, qui multo peius hominem tractarent, ſi intus remanerent, quàm cum exeunt, licet prædictos morbos pariant. Tuq; per φύματα & phygethla, & omnia tubercula, & omnes tumores, & furunculos, & quæcunq; talia intellige, quæ ex tranſmiſſione prauæ materiæ intrinſecæ ob ueris calore attrahentem, & naturam ipſam mandantem ad extrinſeca ductæ, ob ueris calorem attrahentem, & naturam ipſam mandantem, ſiunt.

Καὶ ἀρθριπία . id eſt, Et dolores articularum .] Hanc partem ita exponit Celfus. Hi quoq; morbi qui in articulis, neruiſq; modo urgent, modo quieſcunt, tum maxime & inchoantur, & repetunt. Tu uero intellige, & podagras, & chiragras, & iſchiadicos dolores, & genuum, & aliorū artuum, ut hoc nomē arthritis in hoc loco ad omnes articularum dolores, qui ob motum materierum temporis ueris ad extrema ſiunt, commune ſit. Et Oribasius dicit eſſe ueris morbos, quia ex pituitoſo humore cōtrahuntur. tamen Galenus ob motū uernos morbos appellat. Celfus præter hæc addit lippitudines, quæ ab Hippocrate non numerantur, tamen non ab re Celfus addidit, quoniā in uere pleuricis ſiunt, & potiſſimum hoc anno milleſimo quingentefimo trigefimoſeptimo. Nos enim in præſentiarum multos curamus ophthalmiam patientes: ſed in cauſa fuit prædens hyems, quæ ſicca & Aquilonia exitit, uer autem pluuioſum & Australe, in quo adhuc ſumus decimoquinto calendis Maſias. Philotheus hunc Aphoriſmum interpretari ſtudēs, in hoc Aphoriſmo citatos morbos in diuiſiuā methodū duxit, inquiens: Καὶ ἡ ἀρτία ἐπιμ αὐτι, πνὲς ἢ ἐπὶ φθινοσώρω, καὶ ἢ ἐπὶ χειμῶνι, μοχθηρὰς τροφὰς διατηροῦντο, μοχθηροῦς χυμοῦς ἰσοποιῶνται. τῆ φύξει οὐδὲ χειμῶνι ἀρκλαίει αὐτοῖς ἢ ἐπὶ βωθεῖ, εἴτε ἰλδοῦ τῆ ἐαρ ἄνκρατον ὄν, χύσιμ μόνω ποιεῖται τῷ ἀδροιδόγῳ χυμοῦ, φέρεται οὐδὲ ἀτμοσθῶς ὑπὲρ τῶν κεφαλιῶν, καὶ εἰ μὴν φλεγματικὸς δὴν ὁ χυμὸς, ποιεῖ ὑπὲρ φθια. εἰ δὲ μελαγχολικὸς, μελαγχολικὸς καὶ μανίας. εἴτε πάλιν τὸ ἐαρ ὅσον ὑπὲρ τῆ ἄνκρασία ἀνοσόν δὴ, τίκεται γὰρ ἢ αὐτῷ ὁ ἀμαπικὸς χυμὸς οὐτῷ ἀμετρῷ ἀμ, ἀνοσόν εἰς φυλοῦ τῶν ὀσθμα. εἰ δὲ παρεκτραπῆ, ἢ ἢ ποίηται παρὰ τρεῖσθε, καὶ ποιεῖ στωχου, ἢ ἢ ποίηται, καὶ ποιεῖ ἀματῷ ῥύσιος, εἴτε εἰς μνηκῆρας, εἴτε εἰς βηχὸς, εἴτε ἐκ δώρακῷ. ποιεῖ δὲ ἐπὶ πύδι, οἶον λιωολύχλω, ὅπ ἀματῷ ποσότης ἢ ἐπὶ εἰσὶ οὐσα φέρεται ἢ τοῖς μυσίμ τῷ φερύγῳ, καὶ ποιεῖ φλεγμονῆμ, καὶ εἰ ὕλη δὲ ἐπὶ ῥάας φλυγμῶν, ποιεῖ καὶ βῆχος, εἰ ὕλη δὲ ἐπὶ δώρακῷ φρομῶν, ἀλλὰ μὴ καὶ λέπρας, καὶ λιχνας καὶ ἀλφός, ὅπ δυνωτῶς ὄντῷ τῷ ἀερῷ, φωννυται ἢ δυνάμεις, τάνυς φωννυθῆναι ἀρ διακίται ἢ ὕλη ἀρ τῷ ἢ πῆ, καὶ εἰ μὴν φλεγματικὴ δὴν καὶ σπομυθῆ, ποιεῖ λέπρας, εἰ δὲ ἀσπαπῆ, ποιεῖ ἀλφός, εἰ δὲ μελαγχολικὴ, φύματα, καὶ ἀρθριπία, τῆς γολῆς ἐκείσῳ φρομῶν, καὶ τῆ δλίξαι ὀδυίας ποιοῦσθ. id eſt, Et ipſa cauſa eſt, quidam enim in autumno & in hyeme, prauos cibos aſſumentes, prauos humores congregant: hyems igitur ipſos frigiditate in profundum abducit: poſtea uer adueniens, quod bene temperatum eſt, congregati humoris profuſionem multam facit. Fertur igitur per euaporationem in caput. Et ſi quidem pituitoſus humor ſit, morbum comitialem facit: ſi atrabilarius, atras biles & infanias. Rurſus uer, quantū ad bonam tēperaturā, à morbis abeſt: in ipſo enim ſanguineus humor eliquatur, qui immoderatus exiſtens corpus incolume ſeruat. Si aut peruertitur, uel ſecundū qualitātē peruertitur, & cōcluſas febres facit: uel ſecundū quantitātē & profluuia ſanguinis cōſicit: ſiue per nares, ſiue per tuſſim, ſiue per thoracē. Facit aut & alias paſſiones, ut anginā qñ ſanguinis quātitas in uere exiſtēs ad fauciuſ muſculos fert, & inflammationē facit, & materia ſuperiores

superiores partes infestat, excitat & tusses materia ad thoracem delata, sed & lepras & lichenas & uirilignes: quum enim aer bene temperatus sit, uis corroboratur, qua corroborata materia ab intrinsicis partibus depellitur: & si quidem pituitosa est & pura, lepras: si uero obscura, uirilignes facit: si autem atrabilaria, tubercula, & articularum dolores, bile illuc delata, & dolores sua mordacitate faciente. Hæc Philotheus pro huius aphorismi interpretatione recenset.

GALENVS

ET quomodo antea recte ab eo dictum uideretur? Ver uero saluberrimum, & minime mortiferum, cum multæ in eo fiant passiones. Videtur si quidē magis quodlibet tempus adæquare, secundum morborum, quos generat, uarietate. Furores & enim & atra biles, & morbi comitiales, & anginæ, sunt morbi autumnales. Grauedines autem, & raucedines, & tusses, & lepræ, sunt hyemales. De æstate autem ipse deinceps dicit, communionem eius ostēdens ad uer. Æstate uero quedam horum, scilicet prius dictorum in uere. Ex superabundanti autem, præter alios morbos, uer profluvia sanguinis, lepras, & impetigines, & uirilignes, & pustulas ulcerosas plurimas efficit, tubercula, & articularū dolores. Hæc igitur quæcunq; sunt uerni temporis propria, omnia periculo uacant, & tantum absunt ut aphorismū illum falsum ostendant, in quo dixit: Ver uero saluberrimum, & minime mortiferū: ut potius ipsum uideantur confirmare. Nam hoc ipso tempore profundum corporis expurgatur uitiosis humoribus, à partibus principalibus ad cutem peruenientibus. Sic igitur & lepræ, & uirilignes, & impetigines, & pustulæ quædam ulcerosæ multæ generantur. Alio uero modo in tuberculis, & articularum doloribus profundum corporis expurgatur, uitiosis humoribus ad loca uiliora transpositis. Quod autem & profluvia sanguinis, & multitudinem euacuant, & uitium humorum cohibent, & qui ex ipsis oriūtur, morbos, perspicuū existit. Si uero aliquod corpus bonos humores habens, uernum tempus excipiat, hoc seruat saluberrimum, nihil ex propria nouans natura. Non sic æstas, uel autumnus, uel hyems. Hæc enim tempora & si purum corpus, & omni uacans reprehensione suscipiant, hoc quidem flauam bilem ultra modum generat opportunū, hoc uero atram, hyems uero pituitā. Tale quid etiam uere contingit, quod in exercitationibus uidemus fieri. Etenim hæc quoq; sunt saluberrime. Verum si hominem pituita plenum, uel flaua bile, uel atra, uel sanguine ipso uolueris ad exercitationem perducere, aut ei morbum comitalem, aut apoplexiam efficias exercitatione: aut si hæc mala non eueniēt, periculum imminet, ne rupto aliquo in pulmone uase, in morbum incidat insanabilem. Multi uero cum febricitare cœpissent, propter exercitationes acutissimis morbis fuere correpti. Quibus uero uicē purgationis humorū qui sunt in profundo corporis exercitatio supplauerit, ad cutem euocans malorum humorum abundantiam, his & ulcera & scabies inde generatur. Et hoc inueniens dicebat Hippocrates: Si impurgatus laboraueris, ulcera erumpent. Et quidem uerno tempore ex aere calor ambiente humores diffundens, educit ad cutem, & hoc quoq; opus ipsis exercitationibus persimile existit. Non solum autē ipsarum operibus ueris opera assimilantur, sed & naturæ ipsius, cuius opera, & occultam per totum corpus facere transpirationem, per quam excernuntur superfluitates, necnon & corpus in morbis uarijs modis expurgare.

BRASAVOLVS

PRIMO statim limine à Galeno dubitatur, quomodo ab Hippocrate superius dictum sit, uer uero saluberrimum & minime exitiale: quum multæ passiones in eo fiant, imò uer in morborum generatione alijs temporibus equale uidetur. Respondet, uer ob hanc causam saluberrimū esse, quamuis in eo multi morbi fiant, quia si in humano corpore bonos humores inuenierit, eos qui habent saluberrimos seruat: quod æstas non facit, nec hyems, nec autumnus, sed ad suam qualitatem alterant, & à temperie remouent. At uer nullam mutationē facit. Si uero corpus uarijs humoribus & prauis refertum inuenierit, hos ad circumferentiā reducit, aut ad ignobiliora loca transmittit. unde omnes ægritudines, quæ propriæ ueris sunt, periculo uacant: illæ autē in quibus cum alijs temporibus participat, uel per educationem à centro ad circumferentiā, uel per transmissio nem ad ignobiliora loca fiunt. Hæc Galenus, ut breuibus explicemus. Qui uero sint morbi

morbi ad uer spectantes, & qui non spectantes. Philotheus ita docet, *ἰσὺν δὲ οὐ συγγρη
κοσίματα τὸ ἔαρ* & *εἰσι γίνεσθαι, ἀματ* & *ρύσις, λιωδύχρη, βήξ. ἀλλότεια δὲ μελαγχολία, μαιμία,
ἀλλυψία, λέπρα, καὶ τὰ ἐξ ἧς τὸ ἀφορισμοῦ.* idest, Sciendum autem quod proprii morbi ue
ris hi sunt, sanguinis profluvia, angina, tussis: alieni uero atra bilis, infania, morbus cor
mitialis, lepra, & alij qui in aphorismo enumerantur.

In primo uersu quod legitur, Videretur; Græce est *διεθεῖν*, idest uideatur.

Quod deinde sequitur, Videtur siquidem magis: in Aldino etiam codice legitur,
μᾶλλον, idest magis: sed antiquus quæ habeo, legit *μόνον*, idest solum: quod egregie con
uenit. sensus enim fit, uidetur si quidem solum quodlibet tempus adæquare secundum
morborum, quos generat, uarietatem.

Quod etiam habetur, Grauedines autem, & raucedines, & tusses, & lepræ, sunt hye
males. hæc particula Lepræ, superflua est, quum quia à Galeno non ponitur, tum quia
hyemalis morbus non est lepra: in meo antiquo Galeni contextu non adest, in Aldino
tamen adest, sed obelo confodienda est, quia falsum enuntiat, lepram esse hyemis mor
bum quum non sit.

Quod etiam hoc modo legitur, Ex superabundanti autem præter alios morbos, uer
profluvia sanguinis, & reliqua. legi debet, Præter alia tempora, & non præter alios mor
bos: quamuis Aldinus contextus simpliciter legat, *παρὰ τὰς ἄλλας*, sine aliquo adiuu
tio: sed hæc particula *ἄλλας*, morbum referre non potest, quia *νόσημα* neutri generis est,
ἄλλας uero fœminei. Antiquus uero contextus quem habeo, legit, *παρὰ τὰς ἄλλας ἡρας*,
idest præter alia tempora. Vtrunq; tamen dici posset, & quod præter alios morbos uer
sequentes habet. Melius tamen est Præter alia tempora, legere: ut sensus sit, Ver præter
alia tempora illos morbos habet, qui sunt ei peculiare, & qui sunt ueris, ut uer est, &
secundum opera ueris.

Quod deinde legitur, Alio uero modo in tuberculis, & articulorum doloribus pro
fundum corporis expurgatur uitiosis humoribus ad loca uiliora transpositis. Hæc par
ticula Ad loca uiliora, Græce habetur, *εἰς τὰ ἄκρα μέρη*, idest ad particulas extremas,
ἄκρα enim extremū, & *μέρη* particulam significat: & re uera ad extremas particulas
deducuntur: quamuis & illud uerum sit, quod ad uiliora loca transponuntur, tamen au
thores interpretandi sunt, ut eorum uerba indicare uidentur.

Illā quoq; particula, Quod autem & profluvia sanguinis, & multitudinem euacuat,
& uitium humorum cohibent, & qui ex ipsis oriuntur morbos, perspicuū existit: Græ
ce legitur, *ὅτι δὲ καὶ αἱ τὸ ἀματ* & *ρύσις λιγούσαι τὸ πλῆθος καὶ τὴν κακοχυσίαν, λιγούσαι
τὰς ἐν αἰσίοις νόσους, ἀντικρὺς δὴλον.* idest, quod autem & profluvia sanguinis, & multitu
dinem euacuantiā, & uitium humorum, cohibent eos qui ex ipsis oriuntur morbos, per
spicuum statim existit. Vbi uides particulam Et, mutandam esse in illam particula Eos.
& id uerbum Euacuant, legendum esse Euacuantiā: & hanc dictionem Statim, adden
dam esse: quoniam dicit *ἀντικρὺς δὴλον.* idest, statim manifestum & perspicuum existit.

Quod statim sequitur, Si uero aliquod corpus bonos humores habens: Græce ita
præcisè habetur, *εἰ δὲ πὶ σωμα*. & reliqua. Tamen aliqui recentes legendum uolunt, Si
uero corpus aliquos bonos humores habens. quod etiam uerum est: tamen & Leonice
ni interpretatio despicienda non est, tum quia re ipsa constat, tum quia contextus Græ
cus eodem modo habet.

SECUNDO, Galenus in hoc Commento, ut ueris doctrinam perficiat, compara
tionem facit exercitiorum ad uer, per quam saluberrimum uer esse edoceat: & si aliq̄
ægritudines in uere fiant, eas fieri ob materias quæ in corpore prius erāt. Ideo uer ut uer
est, nihil incommodi perpetrari posse, imò hoc agens corpus potius expurgat, quia hu
mores illos aut ad extremas partes, aut ad circumferentiam ducit, qui si in penitionibus
& intimis partibus restitissent, obesse potius, quàm prodesse potuissent. Reliqua quæ
in hoc Commento scripta sunt, interpretatione non indigent.

Quod legitur, Tale quid etiam uere contingit: Græce habetur, *παρὰ πλείου δὲ πὶ συμ
βάσει ἢ τὸ ἔαρ.* idest, Tale quid autem uere contingit. Mihi magis placet interpretari,
Tale quid autem: quàm, Tale quid etiam, quoniam hæc particula *δὲ*, autem significat.
& in hoc loco est continuatiua particula.

Quod

Quod etiam in fine Commentii est, Et quidem uerno tempore ex aere calor ambiente humores diffundens; Græca particula non Diffundens, sed Accumulans, dicitur nam est *χέουσα*.

Quod statim sequitur, Et hoc quoque opus ipsis exercitationibus per simile existit; legi non debet Ipsiis exercitationibus, sed Ipsiis; nam Græcus cōtextus hoc modo legit, *καὶ αὐτὸ τὸ ἔργον αὐτῶν τοῖς γυμνασίοις δὲ παραπλήσιον*. idest, Et hoc opus ipsius exercitationibus per simile existit.

Denique quod in Leonici interpretatione legitur, Et occultam per totum corpus facere transpirationem: commodius est legere, ut in Græco contextu habetur, Et occultam uocatam per totum corpus facere transpirationem. & ante hanc sententiam addenda est hæc particula, quæ in Græcis codicibus habetur, *τῶντος γού δὲν ἔργα*. idest, Cuius opera sunt. Postea sequatur, Et occultam uocatam. & reliqua.

APHORISMVS XXI

Aestate autem nonnulli horum, & febres continuæ & ardentes & tertianæ & quartanæ & uomitus & alui profluuia & lippitudines oculorum & aurium dolores & oris ulcerationes, genitalium putredines & sudamina.

BRASAVOLVS

SICVTI æstas naturali incessu uer sequitur, eodem ordine post ueris morbos, de morbis æstatis tractat Hippocrates: nempe in æstate aliqui morbi fiunt, qui & in uere gigneantur: sed præter illos, hi accedunt æstati, continuæ febres & ardentes & tertianæ & uomitus & alui profluuia & oculorum lippitudines & aurium dolores & ulcerationes oris & putredines circa genitalia & sudamina. Hi sunt proprii æstatis morbi. Vnde & Philotheus dicit, *ὅτι τὰ ἄλλα τῶν ἐν τῷ θέρει γινόμενα συγγενῆ τῷ ἑλισσιῶν νοσήματι καὶ ὅτι τῶν ἐν τῷ θέρει φησὶν, καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιπορευούσης ἀρχεται*. idest, Hic in æstate congeneres morbos & alienos dicit, sicuti in uere fecit, & primo quidem ab alienis incipit. Celsus capite primo secundæ libri hunc aphorismum interpretans, inquit: At æstas non quidem uacat plerisque ab his morbis, sed adijcit febres uel continuas uel tertianas, uomitus, alui defectiones, auricularum dolores, ulcera oris, cancores & in cæteris quidem partibus, sed maxime obscœnis, & quicquid sudore hominem resoluit. Galenus & ipse in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc aphorismum ad uerbum citat, quo in loco Platonem reprehendere uidetur, & Hippocratem laudare.

Τὸ ὅτι δὲ θέρει ὅτι τῶν ἐν τῷ θέρει γινόμενα συγγενῆ τῷ ἑλισσιῶν νοσήματι καὶ ὅτι τῶν ἐν τῷ θέρει φησὶν, καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιπορευούσης ἀρχεται, καὶ ὅτι τῶν ἐν τῷ θέρει φησὶν, καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιπορευούσης ἀρχεται. idest, Hoc est, quidam eorū morborum qui in uere facti sunt, & in æstate fiunt: nempe ab initio, sanguinis profluuia, & continuæ febres, quod sanguis multum habeat uigoris. Celsus hanc partem ita interpretatur. Æstas non quidem uacat plerisque ab his morbis, qui potius sententiam ampliare uidentur, quàm Hippocratis contextum plene referre. Oribasius dicit, æstate aliqua ex uere, aliqua ex æstate fieri.

Καὶ τῶν ἐν τῷ θέρει γινόμενα συγγενῆ τῷ ἑλισσιῶν νοσήματι καὶ ὅτι τῶν ἐν τῷ θέρει φησὶν, καὶ πρῶτον μὲν ἀπὸ τῆς ἐπιπορευούσης ἀρχεται. idest, Et febres continuæ. I Celsus interpretatur Febres, postea per disunctionem legit, uel continuas, uel ardentes. Oribasius inter continuas febres, causonem synochum, & febrem continuam numerat: per continuas autem febres, illas intellige, quæ ex illa materia fiunt, quæ in æstate generatur: est uero bilis. Ideo continuæ febres biliosæ in æstate fiunt. Tamen non imus inficias, ex quocumque etiam humore continuas febres in æstate fieri posse, uel pituitosus sit, uel atrabiliaris: sed id & rarissime, & præter æstatis naturam contingit: propterea tales continuas intelligere oportet, quales illæ sunt, quæ ut plurimum in æstate gignuntur: hæc uero sunt biliosæ.

Καὶ λεῖπτοι. idest, Et ardentes.] Ita Celsus interpretatur. Aliqui, ardores uertunt. Causones dicunt recentes, secundum Oribasium ex bilioso humore alijs intermixto fiunt, ab ardore & caumate nomen habet: propterea ingētissimam sitim causat. Vnde & Galenus in libro Definitionum medicarum sibi inscripto, eam definit esse febrem factam cum multo ardore, non remittitur, linguam siccit, & nigro colore afficit, ingētemq; frigidū appetitum facit. Fiunt autem secundum Philotheum, *ὅτι τὸ πλεονάζει τῆν φαυλοχρῆλον χυμόν.* idest, Quoniam flauibileus humor redundat. Paulus Aegineta libro secundo, capite uigesimo septimo, de ardente febre pertractat, quam dicit esse exquisitam tertianam, idest ex pura cholera accēsam. Eodem pacto & synochus, quæ una accēsione, ab initio ad finem usque perpetuo, sine ulla feruoris remissione permanet: dicitq; hanc esse confinem ardentibus, à quibus sola acrimonia acutiq; distinguitur. Aetius uero libro quinto, capite septuagesimo sexto, inter synochum, & ardentem febrem, his uerbis distinctionē ponit: Differt febris ardens à synocha putrida, quod hæc à putrescente sanguine fiat, & quod una tantum sit à principio usque ad finem exacerbatio; ardens uero febris à flaua bile putrescente incenditur, & alternis diebus excitata habet quandam febris quietem, & ueluti remissionem. Statim uero capite septuagesimo septimo, de causone, idest ardente febre, hæc uerba habet: A flaua igitur bile putrefacta igitur febris continua ardentissima, neq; medicis, neq; ægris inducias præbens; lingua enim horum exarescit, nigrescit, exasperatur, ac uentriculi erosio, sitis intolerabilis, uigiliae saepe & delirium infestat; curamq; huius febris ex Philumeno profequitur.

Καὶ τριτάτοι πλείστοι. idest, Et tertianæ plurimæ.] Qui interpretantur Et tertianæ febres, non recte interpretantur illam particulam *πλείστοι*, quæ non febres, sed plurimæ significat. Celsus legit, Vel tertianas: per has uero, interpollatas intellige, quæ de tertio in tertium molestant, & ex bile ortum habent. Conueniens est quod hoc tempore fiant in quo bilis generatur & abundat.

Καὶ τεταρτάτοι. idest, Et quartanæ.] Hæc particula in Aldino contextu & in Hagonensi scripta est: in meo antiquo abest. Nosq; ex superfluo additâ esse arbitramur, tum quia quartanæ æstate non fiunt: imò si quæ fiant, breues sunt. Rarissime uero accidit, quòd in æstate hæc febres molestant: & si quandoq; fieri contingat, in fine æstatis fit, in illa parte quæ autumnò propinqua est, & eius naturam sapit. Quartana uero proprius est autumnii morbus. Tum etiam quia Celsus hunc aphorismum repetens, quartanas non ponit; nec Galenus in Commento, quartanarū meminit. Tamen idem Galenus in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc aphorismum adducens, quartanas etiam refert. Si tibi placeat, quartanas in æstiuis morbis ab Hippocrate numeratas esse: per æstatem, ultimam illam partem intellige quæ autumnò proxima est, & in qua biles adustæ sunt, & factæ atræ biles. At si illam particulam additam esse nolueris (quod magis probo) & hoc concedatur, Hippocrates in libro De hominis natura, dicit, bilem æstiuo tempore, & autumnali imperium corporis obtinere. Argumēto, quòd homines & sponte sua, & per purgationū potiones bilem, biliosissimasq; res euomunt, uel excernunt. Quod item ex febribus & hominum coloribus patet. Oribasius quoq; in hoc loco, quartanarum nihil meminit.

Καὶ ἐμῆσι. idest, Et uomitus.] Nam biliosa materia exuberante, quæ leuis est, ad uomitum prouocatur. Propterea & Philotheus dicit, fieri uomitus *Ἐπιχολῆς ὑπὸ πλεονάζοντος*, idest bile supernatante. Adde, superius dictum esse, æstate superiores partes euacuandas magis, quoniam biliosæ materiæ hoc tempore generantur. Oribasius hoc modo intelligere uidetur, quia æstiuo tempore tertianæ fiunt, propterea uomitus fiunt: nam uomitus tertianam sequuntur. Verba eius hæc sunt, Item tertianæ hoc tempore potissimum subnascuntur, ad hæc uomitus, idest ad quas sequitur uomitus, & non intelligit simpliciter, & ex se absq; febre uomitus fieri, sed uomitus sequitur tanquam febris symptoma, & re uera in tertianis febribus ut plurimum uomitus promouetur. Tamen Celsus & Galenus uomitum simpliciter fieri intelligunt, etiam sine febre, quamuis & in eisdem febribus eisdem uomitus fieri non negarent.

Καὶ ἀπορροιαί. idest, Et alui profluuia.] Quæ à Celso alui deiectiones interpretantur, hæc fiunt tum ob biliosos humores, qui generantur, & qui ea quæ excernuntur madefacientes

facientes, ad excretionem iritant: tum etiam per accidēs, quia multam aquam potamus, noctu ut plurimum nudi & detecti dormimus, tamen sola ratio (ut Oribasius inquit) est biliosus humor, qui ad excretionem titillat. Philotheus uero fieri dicit *πῆς ὕλης κέρτω χολή*, idest, materia deorsum abeūte. Sunt autem talia profluvia, quæ à Græcis & Latinis diarrhæa nuncupantur, quàmuis & ob bilem in ætate multæ intestinorum difficultates fiant, propterea id uocabulum intelligo ac si communiter de omni alui fluore dictum sit, & non solum de diarrhæis.

Καὶ ὀφθαλμίας, idest, et lippitudines, de siccis intelligere oportet, quæ fiūt, Philotheo teste, *πῆς κεφαλῆς πληρωθῆναι*, idest, capite repleto, Celsus lippitudines non refert, tamē est morbus qui in ætate fit. hæc particula oculorum addenda non est, ut fecit Leoniceus, sed simpliciter lippitudines interpretari oportet.

Καὶ ὠτων πόννοι, idest, Et aurium dolores] qui, secundum Philotheum, ex eadem causa fiunt, ex qua lippitudines, ex capitis inquam plenitudine. Celsus interpretatur, & auricularum dolores, ego potius aurium, cum auriculæ brutorū sint, Theodorus has duas particulas, *καὶ ὀφθαλμίας, καὶ ὠτων πόννοι* hoc modo interpretatur, Et oculorum, & aurium dolores, itaq; Oribasius legere uidetur, nam dicit, oculorum item dolores ex illa materia constituuntur, unde & sicci sunt, tum aurium dolores, quia per has excrementa feruntur, & dum crassa fuerint, obturationem faciunt, at mihi potius legendum uidetur, lippitudines, quoniam & si cum lippitudine dolor sit, tamen potest esse dolor sine lippitudine, de qua lippitudine superius egimus, dolores autem aurium plerumq; ad suppurationem ueniunt. Paulus libro tertio, capite uigesimo tertio, de uarijs aurium doloribus sermonem habet, nam aliqui ex frigidis humoribus fiunt, aliqui ex humidis, aliqui ex flatu, aliqui ex aqua, aliqui ex calore, aliqui ex siccitate. Hippocrates in præsentiarum de his qui sunt ex calidis & siccis humoribus intelligit, & etiam quandoq; ex flatu, quem ob immensum calorem libenter recipimus, uel modo ad exituram ueniant, uel non ueniant, ad rem ipsam nihil facit.

Καὶ σπυδαίων ἐλκώσις, idest, & oris exulcerationes] quæ, ut inquit Philotheus, *ἐστὶ τοῦ χολώδη χυμοῦ*, idest, ob biliosum humorem, fiunt. Celsus hanc partem interpretatur, ulcera oris, quæ (ut Oribasius inquit) ipsa a credo biliosa concitat, nam multa bilis ætate generatur, quæ ad oris partes transmissa exulcerationes facit, de quibus Paulus Aegineta libro tertio capite uigesimo sexto pertractat: Multaq; pustularum genera in ore fiunt, & potissimum biliosarum, fiuntq; aphthæ, quæ sunt pustula in puerorum ora serpentes, de quibus suo loco in cōsequentijs aphorismis sermonem habebimus. hoc unū nunc scito, exulcerationes in præsentiarum intelligere à biliosa materia factas.

Καὶ σπυδαίων ἀειδοίω, idest, & genitalium putredines.] Celsus hanc partem ita interpretatur, Cancros, & in cæteris quidem partibus, sed maxime obscœnis, re autem uera post putredines in genitalibus (nisi summa cura adhibeatur) cancri sequuntur. Quod autem in alijs partibus cancri fiant, uidere nescio, ubi exsiccans caliditas uiguerit, nisi dixerimus, humores acui, & cancos inferre. Philotheus in hoc loco simpliciter legit, *καὶ σπυδαίων*, idest, & putredines: postea addit, *καὶ ἀειδοίων ἰσρωτίδες*, idest, & genitalium sudores. Nos arbitramur Philothei contextum deprauatum esse, & illam particulam ἀειδοίων illi iungendam esse *σπυδαίων*, ut habet Hippocrates, immo ipse statim causam reddit pudendorum putredinum, inquiens fieri *ἐστὶ τὸ ὑγρότερα εἶναι τὰ μόρια, καὶ ὑποπῆς θερμότητος τὰ χυμὸν σπυδαίων τὸ ὑγρόν*, idest, Quoniam partes humidiores sunt, & humidum à caliditate cito corrumpitur. Celsus libro sexto prope finem de partium obscœnarum morbis tractat, & de cancri in cole, & inflammatione phagedæna, carbunculo, rhagadijs, condylomate, & morbis ani pluribus. Paulus Aegineta libro tertio, capite quinquagesimo nono, ea quæ pudendis et sedi adnascuntur, describit. Hæc autem fiūt secundum Oribasium, quia loca genitalia calida et humida sunt, ideo illis biliosus humor superueniens celeriter putrescit. Non est autem Aphorismus in hac parte intelligendus, nisi in illis qui multas superfluitates habēt, quando ætas suam naturam seruat, et ad pudenda transmittuntur.

Καὶ ἰσρωα, idest, et sudamina] quam partem Celsus interpretatur, et quicquid sudore hominem resoluit. Quod si de pustulis intelligit, quæ ob sudorem fiant, ita ut sudor in

R pustulas

pustulas circa cutim resoluitur, tunc idem est ac si dixerit sudamina: si uero intelligit hominis resolutionem, id est, magnam defatigationem, & lassitudinem propter sudorem, non erunt pustulae. Quid autem sint sudamina, in commento Galenus docet, pustulas esse in summa cutis parte inhaerentes, quae instar ulcerum cutim exasperant, quia fiunt propter sudores, aut biliosiores, aut mordicantes, qui cutim exasperant, mordēt, & pruriginosam reddunt, quandoque ut acumina acuum pungere uidentur. Quid sint sudamina Philotheus exponit dicens, ἰδρωα δὲ, τὰ τέσση ὑδρωατιδες, τὸ κτλ. τὸς πολλὸς ἰδρωατος γελωδ' ἐστὶν πρὸς τὴν κνήμην ἐναι. διακνύσι γὰρ αὐτοὶ τὸ δερμα, καὶ κνισμῶδες ἐργάζονται. id est, Sudamina autem, hoc est sudores, quoniam tunc multi sudores biliosiores fiunt, qui cutim mordent, & pruritus excitant. Vulgus pulchro, & commodo uocabulo eas uocat, cocturas, quoniam ex coctione, id est, caliditate ingenti factae sunt: iuuenes quandoque & pueri, his pustulis in aestate ita implentur, ut à uertice ad pedes ferè tecti sint, collum mirè impetunt, scapulas, dorsum, & pectus, sanantur ex sola madefactione aquae rosaceae, immo & per se absque remedio sanantur. Non defuere qui per ἰδρωα papulas interpretati sint. Primum genus quod à Celsò quinto libro positum est, & Manardus putat, apud Plinium papulam sudorum ἰδρωα esse, sed ego papulam sudorum apud Plinium inuenire non potui, cum in plurimis locis papulas inuenierim, & remedia quae papulis exhibentur, sudaminibus etiam ualent. id uidetur sudamen, quod à Rasi alhasaphum sua lingua uocatur, & de quo tractat etiam Auicena, uideturque ipse appellare plantam noctis, de qua libro quarto agit Fen. 7. Tractatu tertio, capite decimo, quauis potius sudamina illa esse uideantur, quae ab eodem Auicena in illo loco capite octauo defudationes appellantur. Planta autem noctis apud eundem auctorem, Graecorū epinyctis uidetur, de qua re aliàs sermonem habebimus. Orisbasius causam reddit cur sudamina aestiuo tempore fiant, quia inquit biliosus humor celeriter euaporat.

GALENVS

AESTATE inquit, & nonnullos ex uernis morbis fieri, circa initia eius uidelicet. Nam quae fini ueris continuantur, sicuti similem habent temperaturam cum aestate, ita & in morborum generatione comunicant. Inquit enim alios quosdam aestate generari illi proprios, ueluti febres continuas, & ardentis, & tertianas. Et (ut simpliciter dixerim) quaecunque ex flaua bile mala corporibus accidunt. Nam & uomitus haec per summam natante fiunt, & uentris profluvia ad inferiora defluente, & lippitudines quoque aestate plurimae, utpote repleto capite. sic & aurium dolores, & alia similia aestate corpus patitur ex capitis repletionem, aliam ad alias corporis partes superfuitatem deponentis. Oris autem ulcerationes quod propter biliosum humorem contingant, per spicuum existit. Genitalium uero putredines, non simpliciter, sed quando aestas, aut humiditas magis fuerit, aut nullus flauerit uentus, aut auster in ea abundauerit. nam cum plurimum à modo naturae recesserit, ad humiditatem, aut flatuum carentiam, non genitalium tantum putredines facit, sed & cuiuscunque partis alterius, qualis est illa quae scribitur in tertio Epidemiarum constitutio, uel in secundo circa eius initia. Quae uero paruae sunt aeris euerfiones, genitalia tangunt, ut quae ob humiditatem, ac caliditatem, ex quacunque occasione sint parata putrescere. Quare cum propriam aestas seruaerit temperaturam, qui multis superfuitatibus infestantur, quando haec aliquam ob causam ad genitalia defluerint, ipsorum putredines patiuntur. Sudamina autem è genere pustularum sunt in summa haerentium corporis parte, quae instar ulcerum cutem exasperant. Proueniunt autem, quemadmodum & ipsum ostendit nomen, propter multos sudores, qui uel biliosiores, uel omnino mordaciores existunt: mordent enim hi cutem, & pruriginosam efficiunt, & per modum ulcerum exasperant.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet quando fiant illi morbi ueris, qui accidunt in aestate, in quiens, fieri in prima parte aestatis, quae ueri propinqua est, & quae ueris naturam sapit. **SECUNDO**, Illos morbos aestatis proprios esse dicit, qui ex bile sunt. nam bilis in aestate generatur, & crescit: hi uero morbi sunt, ut continuas febres ardentis, & tertianas, & uomitus

& uomitus, & uentris profuua, & lippitudines, & aurium dolores, & oris ulcera, quæ à biliosis humoribus causantur. In ea parte, in qua habetur, & alia similia æstate corpus patitur ex capitis repletionem. In Aldino contextu ita præcise legitur, ut Leonicensis interpretatus est. Sed antiquus contextus addit hanc particulam, plurima, dicit enim, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ὁμοία πολλὰ πάσχει τὸ ἔθνος, ἢ τὴν πληρωσὴν τῆς κεφαλῆς. idest, & alia similia plurima æstate corpus patitur ob capitis repletionem.

Quod etiam legitur, Aliam ad alias corporis partes, Græcus contextus habet ἄλλοτε εἰς ἄλλο μέρος, idest, alias ad alias partes. nam sicut ἄλλο secundo loco positum, alias interpretatum est, ita ἄλλο primo loco positum, alias interpretari oportet.

TERTIO exponit Galenus, quomodo intelligendum sit, æstate genitalium putredines fieri. nam re uera æstate potius sanari deberent, quia omnia superflua & humida exsiccantur, in quibus putredo generari solet. propterea à Galeno edocemur, Hippocratem simpliciter intelligendum non esse, sed cum his conditionibus, quædo æstas magis humida fuerit, uel cum nullus uentus æstate spirat: uel si aliquis uentus regnet, auferat sit qui preualeat, quia cum præter suæ naturæ modum humida fuerit, aut uenti non flauerint, non solum in pudendis, sed in omnibus corporis partibus putredines fient, sicuti illa constitutio est, de qua in tertio Epidemiorum, uel in secundo circa principium sermonem habet. Est uero tertij Epidemiorum constitutio talis, quod totus ferè annus austrinus fuit, & in æstate consueti uenti non spirauerunt. Verba Hippocratis hæc sunt, Pluuus, austrinus, sine aura uel quæ annus hic fuit, cum æstus prius cum austris uiguisset: circa Arcturum multum pluit, tenebricosus, & nubilis autumnus fuit, magna uis aquarum, hyems austrina, uda, lenis. post uero solis institium proxime æquinoctium, septētriones niuosi, non diu spirauerūt, uer rursus udum non perflatum, multum pluuit, canem usque, æstas serena, calida, æstuosa fuit, uenti spirare per æstatem consueti, hoc est etefice, sparsum, raro, & non iugiter spirauerunt, circa uero Arcturum rursus cum septentrionibus multum pluit. Hippocrates in hac constitutione dicit, quod pudendis tubercula siebant, immo & in toto corpore siebant abscessus. hæc est constitutio, quam in hoc commento Galenus adducit ex tertio libro Epidemiorum, in qua circa pudenda pustulæ siebant, quia annus præhumidus fuerat, propterea Galenus notat, quod genitalium putredines non fiunt, nisi in humiditatibus, in quibus non solum putredines in genitalibus, sed etiam in alijs partibus generantur. unde hæc putredines, si in æstate suam naturam seruante intelligantur, in his solum fiunt, qui humiditatibus & humoribus pleni sunt, qui ad illas partes aliqua occasione mouentur, in quibus cum sunt, facile putrescunt. Adducit & Galenus constitutionem ex principio secundi libri Epidemiorum, in qua constitutione in æstu humiditates erant. Notat tamen & hic Galenus, cum natura pudendarum partium ex humiditate & caliditate putrescere apta sit, ideo ex qualibet etiam aeris minima mutatione putrescunt.

QUARTO Galenus interpretatur, quid significet id uocabulum ἰσθῶα, idest, sudamina. est autem sudamen pustularum genus in summa cute, quæ ipsam exasperant, & pruritus faciunt, immo quandoque pungunt, ac si aciculæ puncturæ sint. nomen suum ex quo fiant, ostendit: ex multis enim biliosis sudoribus, uel etiam mordacibus, qui cutem mordent, generantur: tamen in his qui quiescunt, sine sudore, ex ipso calore quandoque fiunt, tamen semper ex sudore factas dicendum est, aliter sudamina non essent, sed in his quæ quiescunt, sudor, idest materia illa, quæ sudorem facit, prodire necesse est, & cutim per modum ulceris exasperat, quæ etiã pruriginosa effecta est. Quid uero prurigo sit, in consequentibus aphorismis edocere non grauabimur.

QUINTO in Leonicensi interpretatione in fine commenti dubium pulcherrimum abest, quo etiam codex Aldinus caret. In meo autem antiquo scriptum est, Dubium uero hoc est, quare circa sedem, & pudenda frequentius putredines fiant, cum tamen sicca membra sint, atque neruosa. Respondet causam esse, quia per illas partes humiditas continuo fluit, quæ est putredinis causa. non fiunt autem ratione ipsorum membrorum. Si uero aliquis sit, qui Galeni uerba scire percipiat, hæc sunt, ἐπιποσὴν τινος τῶν παιδιῶν τὴν αἰτίαν τοῦ σωχῆος γίνεσθαι πῶς τὴν ἰσθῶα, καὶ τὰ ἀδελοῖα σηΐεις, καὶ φασί, τὴν δὲ αὐτῶν αἰτίαν εἶναι τὴν ὑγρότητα αἰτίαν εἶναι. ὅ γὰρ τὰ σώματα αὐτῶν δὴν ὑγρὰ, καὶ μάλιστα τὸ

αὐτοῖς, ὡς ἔχει εἰρησῖ. idest, Quidam antiquorū causam quæsiuerunt, quare assidue putredines circa sedem & pudenda fiant. & respondent, humiditatem per ea loca semper fluentem causam esse: non enim ipsorum corpora humida sunt, & præcipue pudendi, quoniam nauosum est. Videtis quanto incommodo hæc pars omittebatur, quæ est scitu necessaria.

APHORISMVS XXII

Autumno uero & plurimi, uel æstiuī morbi fiunt, & febres quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes, & stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum, & leuitates intestinorum, & coxendicum dolores, & angina, & anhelationes (quas Græci asthmata uocant) ilei, morbi comitiales, furores, atræ biles.

BRASA VOLVS

Ex solis motu per signiferum circulum, autumnus æstatem sequitur, propterea αὐθῆσ (ut Philotheus dicit) καὶ πῶς το φθινόπωρος ἀλεγειοῦ. idest, consequenter & de autumnno disputat, qui suapte natura frigidus & siccus est, & qui ægris periculosissimus existit, tum ex suis qualitatibus, quæ uitæ opponuntur, tum ex præcedente æstate, quæ uires deiecit, & in cuius extrema parte horarj fructus maturitatem acquisiuerunt. In autumno autem plures morbi fiunt ex his qui in æstate generabantur, quia in nostro corpore biliosi humores adhuc perseverant, qui in æstate ortum habuerant. Sed præter hos æstatis morbos, aliqui sunt peculiare autumnno, uidelicet quartanæ febres, febres inconstantes & erraticæ; lienes putrescunt, omnia aquæ intercutis genera fiunt, tabes generantur, & qui iam tabidi sunt moriuntur. Urinæ stillicidia, intestinorum difficultates, atque etiam leuitates, coxendicum dolores, angina & ueræ, & nothæ, anhelationes, iliaci dolores, morbi comitiales, & præter hos, etiam furores, & atræ biles, quamuis superius uere fieri dictum sit. Hi sunt morbi, qui ab Hippocrate in autumno fieri dicuntur, quamuis in summa omnes ferè morbi in autumno generentur. Celsus capite primo secundi libri, præsentem Aphorismum hoc modo interpretatus est, Vix quicquam ex his in autumno non incidit, sed oriuntur eo quoque tempore febres incertæ, lienis dolor, aqua inter cutem, tabes, quam Græci φθίσιν nominant, urinæ difficultas, quam σπυγγελίαν appellant, tenuioris intestini morbum, quem εἰλεόν nominant. fit item leuitas intestinorum, quæ λευγότης uocatur, coxæ dolores, morbi comitiales. Hæc deinde quæ in Celso sequuntur præter Aphorismi sententiam uidentur, idemque tempus & diutinis malis fatigatos, & ab æstate tantum proxima pressos interimit, & alijs nouis morbis conficit, & quosdam longissimis implicat, maximeque quartanis, quæ per hyemem quoque exercent, neque aliud magis tempus pestilentia patet, cuiuscunque ea generis est, quâuis varijs rationibus nocet. Hæc de autumno Celsus, quod certe tempus ab omnibus authoribus damnatur. Galenus in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc Aphorismum ad uerbum citat: ubi Platonē accusat, & Hippocratem miris laudibus effert. Autūnus uero ex Hippocratis sententia tertio libro De ratione uictus, ab Arcturi exortu incipit ad Vergiliarū occasum, in quo libro de uictu

τὸ δὲ φθινόπωρον, καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ scilicet νοσήματα. idest, Autumno & æstiuorum multi. Id enim non dicit quod Leonicenus interpretatur, scilicet Autumno uero & plurimi, uel æstiuī morbi fiunt, Theodorus ad contextum magis accedit, inquit, Autumno magna pars æstiuorum. Celsus hanc partem ita reddit, uix quicquam ex his in autumno non incidit, ac si dicat, omnes ferè æstatis morbos, uel etiam ueris (quia ad solam æstatem non se determinat) in autumno fieri. Si uero queras, qui nam sint illi æstiuī morbi qui in autumno fieri possunt; Galenus respondet, illos esse, qui ex biliosa materia in æstate facta, & in autumno relicta fiunt, ut sunt continuæ febres, ardentes, tertianæ.

tertiana, & alia huius generis ægritudines. unde & Philotheus in hac parte dicit, καὶ ἐν τῷ φθινοπώρῳ γίνονται ἐν ταῖς ἀρχαῖς εἴδη τοῦ ἀπὸ κρατέρῳ ἀκμῶν τῶν φαιβοχολικῶν χυμῶν. ταῦτα μὲν εἰσὶν ἐπὶ φθινοπώρῳ, οἷον πρῶτοι, καὶ οἷον, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. γίνονται δὲ καὶ οἰκεία νοσήματα ἐν τῷ φθινοπώρῳ, οἷον τεταρταῖοι καὶ τὰ ἐξῆς. idest, & in autumnu principijs fiunt (scilicet morbi æstiu) quoniam adhuc flauibileus humor uiget. hi enim sunt alterius generis, idest, improprii, ut tertiana, febres, & febres ardentes, & his consimiles. Fiunt autem & in autumnu proprii morbi, ut quartana, & qui deinceps sunt; de quibus Hippocrates statim sermonem habebit.

Καὶ πυρεκοὶ τεταρταῖοι. idest, & febres quartana] quæ autumnu propria febres sunt, & quæ non solum ex pura atra bile in profundo autumnu fit, in quo generari potuit, sed etiam (ut Oribasius dicit) in principio autumnu aliquando fit, ex bilioso perusto, & facto melancholico, immo hac eadem ratione in æstate quartanas febres fieri contingebat. Philotheus fieri dicit, εἴδη τῶν ἐν τῷ φθινοπώρῳ ὥρα πλεονάζει τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν, ὅθεν γίνονται. idest, Quoniam in hoc tempore atrabiliarius humor abundat, ex quo fit.

Καὶ πᾶνυτες, idest, & erraticæ] Theodorus erroneas interpretatur. Celsus ita uertit, & febres incertæ. omnia dici possunt, quia uocabulum planeta apud Græcos erraticum significare uidetur, immo planetæ ideo dicti sunt, quia errant, & per zodiaci latitudinem euariant cursum, & eadem linea semper non mouentur, dempto sole, qui sub elliptica certo cursu continuo defertur. Oribasius erraticas febres fieri dicit, quia æris qualitas dupliciter euariat. Philotheus autem εἴδη τῶν ἀνωμαλῶν τῶν καιρῶν, καὶ τῶν χυμῶν, idest, propter temporis inæqualitatem, & humorum. Hippocrates in libro De uirginum natura inquit, Cum uirgines habeant clausos locellos, colligitur in illis sanguis qui non potest exire, & multos morbos causat, multasq; affectiones, quas enumerat. Sed deinde addit, Cum enim hæ partes (idest, locelli) repleta fuerint, cum febre horror ingruet, quas febres planetas, idest, erraticas uocant. Sunt enim erraticæ febres quæ in affligendo unum modum non obseruant, quia uno die affligunt, postea tertio die, deinde quarto, adeo quod ordinem non seruant, uel tertiana, uel quartana, uel alterius ob diuersitatem, & heterogeneitatem materiæ eam facientis, unde nec ordinem feruunt seruant, nec ordinem motus humorum, nec ordinem quo ad tempora, quibus accedere deberent. ad has autem erraticas febres quartana sequuntur, ut Hippocrates & Galenus tertio Prognosticorum libro, sectione uigesimanona testes sunt.

Καὶ σπληνῆς. idest, & lienis.] Celsus interpretatur lienis dolores, et re uera omnia quæ lienem molestant, intelligenda sunt, uel sit in ipso durities, uel dolor, uel aliquid simile, ut obstructio, quæ ex atra bile, illo tempore multum exuberante facile fiunt. nam (Philotheus dicit) εἴδη τῶν μελαγχολικῶν τῆρίπλωμα, idest, propter atrabiliarium superfluitatē contingunt. additq; ἔτι γὰρ δεχθῆναι τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν, idest, hic enim lien scilicet atrabiliarij humoris receptaculum est.

Καὶ ὕδρωπις, idest, & aquæ inter cutem] quas à Liene fieri Oribasius docet, quum ignari medici tumorem in splene deprehendentes, dicunt se posse illum per cataplasma resolueri, ille in aquam conuertitur, & fit hydrops. At hæc esset solum ascitis, tamen & hoc tempore tympanitides generantur, sed ab obstructo liene proueniunt, à iecore ea expurgare non potente, quæ expurganda erant. propterea paulatim male afficitur, & ita coctiones prauas facere incipiens, flatum, & aquas exaggerat, quæ hydropas causant. unde & Philotheus per hunc ordinem fieri ostendit, liene pleno ἀύρας ἐκπέμπει ψυχρὰς τῷ ἥπατι, καὶ κατὰ βάλα τῶν ὑδαμαποπικτικῶν διασπιν τῷ ἥπατι, καὶ ἐπέησεν καλῶς, ἀπεψίας οὖν γινομένης ὕδρωπις γίνονται. idest, Frigiditas auras ad iecur mittit, & effectricem sanguinis iecoris potentiam profert, & non bene concoquit. non facta igitur concoctione, aquæ intercutis fiunt.

Καὶ φθίσις, idest, et tabes, quæ secundum Oribasium ex ipsius temporis siccitate et frigore ortum ducunt. Superius dictum est, uocabulum Tabes commodius esse, quàm phthisis, ob hoc Celsus absolutu uocabulo interpretari noluit tabes, sed ita dixit, Tabes, quam Græci φθίσιμ nominant, ac si dicat, et tabes, non tamen ἀτροφία, uel καχεξία, sed illa quæ φθίσις nuncupatur. Has fieri dicit Philotheus τῷ λόγῳ τῆς ἀνωμαλίας.

ποτέ μὲν ψυχρὸν αἶμα εἰσπνυμένον, ποτέ δὲ θερμὸν τῆ ψύξεως αἰσθητὴν τῶν βλάστων, καὶ γίνονται βύσεις ἀγγείων, καὶ ἄνω φθίσις. idest, Ratione inæqualitatis, quandoque quidem frigiditate aere inspirato, quandoque autem calido. ex frigiditate igitur auget tussim, & per uia defluxus fiunt, & ita phthisis.

Καὶ σπαραγγελαί, idest, et stillicidia urinæ] de quibus superius à nobis plura indicata sunt, quæ (secundum Orisbasium) ex frigoris tempore innascuntur. Philotheus autem dicit, καὶ σπαραγγελαί τῆς κακοχυμίας εἰσφορομένης, καὶ τῆ σφικνύτης ἀνωίσις, καὶ ὑπονοῦς πρὸς ἐκκρίσιν τῶν ἀρκουτικῶν δυνάμειν. idest, et stillicidia urinæ humorum perueritate penetrante, & sua acredine infestante: & ad effluxum fecerentem facultatem prouocante. Celsus hoc loco interpretatus est urinæ difficultas, quam σπαραγγελαί dicunt, tamen urinæ difficultas potius est δυσουρία, quæ & ipsa hoc tempore fieri posset, & fit. nam quæ ex frigiditate difficultas urinæ fieri potest, sicuti stillicidium urinæ. Galenus ob subitas transmutationes à calido in frigidum, & e contrario fieri docet.

Καὶ δυσουρίαί, idest, & intestinorum difficultates] Celsus hanc particulam in suo aphorismorum codice non habuit, nec Galenus habuisse uidetur, nec Orisbasius, quia in suis commentationibus nihil de dysenteria meminere, Theodorus quoque non habuit, tamen in Leonicensi codice adfuisse, & in Aldino adesse certum est: in antiquo nostro Galeni codice aderat, sed ab illo docto uiro qui librum scripsit, obelo confossa est. Philotheus quoque nec in suo contextu habuisse uidetur, nec illam particulam interpretatur. Quicquid sit, illo etiam tempore intestinorum difficultates in principio exhibile in æstate generata, et quæ usque ad autumnum permanferit, fieri possunt. In processu uero autumnii, & prope finem ex atra bile fiunt, quæ insanabiles ferè sunt intestinorum difficultatis. Galenus hunc aphorismum adducit in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, & in ipso hanc particulam δυσουρίαί refert.

Καὶ ἀσθεντορίαί, idest, & intestinorum leuitates] Celsus superius actum est. Orisbasius ex glutinoso humore fieri dicit: causa autem eius est, quia uentriculus ob autumnii inordinationem debiliior efficitur, & in eo multæ humiditates colliguntur, & quia ob has humiditates uis contentiua deficit. aliquando in intrinseca uentriculi superficie, ex acutis humoribus in autumno relictis ulcera generantur, quæ cum adsint, statim sumpto cibo ob nocumentum quod persentitur, cibus non immutatus, uel parum immutatus illico emittitur, & cum eadem ferè qualitate cum qua sumptus fuerat. Philotheus eadem ferè causas sequitur inquit, Intestinorum leuitates fieri δὲ ἀβρωσίαν τῆς καθεκτικῆς δυνάμεως τῆς κοιλίας, καὶ τῶν σφικνύτων ἰσχυρίων. idest, ob ægrotationem contentiue potentie uentriculi, & intestinorum exulcerationem.

καὶ ἰσχιάδες, idest, et coxendicum dolores] Theodorus absoluto uocabulo Coxendices interpretatus est, Celsus coxæ dolores, uulgus nostrum Græcum uocabulum imitatur, & Sciaticam uocat, quasi isctan. Fiunt secundum Philotheum ἐκ σφικνύτης χυμῶν ἰσχιάδες, καὶ τῆ κακοχυσίας τῶν χυμῶν, καὶ τῆ ψύξεως. idest, ex uehementer acri humore ischiades, et malo habitu humorum, atque frigiditate. Sæuissimus morbus est, qui os coxæ quandoque à sua pyxide dimouet: Orisbasius ex pituita fieri dicit, cum descendit per recta ossa in commissuras, et fit ibidem cōglutinatio, idq; ex hyeme est inquit, idest, hic morbus hyemalis est: ut de lienteria etiam dicebat, quod erat hyemis morbus, quia ex glutinoso humore fiebat. tamen & hoc tempore aliarum etiam iuncturarum dolores causantur, et arthritides, et podagra, et chiragra, potissimum fiunt. immo hoc est unum tempus, in quo uel de nouo articularum dolores et morbi generantur, uel quia iam diu molestarunt, postea intermiserunt, excitantur. Nunc per coxarum dolores, omnium articularum dolores intelligendos iubeo, forte Hippocrates hunc articulum præ alijs elegit, tanquam eum qui uehementissime infestat, sed re uera multi coxarum dolores in autumno excitantur, qui à materia penitus frigida et pituitosa ortum habent: propterea quantum sit ratione materie est morbus hyemis, qui tamen hoc tempore mouetur. nec opus est ita mordicus tenere, à materia frigida et humida fieri, quin à calida et sicca quandoque fieri contingat. Hermolaus Barbarus in papauere cornuto ubi Dioscorides dicit ἰσχιάδες, ipse interpretatur lumborum dolores

Iores, & Plinius eodem modo dixisse uidetur, tamen re uera aliud est coxa, aliud lumbus, propterea nos potius consulimus, ubi apud Græcos *ιχιάς* & *ιχιάδ' α* inuenimus, interpretandum esse coxæ uel coxarum dolores. Hippocrates in libro De morbis qui extra, quem Galenus Polybi esse iudicat, inquit, *ιχιάς* cum sit, coxendicis iunctura doliat, acceptabulum, summæ nates, totumque crus. & in libro De morbis qui intus, ultimo folio, ubi de crassis morbis sermonem habet, dicit, *ιχιάς* de his præcipue caulis, & alijs gignitur præterea multis, si diutius quis sub sole uersetur, & eat coxendicesq; calefiant, humorq; horum articularum, & aliorum æstu siccescat, cogaturq;. Quod sic esse coniecto: languens enim flectere mouereq; hos articulos, & alios præ dolore, qui inest, nequit, digiti compinguntur, lumbos, uertebras, quæ secundum coxendices sunt, maximè dolet, coxendices, inguina, genua, grauis & æstuosus dolor uexat. Si quis eum attollat, præ dolore uehementer gemit, clamatq;, quandoq; neruorum distentio frigus, & febris superuenit, Coxendix etiam bile, pituita, sanguineq; gignitur, tanquamq; omnibus his malis laboret, similiter doliat: quandoque etiam friget, leniterq; febricit. Hactenus Hippocrates in hoc libro De morbis qui intus.

Καί κωάγγρα, idest, Et angina. Angina (ut inquit Oribasius) ex pituita nascitur, tamen & ex alijs etiam humoribus, & bile ortum habet. Celsus in suo codice hac particula caruit, quamuis & hoc tempore anginae fiant: sed apud nos in fine hyemis potissimum, & in principio ueris generantur. Philotheus fieri dicit *χολῆς φθρομένης ὑπὸ τῷ μύσ τῷ λάτ' εννηθ'*, idest, Bile ad musculos faucium delata. Statim uero addit, *ἀλλὰ ὅσῳ ἐπὶ τὸν ἄγγρα νόσῳ μα*, idest, & hic morbus alterius generis est.

Καὶ ἀδματα, idest, Et anhelationes. Quæ (ut inquit Oribasius) à pituita gignuntur. Celsus in huius Aphorismi relatione anhelationum nihil meminit: ἀδμα in difficultate spirandi consistit. Apud Celsum libro quarto, capite quarto de spirandi difficultate hæc scripta inueniuntur: dum modica difficultas est, tamen ex toto non strangulat, *δύσπνοια*, idest, difficultas spirandi appellatur: sed cum uehementior est, ut æger sine sono, & anhelatione spirare non possit, ἀδμα est. Dum uero hæc scribimus, filiolum nostrum Hieronymum hac passione mire deprehensum persentimus, quem dum audimus, paterna misericordia commouemur, & referentes horrescimus: adde præter sonum, quem ingentissimum edit, non potest nisi recta ceruice spirare. ὀρθόπνοια nuncupatur, & qui hanc affectionem patiuntur, orthopnoici nominari solent. primi illi, qui *δύσπνοια*, idest, difficultatem anhelitus patiuntur, diu uiuere solent, Asthmatici uero, & orthopnoici, breui intereunt, quod ego meo ingenti dolore in prænomino Hieronymo decimumseptimum mensem nondum agente, & hoc morbo sæuissime deprehenso experiar. De his Galenus in definitionum libro sibi adscripto ita pertractat, ut eo modo illa definiat quo definiri possunt. Paulus Aegineta libro tertio, capite uigesimo nono dyspnœam sine febre esse docet, eadem præcise ab Aetio dicuntur, quæ à Paulo scripta sunt. Recentes inter *δύσπνοια* & ἀδμα differentiam faciunt; quod dyspnœa sine sono, asthma cum sono sit, propterea suo quodam carmine utuntur, ut hæc distinguant, carmen uero hoc est, Dyspnia se celat, canit asma, morbumq; reuelat. Asthmatis quatuor species recentes enumerant, una est, cum spiritus difficulter inspiratur, idest, attrahitur: altera cum difficulter expiratur, idest, emittitur: tertia cum simul difficulter inspiratur, & expiratur: quarta, cum non possunt nisi recta ceruice spirare, quæ est huius morbi pessima & perniciosissima species, Quicquid tamen sit ex humida materia in pulmone imbibita, quæ anhelitum impedit, generatur. At Philotheus per dyspnœam, asthma exponit inquit *καὶ ἀδματα πνύσει δύσπνοια ὅσα τὸ πνύλλον ὑπὸ τῷ ἀγγρα τῷ πνύμονι φρεσίν, καὶ ἐμφερέθει αὐτά*, idest, & anhelationes hoc est difficultates anhelitus, propterea quod materia ad pulmonis uasa defertur, & illa obstruit.

Καὶ ἄλειοι, idest, Et ilei. Theodorus interpretatus est uoluoli, Caluus conuoluoli, Celsus interpretatur tenuioris intestini morbus, quem ἄλειον uocant. hoc uero nomen accipit (secundum Oribasium) ob doloris uehementiam; fit humore pituitoso in flatus

resoluto, unde aliquando torquetur intestinum. Philotheus dicit εἰλεοὶ δὲ τῶν πάχει τῶν χυμῶν ἐμφορὰ πένδρα τῶν δυνάμεων φλογοφῆς, ἢ δὲ τὸ φλεγμαίνειν. idest, Ileus autem crassitie humorum, nutrimenti transitum obstruente, uel inflammante. Hippocrates in libro De morbis qui extra, inquit, cum uero conuoluolus corripit, uenter durefcit, nihilq; demittit, totusq; uentriculus inferior dolitat, febricit, sitit, quādoq; præ labore bilem uomit. In libro autem De morbis qui intus, inquit, Conuoluoli mala hæc uocantur quæ his de causis potissimum fiunt, cum quis hyeme, calido & humido nutrimento utitur, cibariâq; respiciens, non deambulet, sed satur & plenus usq; dormiat, & subito per gelu longum iter facere cogatur, subterq; ossa frigeant; qui sic afficit, corpus totum inflatur, semperq; adeo friget, uti si quid calidum admoueatur non sentiat: corpusq; eius calida perlutum leuigatur, squamulas uero remittit, scortum præsertim, quod si digito premas, cedit, quod tibi os demonstrat: cumq; bibit perfringitur, crura grauescunt, si deambulet labant, si cliuam ascendit, ualde anhelat, ulnæq; uti onus suspendi & pendere uidentur, per noctemq; ualde sitit, cibariâq; quæ comedit, cruda demittit, hæc Hippocrates. ex quibus uerbis facile deprehendi potest, hunc morbum pessimum esse, sed adhuc in patientibus peiora uidentur, quàm ab Hippocrate dicta sint: tamen non est εἰλεός, de quo in præsentis aphorismo sermo fit, quamuis & hic fieri possit. In eodem loco Hippocrates de altero εἰλεός, uel conuoluolo tractat, quem secundum conuoluolum nominat, & quem per ætatem maximè infestare dicit: palustribus locis, sed potius aquæ potu, multi sub sole uersantes, morbum hunc, capitisq; dolorem conceperunt. quare quæ priores patiuntur, præter colorem, qui corticis granati similis hinc redditur, quandoq; oculi morbi arcuati implentur: & hic quoq; alter conuoluolus uidetur quàm is de quo in aphorismo sermo habetur. Nos igitur in præsentiarum alium morbum esse ileum edoceamus, quàm illum, quem medicorum uulgus, ileum, iliacum, & Mal de fianchi appellat. nam cum quis crassioris intestini dolorem patitur, communiter iliacum, & Mal de fianchi appellant, cum tamen sit colicus dolor, quia in illo intestino fit, quod colon uocatur. Morbus autem iste, qui ilios dicitur, in ilio, idest, tenuiori intestino fit, quod intestinum medicorum uulgus pro colo habet, cum tamen non sit. Galenus in Definitionibus sibi adscriptis inquit esse intestinorum inflammationem, qua & spiritus, & excrementorum transitus obstruitur, adeo ut comitentur eam tormina ualidissima, & sæuissimi dolores. In libro etiam qui Isagoge inscribitur, & ileon, & coli affectionem intestinorum inflammationes esse dicitur. & re uera quendam incidi iussi, qui ex iliaco dolore obierat, is ingentem inflammationem habebat in tanta intestini tenuioris parte, quanta est manus extensio à pollice ad auricularem digitum. In altero quem etiam incidi iussi, solum pituitosos humores inuenimus, & talem in intestino extensionem, qualem in folle optime extenso uidere potes. & Paulus Aegineta, & Aetius, & Trallianus hunc acutissimum humorem esse fatentur, & qui sæuissimos dolores causat, non nisi rarissimi sanantur, qui sunt albæ cornices, & Iouis filij, quibus ab orco reuocare gradum à superis datum est. Volunt autem non fieri si intestinum adeo inuoluatur, ut uel flatus, uel stercorea ad infernas partes transire non possint, sed sursum ascendant, & per os oleta exeant. Miserrimi profecto, & infelicissimi, quibus tali genere mortis obire contingat, unde & hic morbus dicitur esse, εἰλεός, ἢ τὸ εἰλεόδρα, quod est circumuolui, & circummagi. nam intestinum inuertitur, recentes medici hunc morbum appellant miserere mei, nempe qui eo afficitur, dei omnipotentis auxilium implorare debet, & suorum peccatorum ueniam petere, quia rarissimi sunt qui non obeant, tamen infinita remedia ab authoribus hinc inde posita non desunt, καὶ ἀπληθία, idest, Et morbi Comitiales. Quos Orisibasius ex proprietate temporis fieri dicit, quia ex atra bile. Sed de hoc morbo superius Aphorismo uigesimo egimus. Philotheus uero fieri dicit ὅσα πλὴν ἀνωμαλίου, idest, ob inæqualitatem.

καὶ τὰ μανικά, καὶ τὰ μελαγχολικά, idest, Et furores uel insanix, & atræ biles. De his etiā in uigesimo Aphorismo pertractauimus. Celsus hos duos morbos in suo Hippocrate non habuit, tamē sunt morbi autumnij: & si uere fiant, ortum habent in autumno, idest, materia illa, quæ ipsos causat, in autumno generatur. Philotheus dicit furores, ἢ φανθο
χολικά

ρολικό, ή δε μελαγχολικη από μελανο γίνεται χυμό, απόρ δὲν ἄμφω εὐρεῖν ἢ τὸ φθινοπώρω, idest, à flaua bile, atra autem bilis à nigro humore fit, quas biles ambas in autumno inuenire licet. Orisbafius in hoc aphorismo addit, articulorum dolores, quos in coxendicum dolore intelleximus: tamen hæc particula in nullo contextu Græco (quem uiderim) inuenitur.

GALENVS

IN autumno inquit, & æstiuorum morborum permulti fiunt, manente adhuc æstiuo humore in ipso, flaua bile scilicet. Neq; enim sicuti æstas ueri superueniens humores euacuat, ita & autumnus æstiuos, sed contrarium ex toto accidit. nam ex partibus extimis ad intimas ducit. Cum ratione igitur æstatem inquit nonnullos ex morbis uernis generare, autumnum uero non ex æstiuis aliquos, sed multos. Et quidem quartanas febres in hac ipsa hora fieri inquit, quia scilicet ex atra bile ortum habent quæ duplicem habet generationem: alteram quidem ex flaua bile superassata: alterã uero ex sanguine crasso. Fiunt autem & erraticæ febres in autumno propter temperaturæ inequalitatem, & lienes magnæ, ob atræ bilis superfluitatem, & aqua inter cutem ex liene contingit. Et si quæ dispositio tabida in dubio est, maximè autumno deprehenditur propter frigiditatem, ac siccitatem, & temporis inæqualitatem. Nihilominus autem & propter humorum praui tatem. Fiunt autem ob easdem causas eo tempore maximè urinæ stillicidia. Nam uesica in exordinatis, ac repentinis ad calidum, & frigidum permutationibus refrigeratur. Et quæ ex malis humoribus fiunt acritudines, ipsam molestant. Et tum præsertim, cum facta ad frigiditatem subita commutatio, eos qui hæctenus distabantur, & per sudores euacuantur humores ad uesicã conuerterit. Leuitates uero intestinorum sunt ueloces, & sine aliqua transmutatione ciborum excretiones, aut propter ulcerationẽ in summa parte uentriculi, aut intestinorum, quæ eodẽ modo fit quo illa quæ in pueris græco uocabulo aphthæ, idest, oris ulcera nominantur, uel propter potentiæ retinentis imbecillitatem. Quorum primum ex mordacibus, & substantiam tenuem habentibus humoribus fit. Secundum uero ex magna uentriculi, atq; intestinorum prouenit intemperie. Hæc ambo uero maximè autumno fieri contingit. Coxendicum autem dolores ex malignitate humorum, & frigiditate fieri par est. Anginæ uero ex biliosis humoribus ortum habent, qui ad fauces decumbunt, ab illis quæ uere fiunt differentes, quoniã illæ sunt quodãmodo pituitosiores: & quæ asthmata, idest, anhelationes græci uocant, tum propter humorum motum ad partes interiores, tum propter frigiditatem fieri consueuerunt. Propter hæc eadẽ & qui ilei, idest, uoluuli nominantur: sunt autem cibi superfluitatũ quæ per aluum inferiorem excernuntur retentiones, quæ magna ex parte fiunt ex alicuius intestinorum partis inflammatione. Maximè uero par est, ut frigidus, siccus, & inæqualis, & malos gignente humores tempore, partes ad uentriculum, atq; intestina attingentes offendantur. Nam qui estate tenues, & bene mobiles humores sunt generati, autumnus excipiens qui frigidus simul atq; inæqualis existit, ad profundum corporis agit. Sunt autem in profundo etiam intestina. Morbi uero comitiales accidunt his qui naturam habent ad hanc passionem procliuem, propter repentinam ad contrariam transmutationem. Calor enim media die, frigus uero in prima, & ultima parte, Nihil autem adeo comitalis accessiones, sicuti talis uarietas, aptum est generare. Furores uero ob tenuem, ac biliosorum humorum eueniunt malignitatem, sicuti melancholiam ex atra bile, de qua paulo ante dictum est.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Cur multi morbi æstiuui in autumno fiant, & rationem reddat, quia bilis adhuc in nostro corpore perseverat, quæ ab autumno non resoluitur, sicut ueris humores ab æstate resoluuntur. ideo non ab re superius ab Hippocrate dictum est, in æstate aliquos ueris morbos fieri: & hic etiã optime dicit, in autumno non aliquos, sed multos æstatis morbos generari.

SECUNDO docet fieri quartanas, aut ex flaua bile superassata, aut ex sanguine crasso: de quo Galenus uigesimo primo aphorismo quarti libri sermonem habebit, ubi inter illum sanguinis, & atram bilem differentiam assignabit.

TERTIO, In autumno febres erraticas fieri docet, ob eius temperaturæ inæqualitatem. Quid uero sint erraticæ febres, in Leonicensi interpretatione Galenus non docet, neq;

cet, neq; in Aldino contextu. neq; in meo antiquo habetur, sed codicem habui, in quo ad uerbum (si uerbum uerbo reddamus) ita legebatur. fiunt autem & erraticæ febres in autumno propter temperaturæ inæqualitatem. erraticæ autem dicuntur, quæ circuitus interminatos habent, quod & nomen manifestat. fiunt & ob materiam subiectam, quæ est diuerforum humorum. Deinde sequitur in Galeno, & lienes magnæ, & reliqua.

QUARTO docet, lienes magnas fieri ob atræ bilis exuberantiâ, ad magnitudinem uero atq; duritiem lienis aqua intercus sequitur, quoniam à iecore non attrahit, & ex consequenti debilior efficitur.

QUINTO docet, Tabidas dispositiones, quæ dubiæ sunt aperiri, imò & nouæ aliq; quæ propter humorum prauitatem generantur.

SEXTO docet, Urinæ stillicidia ab eisdem causis fieri, scilicet ob subitam frigiditatem & caliditatem, & ob humorum prauitatem, idest, ob ipsorum acredinem. Hoc loco contextus græcus, ubi latinus habet, fiunt autem ob easdem causas, ipse legit *ἐστὶ δὲ τὰ αὐτὰ τῶν πύσων, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν γίνονται, μάλιστ' ἐστὶ τῶν ὀραν ἐκάνων*, idest, ob quas, & hæc ipsa, & eo tempore maximè urinæ stillicidia fiunt.

Quod statim sequitur. Nam uesica in exordinatis & repentinis &c. Græce legitur *ψυχρὴ γὰρ ἢ κρύσις ἐν ταῖς ἀτάκταις καὶ ἀεπίνης ὕδρι τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν μεταβολαῖς*, idest. Nam uesica & ex eisdem repentinis ad calidum & frigidum permutationibus refrigeratur.

SEPTIMO docet, Quomodo, & ex quibus intestinorū leuitates fiant, & quid sint, nam sunt ueloces, & sine aliqua, (adde tu uel pauca) trāsmutatione ciborū excretiones, ubi causas ob quas fiunt, assignat, dicit aut propter exulcerationem in summa parte uentriculi, hic Græcus contextus dicit, *ἢ πῶς ἐκωσίου ὑπὸ πολλῆς ἢ τῶν γαστρῶν*, idest, uel propter exulcerationem in superficie uentriculi.

OCTAVO, Ex quibus Coxendices fiant, pertractare studet.

NONO docet, Anginas ex biliosis humoribus fieri, qui ad fauces decumbunt, in quo loco deest hæc particula, autumno, potiusq; legendum est, ad guttur descendunt, quàm ad fauces, nam contextus Græcus dicit *κωάγγει δὲ ὑδρι χολώδεσι χυμοῖς στωματικῶς φθινοπώρῳ, κατὰ σκήπτρον δ' εἰς τὴν φάρυγγα*, idest, Anginæ uero ex biliosis humoribus ortum habent, qui ad guttur autumno descendunt. Conuenientius autem est, ad guttur interpretari, quàm ad fauces, quia Hippocrates utitur hoc uocabulo *κωάγγει*, & non illo, *στωάγγει*, quippe *στωάγγει* est in faucibus, uel intrinsecis faucium musculis, *κωάγγει* uero in intrinsecis gutturis musculis. sed quia id uocabulum *φάρυγγει* ab aliquibus pro faucibus ab alijs pro gutture interpretatum reperitur, atq; usurpatum, propterea opus est fidum interpretem ut conuenit aptare, cum enim *κωάγγει* inuenies, & *φάρυγγει* sequatur, semper interpretari oportet, *φάρυγγει*, idest, guttur: at si inuenies *στωάγγει*, interpreteris *φάρυγγει*, idest, fauces, tamen & Anginæ in faucibus, quæ *στωάγγει* sunt, & in gutture, quæ *κωάγγει* sunt, fieri possunt. In hoc igitur loco interpretetis *φάρυγγει*, idest, guttur.

DECIMO, De asthma, quod latini anhelationem uocant, differit, quæ propter humorum motum ad intrinsecas partes, & propter frigiditatem fiunt.

VNDECIMO docet, Ileon, idest, conuoluolum ab eisdem causis fieri, & quod magna ex parte ob inflammationem fiant, tamen inflammationem semper esse, non est opus. Quod autem hic dicit, maximè uero par est ut in frigido, sicco, & inequali, hic deest copula &c. nam in græco codice ita legitur, *μάλιστ' ἐν ψυχρῷ καὶ ξηρῷ*, idest, maximè autem par est in frigido & sicco.

In illa etiam parte, ubi scriptum est, calor enim media die, frigus uero in prima & ultima parte, hic deest uerbū *γίνονται*, idest fit. nam Græcus cōtextus ita habet, *θάλπει μὲν γὰρ, ἐν τῆς μέσης ἢ ἡμέρας, ψυχρὸ δὲ, ἐν τοῖς πρώτοις τε καὶ τελευταίοις γίνονται*, idest, Calor quidem media die, frigus uero in prima & ultima parte fit.

DVODECIMO docet, Morbum comitalem in his solum fieri, qui naturā ad ipsum procliuem habent, & fit propter inæqualitatem. Nec istud nos latere uoluit, nihil esse a deo aptum ad comitalem morbum generandum, ut est autumnī uarietas, nempe eadem die mane & uesperī frigus, meridie calor, infestant. Deniq; de furore & atra bile sermonē habet, quorū primū ob tenues & biliosos humores, alterū ob atrā bilē fit. Quod autē hic dicit, fu

dicit, furores uero ob tenuem ac biliorū humorum, legi debet ob tenuium nam Græce est, *λεπίσ χυμοίς*.

H yeme uero morbi laterales, & pulmonis inflammationes, grauedines, atq; raucedines, tusses, dolores pectoris, & laterum, atq; lumborum, capitis dolores, uertigines, & apoplexia.

B R A S A V O L V S

V L T I M A anni pars secundum præscriptam Hippocratis assignationem hyemis est, quæ salubris est, quamuis rari illi morbi, qui hyeme contingunt, sæuissimi sint, atq; perniciosi: imò & hi, quos hic Hippocrates enumerat, uehementissimi sunt, & eo uehementiores, quo in hoc salubri tempore fiunt, quales lateralis morbus, pulmonis inflammatio, & apoplexia. At hi nec uehementes, nec perniciosi sunt, grauedo, raucedo, tusses, pectorum dolores, atque lumborum, capitis dolores, & uertigines. Celsus primo capite secundi libri hunc Aphorismum ita interpretatur, hyems autem capitis dolores, tussim, & quicquid in faucibus, in lateribus, in uisceribus mali contrahitur iritat.

Scito autem, Hippocratem tantam præstantiam hyemii tribuere, quod prope finem libri De humoribus in hunc modum exordiri audeat: Similiq; modo intelligendum, & auscultandum est, si quis non diu uiderit, & obseruauerit, prædicat, quale fuit hybernium tempus, talia erunt uer, & aestas. Scito quoq; præcitatos morbos hyeme fieri, si propriae suam naturam seruabit: nam si alijs qualitibus afficiatur, non est necesse hos morbos potius fieri, quàm eos qui ex oppositis qualitibus generantur.

Hippocrates præterea penultimo folio libri De alimentis, de cibus hyemis, lotionibus, uestitibusq; pertractat, & in principio etiam libri De alimentis de his copiosius & per factius sermonem habet.

Τὸ δὲ χειμῶν. idest, Hyeme autem] Celsus in recto interpretatur Hyems autem, sed suam constitutionem sequitur. incipit autem absolute hyemis morbos enumerare, non dicens quod aliqui autumnales, uel multi hyeme fiant, ut in præcedentibus aphorismis dixerat. Id forte in causa fuit, quia hoc subintelligendum esse uoluerit, uel quia autumnus nihil cū hyeme cōmunicat, tamen ultima pars autumnii, & prima hyemis eandem ferè naturam habet: propterea hoc modo dicamus, quod hic supposuit, illud subintelligendum esse. Vnde & Philotheus hoc eodem dubio utitur, & eodem ferè modo dissoluit, eius uerba hæc sunt, *ἤτε τί δὲ ἐκ ἀπρι; τοῦ χειμῶν τὰ πολλὰ* (.s. νοσήματα) *τῶ φθινοπωρινῶν, ἢ ἡνία, ὡς ποῦ ἔν τοῖς ἐμπεδοῖν ἐλεγγυ. ἐπὶ γὰρ τὸ κοινὸν βλαβόμην ἡμᾶς πῶσιν παρῶσαι τῶ ἐξημῶν, καὶ γὰρ τὰ πρότερα τοῦ χειμῶν κοινῶν ἐφ' ἀδινωπάρω*, idest, propter quid autem non dixit: hyeme multi autumnales, uel aliqui, sicuti in prædictis dicebat, etiam uolens nos à communi subaudire iam dicta. etenim principia hyemis cum autumno communicant.

πλευρίτιδες, idest, Laterales morbi.] Vel costales, qui potius uere & autumno apud nos fiunt, ex omni humore fieri possunt, sed ex pituita & bile præfertim: in hyeme ex pituita plerunq; causatur, unde Oribasius hic dicit, pleuritim quandoq; frigore, quandoq; ex calore fieri: ideo addit, aliquibus sanguinem mitti, aliquibus non: alijs lanam oleo calentem imponimus, ut aestate quando ex bilioso humore fit, qui adurit membranam illam quæ costas subcingit, ubi fit proprie affectio lateralis: quandoq; calida medicamenta, & unguenta adhibemus, ut in hyeme, cum ex frigido humore fit, biliosus adurit, & tumorem facit, pituita aggrauat, ac per hoc utraque tumorem faciunt, tumor membranam extendit illas costas tegentem, & confricatur ad latera, quæ pleura dicuntur, unde & pleuriticus morbus est nuncupatus. dolores autem graues facit, quia molle cum ossibus confricatur. Hæc Oribasius. Hippocrates quoque in prima pagina libri De ratione uictus in morbis acutis, pleuresim inter acutos morbos numerat, de cuius uictu, & quid in ea agendum sit, in his quæ sequuntur, eo libro

eo libro docet Hippocrates. opus autem est intelligere, laterales morbos ex pituita hyeme fieri ob temporis proprietatem: uel ex constringente frigore, & biliosum humorem ad pleuram exprimente excitari. quia in hyeme eque uidemus ex bile sicuti ex pituita laterales morbos fieri, imò ut plurimum ex bile; imò apud nos in hyeme raræ pleuritides accidunt, nisi in extrema hyemis parte, quæ ueris naturam sapit, in qua multi hyemales uestes immutare incipiunt, aliquo autem boreali uentum superueniente, aut maiori frigore, ob frigus illo morbo corripuntur. Philotheus uero ex frigore causam reddit iniquis, *πλευρίτις δὲ, καὶ τὰ τῶν ὁμοίων, ὅσα τὸ κρύον, βλαπτομένων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων, καὶ ἀπλῶς τῶν νδρωδῶν, καὶ τῶν βρογχικῶν ὀργάνων.* idest, Morbi laterales, & morbi his similes, organis respirationis, & simpliciter ijs quæ neruis constant, propter frigus offensis, & hinc defluxum patientibus. Paulus Aegineta libro tertio, capite trigesimo tertio de hoc morbo abunde pertractat, & Aetius, ac Trallianus suis locis, quem inflammationem esse dicunt, & in morbum lateralem nothum & uerum partiuntur, tu illos considerant. *ῥεμπνευμονία.* idest, Pulmonis inflammationes.] Vel ut absoluto uocabulo (Theodorum imitati) interpretemur, pulmonia, quæ ex frigore fiunt, nam ut Galenus inquit, cum omnes partes à frigore defendi possint, pectus & pulmo ob aerem quem attrahunt, non possunt. Celsus nec morbos laterales, nec dolores laterum, nec peripneumonias in hoc aphorismo referendo numerauit; sed id solum dixit, quicquid in lateribus, & uisceribus contrahitur, iritat hyems. Dolorem autem lateralem, & dolorem laterum in lateribus, peripneumoniam uero in uisceribus fieri constat, quia in pulmone uel circa pulmonem. unde & in Definitionibus Galeno adscriptis, dicitur, peripneumoniam esse pulmonis inflammationem, ad quam acuta febris & spiritus angustia sequitur, rubescuntque his partes sub oculis eminentiores, quas partes Græci *μύλα*, latini malas uocant. Sed hæc res exquisitius in Isagoge pertractatur, ubi secundum aliquos antiquos dubitari uidetur, an sit inflammatio, necne. Verba huius loci hoc innuunt, quæ hæc sunt, Aliquibus uidetur grauem pulmonis inflammationem, peripneumoniam esse, idque grauitate indicatur. aliquibus est contrarium uidetur non posse pulmonem inflammari, sed cum adiacentes & propinque pulmonibus partes in hoc malo fuerint, ab eis hoc malum inuenisse nomen, tamen in pulmone inflammationem esse, & Paulus libro tertio, capite trigesimo & Aetius cum alijs omnibus Græcis idem sentiunt: & quod hæc affectio à materia à capite descendente quandoque fiat, quandoque ab angina, quandoque ab ipso laterali morbo. Constat autem inflammationem esse. unde Celsus libro quarto, capite septimo & si non dicat inflammationem esse, tamen dicit: pulmo totus afficitur, hunc calum etiam subsequitur tussis bilem uel pus trahens, præcordiorum, totiusque pectoris grauitas, spiritus difficultas, magnæ febres, cõtina uigilia, cibi fastidium, tabes. Id genus morbi plus periculi, quam doloris habet.

κόρυζα. idest, Grauedines.] De quibus superius dictum est, sunt autem grauedines pituitosi morbi, & frequenter hyemales, ex obstructione partium nasi.

βράγχι. idest, Raucedines.] Celsus interpretatur, quicquid in faucibus contrahitur. In hoc loco, in Leonicensi codice ita legebatur, ut in sua interpretatione passim habetur, & ita antiquus contextus, quem habeo, & Aldinus legunt, sed codex alter post illam particulam *κόρυζα*, non habet istam *βράγχι*, sed hanc *λήθαργοι*. & re uera lethargi, idest, Veterni, hyemis tempore generantur, & ex materia pituitosa, & proprie sunt hyemis morbi. Tamen Galenus in commento, lethargi nō meminit. At in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis hunc aphorismum adducens lethargum ponit. Id mihi summe placeret, quod hæc particula lethargi ante illam Coryzæ poneretur, quoniam in capite lethargus fit. deinde grauedo in naribus, postea raucedo in faucibus uidelicet in *βράγχι*, postea sequuntur *βήχας*, idest, tusses, quæ in pectore fiunt, ut partium ordo habeatur. hæc uero affectiões, materia à capite ad has partes destillantur fiunt, quæ (ut Orbasius inquit) pituitosa est. Idem sentit Philotheus iniquens, *κόρυζα δὲ, καὶ βράγχι, καὶ βήχας, καὶ ἰληγοὶ ὅσα τὸ πλεονάζειν ἐν τῷ χειμῶνι τὸ ἀπὸ τοῦ ποίω ἀπὸ τῆς ὀπίθης ψυχῆς καὶ ὑγρῶν φλέγμα.* idest, Grauedines autem, & raucedines, & tusses, & uertiginos, propterea quod in hyeme causa has affectiones faciens abundat, quæ est frigida & humida pituita.

πόνος πλευρέων, idest, dolores laterum.] Celsus dicit quicquid in lateribus contrahitur, hoc loco unum scire oportet, Græcos distinctiora nomina habere quam apud Latinos sunt. nam ipsi habent *πλευρίτιδον*, & *πόνος πλευρέων*, idest, Morbi laterales, & dolores laterum, tamen apud nostros authores, quoties de *πλευρίτιδι* sermo fit, quandoq; interpretatum reperitur morbus lateralis, quandoq; morbus laterum, quandoq; dolor lateralis, quadoq; dolor laterum, propterea ego ita perpetuo suaderem, cum apud Græcos *πλευρίτις* reperitur, interpretandum esse dolorem costalem, cum uero habetur *πόνος πλευρέων* interpretandum dolor lateris uel laterum. aut hæc sit distinctio, quod *πλευρίτις* sit dolor lateralis uel morbus lateralis, *πόνος πλευρέων* uel *ὀδυνη πλευρέων*, uel *πλευρῆς πόνος* interpretetur dolor laterum, non lateralis dolor. hic autem laterum dolor ex temporis frigiditate prodit & sine febre, ut Paulus Aegineta capite trigesimalotertio tertij libri in fine docet. nunquam autem absq; febre pleuretis accidere potest. aliqui interpretati sunt languores lateris, quos laterum dolores, Hippocrates quinto Aphorismo huius tertij, spirante aquilone fieri dicebat, ob eius frigiditatem, quamuis & ob pituitosam materiam fieri nihil impediatur, quod & Oribasius sentit. Celsus capite sexto quarti libri de laterum doloribus pertractat, quos uehementes fieri dicit, & initium uel ex frigore, uel ex icu, uel ex nimio cursu, uel ex morbo est: tamen hic morbus non est pleuretis quia statim addit, interdum ad perniciem quoq; procedit, oriturq; acutus morbus, qui *πλευρητικός* à Græcis nuncupatur. Postea sequitur, Huic dolori lateris febris & tussis accedit: ut ex Celso manifeste deprehendi possit primū dolorem lateris sine febre esse, & pleuritim, atq; illum dolorem communi uocabulo dolores laterum appellasse.

πόνος σθεῶν, idest, pectorum dolores.] Non pectoris in singulari, ut Leoniceus interpretatur, ab eadem causa fiunt à qua laterum dolores. In meo antiquo contextu hic ordo est. ut primo dolores laterum, deinde pectorum dolores sequantur. In Leoniceo autem contextu, & in alijs, primo pectorum dolores, deinde laterum scripti sunt. At in re ipsa uel hoc, uel illud præponatur, nihil refert.

ὀσφύς supple tu *πόνος*, idest, Lumborum dolores.] Nota tamen quod hæc pars quæ à Græcis dicitur *ὀσφύς*, & etiam *ἰξύς* à Galeno in descriptione humani dorfi, est ea pars qua homines cinguntur. proprie autem à cinctu usq; ad nates. & ideo lumbus proprie non est latinum uocabulum huius nominis *ὀσφύς*, tamen omnes ubi interpretantur *ὀσφύς*, uocabulo isto lumbus utuntur. constat autem ab eadem causa fieri, frigiditate inquam & pituitosis humoribus ad eam partem transmissis.

Κεφαλαλγία, idest, Capitis dolores.] Contrahuntur inquit Oribasius ex pituita, imò & ex frigiditate temporis, superius Aphorismo decimotertio huius libri differentiam posuimus inter *κεφαλαλγίαν*, & *κεφαλῆς πόνος*, uel *κεφαλῆς ὀδυνη*, nam *κεφαλαλγία*, ex sola mala temperatura quandoq; fit, uel ex superfluis humoribus, uel ex utrisq; uel ex nimia uini potatione, uel ex sole, uel ex igne, sed qui *κεφαλῆς πόνος* dicuntur, hi febrem sequuntur, addidimusq; ibi *ἡμικρανίαν* & *κεφαλαίαν*, quorum primum alteram cranei partem, aliud totum significat, esse iuges, & semper manentes dolores.

ἰλιγοί, idest, Vertigines.] De his Galenus nihil pertractat, à pituitosis humoribus ad oculos euaporantibus fiunt, de uertiginibus autem, quæ à Græcis *ἰλιγοί* nominantur, diffuse aphorismo decimosextimo huius libri locuti sumus, eas ab his uertiginibus distinguentes, quas Græci *σκόμιαι* uocant.

Ἀποπληξία, idest, Morbi attoniti, uel apoplexiæ, quæ ex materia pituitosa, spirituum meatus obstruente ut plurimum generatur, habet enim hic morbus (ut Oribasius dicit) ex pituita originem, imò ex sola frigiditate fieri posse multi testantur. est autem proprius hyemis morbus, sed in fine hyemis apud nos multi concidunt. Celsus, nec uertigines, nec apoplexiæ, hunc aphorismum referendo, numerauit, quamuis ego intelligam & simul epilepsias, & alias eiusdem generis morbos, qui ex pituita generantur. Galenus hunc aphorismum ad uerbum ponit in octauo De decretis Hippocratis & Platonis libro.

GALENVS

H I E M A L E S morbos post autumnales exponens, non eodem modo, sicuti prius, dixit, neq; quòd hyeme multi ex autumnalibus. At qui prius in æstiuis ip

S sos con

fos comparans uernis, ita dixerat. Aestate uero horum nonnulli. In autumnalibus autem autumno, & aestiuorum multi. Nunc uero morbos hyemis simpliciter connumerat, siue quòd ex communi uoluerit hoc quoque in loco subaudire dictionem aliquid, uel simpliciter ostendens, tanquam nihil autumnale tempus cum hyemali communi, cet. Atqui primas partes hyemis fit rationabile, atque ita experientia comprobatur, cum autumno communicare. Ipse enim inquit: Aestiuæ quartanæ magna ex parte fiunt breues: autumnales uero longæ, & magis quæ ad hyemem coniunguntur, nisi quis dixerit ipsam de illis, quæ in extrema autumnii parte generantur facere mentionem. Verum morbos hyemis proprios hosce uult esse, laterum, & pulmonis passiones, quoniam instrumenta respirationi seruientia ex frigiditate læduntur, cum alia ita bene possimus obtegere, ut nihil, aut minimum sentiant ambientem frigiditatem. Anhelitum uero nemo potest cohibere, neque aliter datur respirandi facultas. Ob hanc igitur ipsam frigiditatem, tussis hyeme maximè fiunt, & laterum dolores, & ob eandem etiam caput oblaesum, grauedines, tussis, atque raucedines operatur. Fiunt autem, sicuti dolores laterum ob frigiditatē, sic & capitis, atque lumborum, & omnium partium neruofarum, uertiginis quoque cerebri læsiones consequuntur, sicuti & apoplexiæ. Nam & hæc passio fit cum caput repletur pituita.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus dubitat, cur in hyemalibus morbis eodem modo non dixerit sicuti in autumnalibus, quod multi ex æstate fiunt, & sicuti in aestiuis aliqui ex uere generantur: & rationes aliquas reddit, ut in ipso uidere potes. In principio commetationis ubi scriptū est, neque quod hyeme multi ex autumnalibus: illa negatio, neque, ex superfluo posita est. nam & si Græcus contextus dicat οὐδ' ἐπὶ τῷ χειμῶνι τὰ πολλὰ τῶν φθινοπωρινῶν, id est, neque quod hyeme multi autumnalium, ut contextus meus, & Aldinus habent, tamen affirmatiue legi debet sine particula neque, propter negationem quæ præcedit, ubi dicit, non eodem modo sicuti prius, adde quod in margine mei antiqui codicis à uiro docto, litera ita commoderata est, ut affirmatiue legat, ἐπὶ τῷ χειμῶνι τῶν φθινοπωρινῶν τὰ πολλὰ, sine particula ὅτι.

Quod etiam legitur, Atqui primas partes hyemis fit rationabile, (atque ita experientia comprobatur) cum autumno communicare, hic deest una particula, scilicet in morbis, quæ eo loco poni debet, cum autumno in morbis communicare, quamuis in Aldino contextu desit, imò & in ipso duo uel tres uersus in hac parte desunt, meus autem antiquus codex legit, κινδύντα τῶν φθινοπωρινῶν τῶν νοσημάτων. In Aldino codice omnia illa deinde desunt, ipse enim usque ad illam partem in qua dicitur, uerum morbos hyems &c. nihil habet.

SECUNDO Galenus docet morbos in hoc Aphorismo ab Hippocrate numeratos, esse proprios hyemis, quæ pars ex se adeo nota est, ut interpretatione non indigeat.

APHORISMVS XXIIII

IN ætatibus autem talia contingunt: paruis, & nuper natis puerulis oris ulcera (quæ aphthæ uocantur) uomitus, tussis, uigilia: pauores, umbilici in inflammationes, aurium humiditates.

BRASAVOLVS

DE morbis quatuor anni temporum plene exegit Hippocrates: nunc morbos omnes, qui in diuersis ætatibus ut plurimum fiunt, enumerare incipit, & hoc ordine, ut à principio ortus usque in finem, & extremum senium morbos consequentes enumeret. hic autem non est æqua ratio in ætatibus, qualis in temporibus fuerat, quia tempora ob proprias qualitates illos morbos causabant: nisi dixerimus quod & ipsæ ætates proprias temperaturas mutant, unde & illi morbi quos enumerabit, sint morbi gratum, licet ab alijs causis fiant quàm ab ætate sint. Ab infantili ætate igitur incipit, cum pueri

pueri statim in lucem prodire (non quidem omnes , sed aliqui) oris ulcera incidunt , quæ à græcis imò & latinis aphthæ nuncupantur , in eisdem uomitus fiunt , & in aliquibus uehementissimæ tussis , quæ plerunq; uomitus causæ sunt , uigiliæ in alijs , paures , umbilici inflammationes , aurium humiditates ut purulentia quædam profluat. hi sunt morbi , quos nuper nati pueruli ut plurimum incidere possunt , si comitiales morbos addiderimus , quos nostrum uulgus *Brutam* appellat , quamuis solum *bruta* sit , cum bilis atræ portio mixta fuerit .

Celsus hunc aphorismum per aliam complicationem refert , quoniam illis Aphorismis ipsum iungit , in quibus de ætatibus sermo erat , & ad tempora comparat , uidelicet quod pueri & proximi his uere optime ualent , & ætate prima . coniunctis igitur & simul nexis aphorismis hunc ita proponit ; tamen si qua imbecillitas oritur , proximum est , ut infantes , tenerosq; adhuc pueros , serpentia ulcera oris , quæ ἀφθαῖ Græci nominant , uomitus , nocturnæ uigiliæ , aurium humor , circa umbilicum inflammationes exercent . Galenus & ipse in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis hunc aphorismum citat , & ad uerbum usq; refert .

Hippocrates in lib. De capitibus uulneribus , de urbibus quæ palustribus lacustribusq; aquis utuntur , sermonem habens , dicit , pueri neruis conuelluntur , spiritusq; angustia laborant , & morbo comitali .

Εν δὲ τῆσιν ἡλικίαισι ποιά τὰ συμβαίνει . idest , In ætatibus autem talia contingunt .] Hoc loco inquit Oribasius , cum in multis locis de ætatibus locutus sit Hippocrates , nunquam talem definitionem ætatum dedit , qualem nunc . sapius enim sex definiuit ætates , nunc multo plures enumerat mutato ordine . unde & Galenus hic dicit , quod elaboratius ea tractauit quæ ad ætates attinent , quàm quæ ad tempora , facta in minores partes diuisione .

Τοῖσι μὲν μικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδοῖσιν . idest , Paruis quidem & nuper natis puerulis .] A principio ortus incipit , ut per totam humanam uitam quos morbos incidamus enumeret . Celsus primam partem non interpretatur , sed bene hanc secundam , hoc modo , Primum est ut infantes , tenerosq; adhuc pueros . cum enim in hac ætate sunt parui proxima , teneri sunt : & re uera morbi , quos hic enumerat , tenellis potissimum accidunt . hoc autem loco Oribasius dubitat , cum de hac tenera ætate sermonem habeat , utrum de pueris solum loquatur , an etiam de puellis . Quod uero de pueris , & non de puellis intelligat , indicium esse potest , quod nunquam reperit de puellis Hippocratem disputasse . Respondet Oribasius cum omnia humana corpora medicinè subiecta sint simul cū uiris de puellis differit . Nos uero addamus , de puellis seorsum tractasse Hippocratem , ut in libro De seminis genitales natura , & in libro De pueri natura , de puella priuatim tractat .

Αφθαῖ , idest , Oris ulcera .] Iure consulti de Edicto ædilitio disputant , an qui laborant aphthis , morbo si uitiōsi dicendi sint . In ore autem omnia pustularum , & ulcerum genera fieri possunt , hoc autem genus quod aphthæ dicitur , pueris accidit . Sunt autem parua ulcera alba , quæ & palatum & totam linguam in puerulis adeo tegunt , ut papillam circumligare , stringere uel non possint , & mori cogantur , aliqui tamen euadunt . Arabes hoc genus pustularum *Alcola* uocant , lactentibus puerulis , ob mollitiem membri , & partis serosæ lactis abstersionem accidunt , & ideo à Philotheo dicitur , hæc oris ulcera fieri ἔστ' τῶν μαλακώτεται τῶν ὀργάνων μὴ φρόντων τῶν ποιοτήτων τῶν γάλακτος . ἔχει γὰρ ὀφθαλμίσθρον καὶ σπινυτῆρον , καὶ τῆ δ' ἡβῆς , ἐργάζεται τὰς ἀνεπιπληκτικὰς ἰκκώσεις ἐν τῷ σώματι . idest , propter mollitiem organorum , lactis qualitatem non ferentium , quàm serosiore & acriorem habet , & sua mordacitate in superficie oris hulerationes facit . Galenus in Definitionum libro sibi adscriptarum aphthas dicit oris ulcera esse , quæ in ore fiunt non multum profunda , quæ potissimum in pueris abundant . Plinius absolute uocabulo oris ulcera nominat . Paulus Aegineta libro primo capite decimo de aphthis agens , ex colorum diuersitate tres species facit , terba eius hæc sunt : ulcus quoq; oris , cui aptha apud Græcos nomen est , nuper natis plerunq; incidit , alias quidem sub candido , alias rubescente , quandoq; atro colore , & qualis in adustorum crustis uidetur , quod omnium periculosissimum , & maximè letiferum di-

citur. Nos frequentissime genus illud subalbidarum aphtharum uidemus, cum liuente uel nigrescunt, commoriuntur omnes. de liuidis nullam mentionem fecit Paulus, quoniam sub nigris eas intelligit, forte etiam de luteis nihil pertractauit, quia sub rubris luteas complexus est. humorum genera, ex quibus fiunt, aphthas distinguunt. tamen maxima aphtharum pars calida est. Aetius & ipse libro octauo capite trigesimo nono de aphthis pertractas inquit, quae in superficie oris fiunt exulcerationes, Graeci aphthas appellat, habentes in se quiddam igneae caliditatis. fiunt autem ut plurimum infantibus, quum uitiosum existit lac nutricis, aut alias puer non probe concoquit. Ex quibus Aetij uerbis colligi potest, & in pueris, & in hominibus fieri aphthas, tamen apud nos ut plurimum puerulis, & uitio lactis accidunt, & ulcera alba frequentissime apparent. Celsus non ab re serpentina ulcera aphthas appellauit, quoniam per totum os serpunt, linguam & palatum complentes.

Εμψι. idest, Vomitus.] Qui potius ob lactis abundantiam, quod exungunt, fiunt, quam ob aliquam intemperiem, paruam etenim uentriculum habent, qui ex pauca lactis copia facile impletur, unde & Oribasius cum Galeno dicit, Vomitus patiuntur propter copiam lactis ingesti. Quibus consentit Philotheus inquitens, *εμψι δε επειδη αφρω πηα πλω σωθειαι το γαλα τα παιδια δε χριμνα, και πολυ βο πληθει βαρυνηται ο σωμαθ,* *και απεπθεται, τοτο εν απεπθελος θζειμειται.* idest, Vomitus autem, quoniam repente praeter consuetudinem pueri lac haurientes: stomachusque multum copia grauatur: nec concoqui potest, hoc autem non concocto, fiunt uomitus. Si quis ergo multum lactis uomit, huic ueter sifitur, ut Hippocrates in libro De pueri dentitione docuerat. sed nos hunc uomitum inter aegritudines computandum non esse iudicamus. propterea Hippocratem contemplato, mihi uisum est per uomitum, non eum qui ex multitudine lactis intelligendum esse, sed illum qui ex relaxatione uentriculi fit. nam uentriculum mollem habent, qui ob copiam facile debilior efficitur, ut postea debilis effectus ex minori copia etiam euomat.

Βηχρ. idest, Tussis.] Nec Galenus, nec Oribasius hanc particulam interpretantur, tamen in meo antiquo codice, & in Aldino, & in pluribus alijs scripta est, & Galenus in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc Aphorismum referens, ponit tussis. At Celsus in suo codice non habuit, ueruntamen in illa aetate tussis fiunt: quoniam & Hippocrates in libro De foeminarum morbis, de tussi infantulorum, & remedijs tractat, quamuis illa pars ab Hippocrate edita non putatur: nos uero in hac aetate ingentes tussis fieri in dies experimur, quae frequenter causae uomitus existunt. & Philotheus tussis ponit: quas *εστ το υζρον το σωμαθ,* idest, propter corporis humiditatem fieri dicit.

Αγρυπνια. idest, Vigiliae.] Celsus interpretatur Nocturne uigiliae, pueri (ut inquit Galenus) plurimum dormiunt: ideo uigiliae, eorum passio non est: nisi quis dixerit, ob passionem uigiliae infantibus induci: hoc enim uerum est, pueros humida capita habere, & illis continuo ferè propriam somni causam in promptu esse: imò & lac ipsum humiditatem & somni causam auget. at quia lac corrupti contingit, & acres uapores ascendere, atque acutos qui cerebrum excitant, propterea uigiliae incidunt. Oribasius propter dolorem uigiliae fieri putauit, dolor autem ex alijs affectibus euenit. Nempe hoc dubium mouet, quomodo uigiliae infantibus & nuper natis adducit, quum somnus ex frigiditate & humiditate fiat? Imò infantes adeo humidi sunt, ut etiam eorum ossa tenella & humentia sint. Respondet, multa in unum conuenire, ut è contrario uigiliae patiantur: infans enim ab utero per umbilicum pendet, per quem & nutritur, & dum recens editur, multis patet iniurijs: primo quia abscinditur illi umbilicus, secundo quia ab aere uexatur, tertio quia aduenientes mammae aperiunt illi os, recens suscipit palatum, recens uentrem, recens uirtutes operatrices: haec omnia de nouo suscepta exacerbationem praestant, ut umbilicus dolorem, dolor uigiliae faciat. haec Oribasius de puerorum uigiliae. Philotheus uero uigiliae fieri indicat *επειδη α αφθαυ λυπησι, και οι εμψι φροχλοσιγ.* idest, Quoniam oris ulcera dolorem afferunt, & uomitus turbant. Aliqui sunt qui noctu dormire non possunt, interdum dormiunt: ego dolores uentris esse arbitror, qui potissimum ea hora molestant.

φίβοι. idest, Pauores.] Quos Galenus ex prauis humoribus os uentriculi mordican-
tibus fieri dicit, tunc insomnia terribilia accidunt, & ex consequenti pauores, qui in pue-
ris etiam adultioribus contingunt, inter dormiendum potissimum fiunt, unde à Phi-
lotheo dicitur, *φίβοι δὲ δκλονοῦσι μετὰ τὸν ὕπνον*. idest, pauores autem uidelicet per so-
mnum, deinde horum pauorum causam assignat, *ὅτι τὰ ἐκ τῆς ὄντας πικρᾶς ἑσπῆς ὡς φων*
πασι τὸ ἐσομῶντον. idest, Quod perturbantur frequenter somnijs tanquam ab imagi-
natione patientes, iudicat uero Philotheus hos pauores, uentriculi passionem esse, in-
quiens *τὸ δὲ πικρῶς σωματικόν*. Putamus Celsum sub nocturnis uigilijs hos pauores in-
tellexisse, quos etiam ob humores atrabilarios ex matris utero comportatos fieri arbi-
tratur. habent uero hos pauores, praesertim tempore noctis. Oribasius hoc loco pro
pauoribus, manuum iactationes dicit, quas ob aeris frigiditatem fieri putauit, additq;
hanc esse causam cur infantes à nutricibus deligentur, facienturq;. Sed hac causa non
contentus alias adducit, quæ sunt, primo ligari infantes, ut manus & pedes directe sint,
secundo ne iactantes torqueantur: tertio ut constricti ab aere minime corruptantur.
minus autem corrupti, minus dolent. Hippocrates in libro De infania, uel atrabile, de
puerorum terroribus tractat, quos ab atra bile fieri censet.

ὀμφαλοῦ φλεγμοναί. idest, Umbilici inflammationes.] Nam umbilicus abscinditur
(ut Oribasius dicit) & Galeno teste, cum sit nuper abscisus, non est praeter rem quod
inflammetur, sicuti in quacunq; alia parte corporis ulcerata. Eandem causam Philothe-
us assignat, inflammari *ὅτι τὸ πύλω*, idest, propter abscisionem. Celsus interpretatur,
circa umbilicum inflammationes: sed re uera in ipso *ὀμφαλῶ* sunt, imò & in pellicu-
la illa corrugata, quæ à latinis uetula, à Græcis *χρᾶς* dicitur, fieri contingunt. facta
enim incisione, humores multi illuc fluere possunt & praesertim sanguis, qui ibi firma-
tus inflammationem facit. phlegmon enim & inflammatio ex sanguine fiunt. imò soli
tumores etiam in umbilico generantur, & plerunq; nimis dilatati cernuntur, ut in il-
lustriissima Anna Estense in hac aetate, quæ tamen breui sanitati restituta est. Hippocra-
tes post medium septimi libri epidemiorum, ubi de Hegesipolis paruo filio sermonem
habet, casum ponit, in quo is puerulus ex umbilici dolore obiit.

ὀπιω ὑγρότητες. idest, aurium humiditates.] Celsus aurium humor interpretatur.
at non solum humor est, sed plerunq; pus uerum exit. filiam habeo Lauram nomine,
cui statim ab ortu pus ex sinistra aure exire coepit, & per multos menses cum teterrimò
illius auris foetore perseuerauit, in reliquis sanissima est, post nescio quot menses sini-
stra auris profluere cessauit, & dextera pus profundere coepit, quod usq; ad decimum
septimum mensem emanauit, deinde pus cessauit, & continuo sanissima uixit. Arbi-
tratur hoc fuisse uniuersale naturæ iudicium, quo huius puellæ male affectum cere-
brum expurgauerit. Oribasius causam assignat, aurium humorem pati, quia parum
nutrimentum accipientes, totum ad concoctionem naturæ transferunt: in cerebro ue-
ro concoctio obitur, quum in aurium cauernis, quatenus nouitas sinit pinguis inuenit-
ur materia, quæ in duritiem concocta, humorem aurium facit, unde humores procre-
antur. Dicimus enim ipsum lac quod accipiunt, concoctiōni magis proficere, quàm
excretioni, ideoq; humoribus ministratur, qui adhuc indigent. Sed nos putamus, e-
tiam absq; tumore fieri: imò quod à cerebro humiditates quandoque transmittantur,
quæ non sint pus, quandoq; uero & pus & tumor simul fiunt. Philotheus simplici-
ter *ὅτι τὸ πλεονάζου ἀπὸ τῆς ὑγρῆς*, idest, propter redundans humidum in ipsis causam
esse censuit.

GALENVS

QVÆ ad aetates attinent diligentius elaborauit, quàm quæ ad anni tempora, facta
in minores partes diuisione. In puerulis igitur nouiter natis, ait fieri apthas, sic
autem græci uocant ulcera, quæ summam oris occupant partem ob molliciem maxi-
me facta instrumentorum quæ neque tactum, neque lactis sustinent qualitatem, quòd
non paruam in se serosam continet partem. Hæc autem pars uim habet abstergendi.
Quare non mirum si in corporibus mollibus quasdam per summa facit exulcerationes

Vomitus autem tunc his fieri par est, propter lactis quod assumunt multitudinem. Vigiliæ uero haud quaquam ipsis sunt assuetæ, ut qui maiori parte temporis dormiant, nisi forte ob ipsam passionem fieri infantibus uigilias opinetur, si quidem somni abundantia ipsis maxime secundum naturam inest. Et pauores etiam per somnum infantibus ad sunt, his præsertim qui sunt natura edaciores, quando loca ad uentriculum pertinentia sensu quidem uigeant, sed imbecillia existant, cibus uero corrumpitur. Nos si quidem obseruauimus, non in tantillis solum, sed etiam in ætate perfectis, terribiles fieri per somnos imaginationes, quando multi, & uitiosi humores grauant, & mordent uentriculum, præsertim ipsius os. Hæc enim ipsius particula præcipuum habet sensum. Umbilicorum autem inflammationes non multo antea præcisorum, non sine ratione nouiter natis puerulis accidunt, non secus ac si qua alia pars foret ulcerata. Verum & aurium humiditates morbis annumerat, non tamen, & palati, & narium in eodem numero ponens, quoniam naturæ conuenit per nares, atque palatum cerebri superfluitates expurgare, & sit hoc etiã his qui sunt ætate perfecta. A natura autem aliena est expurgatio per aures. Verum & infantibus etiam per aures cerebrum expurgatur, & recte Hippocrates inter proprias huius ætatis passiones, etiam aurium scripsit humiditates. Est quidem igitur & totum corpus nouiter natis puerulis maxime humidum, adeo quod & ossium natura, in ipsis potius cærea, quam lapidea uideatur. Præ cæteris uero partibus cerebrum humidum existit, ut quod etiam in perfectis talem habeat in temperaturam. Quare non absque ratione in foramina eis, cum superfluitates abundant per omnia excernuntur.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, Hippocratem de ætatibus elaboratius loqui, quam superius de temporibus fecerit, quoniam in minutissimas ætates fecat.

SECUNDO de Aphthis tractat, quas ob instrumentorum mollitiem fieri dicit, quæ neque tactum, neque lactis qualitatem substinent, in qua serum est, quod naturaliter uim abstergendi habet.

Quod in hac parte dicitur, sic autem græci uocant ulcera quæ summam oris ulcerant partem, Græcus contextus loco illius particule, summam, habet, *ὑπὸ πλῆσ*, idest, superficiem. Inquit enim, *καλοῦσι δὲ ὄπας τὰς ὑπὸ πλῆσ ἐλκώσεις ἢ τὸ σόμα*, idest, sic autem uocant ulcera, quæ in superficie oris fiunt.

In Galeno dubium uideretur, quid intelligendum sit per hoc, quod instrumentorum mollities non substinet tactum, Respondemus, intelligendum esse, non substinerem duram quæ tangat, uel habentem qualitatem aliquam acrem. Dicit præterea quod non substinet lac propter serum, quod uim abstersiuam habet. hic deest una particula, scilicet naturaliter, nam Græcus contextus ita dicit, *ἐν πηκῶν δὲ ὄπαι ὄπαι τὴν φύσιν*, idest, hæc autem pars uim habet abstergendi secundum naturam, uel naturaliter. Quod statim sequitur, qualidam per summa facit exulcerationes, nos potius interpretandum iubemus, per superficiem, nam & hic dicit *ὑπὸ πλῆσ*.

Sed dubium hoc loco non dissimulandum, nec sicco pede transeundum occurrit de seri qualitate, nempe abstersiuum dicitur: propterea dubitandum uidetur, quam qualitatem abstersiuam habeat, & an serum tale sit, uimque exulcerandi habere possit. Videtur in primo statim disputationis uestibulo, si serum abstersiuum sit, calidam qualitatem habere, imò Dioscorides serum non solum abstergere dicit, sed etiam è corpore humores educere, quod est caliditatis indicium. unde & Galenus in tertio libro De alimentorum facultatibus, ubi de sero pertractat, inquit: ueteres ad alium exonerandam creberrima hac potione usi sunt, & de lacte ipso tractans, causamque cur soluat, assignans, inquit, esse propter multum serum, quod habet admixtum. In fine etiam huius partis, in qua de lacte agit, lac triplicem substantiam habere docet, caseosam, serosam & butyrosam. de serosa parte loquens inquit, crassitiam humorum extenuat, & alium subducit. & in fine illius partis, in qua de acido lacte disserit, inquit, tanto magis lac subducere, quanto plus habebit seris: hæc autem sunt caliditatis opera, nosque experientia docet, lecoris obstructionem sero aperiri, & singulis annis multi ex seri caprini potu ab obstructione liberantur. Mauritanii quoque &

que & Damasceni medici serū calidum esse testantur. Mesue etenim dicit, aquam lactis, calidæ & sicca complexionis esse in primo gradu usque ad secundum. & Auicena capite. 444. secundi libri, de lacte tractans inquit, quod natura eius aquositas est calida. Nosq; idem hoc medio suadere possumus, quia nullus est, qui non concedat urinam esse calidam; urina autem est aquositas sanguinis. At simile est in lacte serum, quod in sanguine aquositas, ideo eandem qualitatem habebit, à natura enim aquositas ad hunc finem generatur, ut sanguis per omnes corporis uenas deducatur. Deinde illa aquositas reuertitur, & ad urinæ meatus transit, atque exit, quia nullum aliud officium habet, nec nutrire potest. In lacte serum est hæc aquositas, quæ lacti mixta est. Lac enim nihil aliud est, quam sanguis in carne illa mamillarum glandulosa iterum coctus, quæ dum concoquit, rubrum colorem aufert, & album inducit. talis autem glandulosa caro frigida & humida est; unde hoc quod in lacte serum dicitur, est sanguinis aquositas, quæ cum per uias urinarias exit, urina nuncupatur. cum uero urina sit calida, & ipsa sit aquositas sanguinis, quæ serum dicitur, serum ipsum calidum esse oportet. nec ad illud tanquam ad asylum fugiendum est, quod urina in renibus caliditatem acquisiuerit, per quos aquositas illa quæ serum dicitur, non transiuit, quoniam & in ipsis mammis altera coctio facta est. Neque ad istud tute confugere poteris, quod mammarum caro frigida sit, quia id opus concoctionis lactis per caliditatem fit. Adde, quod in uenarum dissectionibus, aquositas illa quæ à sanguine separatur, calorem, saporem, & urinæ substantiam habet, tamen ad renes adhuc non transiuit. tamen non tremis inficias, illius aquositas caliditatem in renibus magis intendi, quum & ipsa suapte natura calida sit, quum uero ad renes profluit, & per meatum urinarum exit, sanguinis dispositionem ostendere putatur. ex his igitur inferendum uidetur, serum calidæ temperaturæ esse.

At in oppositam sententiam, Galeni uerba facere uidentur, qui libro quarto De simplicium medicamentorum facultatibus capite decimo sexto, ubi disputat, propter quid mel ob caliditatem ualidiorem amaritudinem contrahat, lac uero dulcius efficiatur. In illo capite dicit, lac ex tribus substantijs compositum esse, caseo, butyro, & sero: postea addit, at excrementum illud serosum, & frigidum & humidum est. & in tertio libro De arte curandi, serum frigidum facit. & in septimo eiusdem De arte curandi libro idem colligi potest, immo & ad hoc probandum ratio quædam philosophica in promptu est. nam Aristoteles in quarto libro Meteororum (si is liber Aristotelis sit) docet, solum ea quæ frigida sunt, liquida, coagulari per frigus. At illa enumerans quæ frigore coagulantur, inquit, ut sunt quædam uina, acetum, lixiuium, serum. Igitur serum frigidum est, tum ex philosophi sententia, tum ex ratione ipsa, quæ ita esse demonstrat.

In hac igitur ambiguitate, quid dicere oporteat, inexplicatum uidetur, quoniam rationes & magnorum uirorum authoritates hinc inde tanquam instructæ acies militare uidentur: immo si calidum sit quia euacuat & abstergit, erit in Galeno contradictio, qui in tertio libro De alimentorum facultatibus, ipsum soluere dicit. in quarto autem De simplicium medicamentorum facultatibus, capite decimo sexto, frigidum et humidum esse iudicauit, immo & in decimo De simplicium medicamentorum facultatibus ipsum calidum ponit, quia & extergendi, & subducendi uim habet. Nos igitur (ut hanc controuersiam eo meliori modo quo fieri potest conciliemus) aliquam caliditatem sero inesse dicamus, tamen non talem, tantamue, quin à frigidioribus partibus superetur. ratione huius caliditatis & acridinis cuiusdam non multum manifeste, tamen quæ aliquo modo sentiatur, si quis pensiculate gustet, in ipso uires sunt attenuandi, detergendi, & subducendi per aluum: suapte autem natura, & pro maiori parte frigidum & humidum est, ob maiorem mixtæ aquositas copiam. Dioscorides libro secundo propter hanc paruam caliditatem & acridinem dicit, serum efficacius in purgando est, quam lac, & quod his datur, quos sine acrimonia purgare uolueris, quales atra bile laborantes, comitiales, lepræ, elephantiasis, & toto corpore popularum eruptiones. Experientia uero frigidum esse docet, propterea uulgus nostrum in mense Masi, ut bilis calorem supprimat, & erumpentibus pruriginosis pustulis succur-

rat, serum copiose propinat: sed caprinum potissime quarit, aut asinum, & intentū assequitur. Adde, quod id lac apud auctores frigidius existimatur in quo plus feri inuentum sit, ut de asino Galenus infert. Serū igitur frigidum esse constat, quod eius quoque gustus, qui insipidus est, probare uidetur. Nec ratio illa te commoueat, ut ipsum calidū esse fatearis, quoniam abstergat, etenim aqua ordeī idem efficit, tamen frigidam esse constat. Subducit uero serum ob modicam illam acredinem, & caliditatem, quam in se habet. Hæcque de fero dicta superfunt, in quo & caliditatem aliquam, & aliquam acredinem inesse putamus, quæ abstergit, & aphthas in puerorum ora facit. His autē modicis qualitatibus Damasceni & Mauritanī illecti, serum calidum esse professi sunt, cum tamen absolute non sit.

TERTIO Galenus dicit, uomitum fieri ob multitudinem lactis, quam exungunt. Nos uero addidimus, ob malam uentriculi affectionem, uomitum induci, at copia ipsa lactis malæ affectionis causa est.

QUARTO docet, Vigiliis non inesse pueris, quia naturaliter dormiunt, tum ob naturæ humiditatem, tum ob lac, quod exungunt, nisi hoc sit propter passionem, quod Oribasius plenius docuit, ut in Aphorismi contextu dictum est.

QUINTO docet, Pauores in somnis fieri, saltem edacioribus, quando loca quæ ad uentriculum pertinent, multum sensibilia sunt, & cibi corrumpuntur, immo hoc idem inquit, accidit in ætate perfectis, quando multi uitiosi humores os uentriculi mordent, & aggrauant.

Quod legitur, Iis præsertim qui sunt natura edaciores, hæc particula, Edaciores, Græce est, *ἰσχυροί*, quæ significat quidem edaciores, sed etiam significat cruda comedētes, qui locus ita interpretari posset, ijs præsertim qui natura cibos crudos edūt; sed hoc uocabulum Natura ostendit melius esse interpretari edaciores, quæ cruda comedentes.

In eo etiam quod legitur, sed imbecillia existant, deest est hæc particula, Natura, ut hoc modo legatur, sed imbecillia natura existūt. nam in hac parte Græce adest hæc particula, *φύσει*, quam in Leonici contextu defuisse arbitror.

In illa etiam parte, in qua scriptum est, hæc enim ipsius particula præcipuum habet sensum, defunt duo uerfus, quos etiam puto in Leonici contextu defuisse. nam tātus uir non omisisset, immo et in Aldino codice defunt, in meo autem antiquo scripta sunt, & necessario apponi debent, quia causam reddunt, cur pueri pauores incidunt. Verfus autem hi sunt, *Νεωσι γὰρ ἐκ τῆς μήτρας τὰ παιδία ἐκπλήθονται τὴν ἐκ τῆς πύλης τοῦ ἀέρος μετασυσσίνου, ὅθεν φόβοι αὐτοῖς γίνονται.* id est, Nuper autem ex utero exeuntes pueruli, à circumstantis aeris consistentia percutiuntur, unde timores ipsis fiunt. Tu ipse cognoscere potes, hanc particulam esse ualde necessariam, quia pauorum nuper natorum puerorum rationem assignat.

SEXTO umbilicorum inflammationes fieri docet, quoniā recenter abscisi fuerint, & ideo inflammatio fit, sicut & in alijs partibus abscessis fieri solet.

SEPTIMO aurium humiditates generari docet, ob nimiam totius corporis & capitis humiditatem, auris autē non est proprius locus expurgandi superflua, propter hoc inter puerorum discrimina enumerauit. non dixit autem palati aut narium humiditates fieri, quia per illas uias naturaliter fluunt, & licet naturaliter per aures materia quædam exeat, tamen nec humida est, nec in tanta copia, in quanta illa est, quæ puerulis exit in modum emanantis puris: immo plerumque uerum pus est, ut in puella mea, de qua superius sermonem habuimus. Notatque hoc loco Galenus, puerorum ossa cerea potius esse, quàm lapidea, quia in suam duritiem, in quam peruentura sunt, nondum peruenerunt: durefcunt uero tum ex cibis, tum ex aere circumstante, tum natura ipsa hoc intendente, & perficiēte, ut animales operationes, & motiue perfici possint. Hippocrates in libro De capitis uulneribus, de puerorum ossibus uerba faciens inquit, puerorum quidem ossa, tenuiora tenerioraque sunt, quoniam sanguinolentiora; magisque caua sunt, minus uero conuexa, densa, dura, et solida sunt, minusque telis leduntur, cum paribus, similibus, ualidis, non ualidis similiter sauciantur, puerulique minus quàm pueri natu maioris, plusque & citius pus gignunt, citiusque sanescunt, quique uulnere perituri sunt, pueruli citius quàm

quàm adultiores pereunt, ex quibus habetur, puerorum ossa, & tenella esse, & minus of-
fendi, quàm duriora.

In fine commentationis Galeni ubi scriptum est, Quare non absque ratione in fora-
mina, eis quum superfluitates abundant, per omnia excernuntur; hæc pars & prauum
sensum, & constructionem prauam habere uidetur. quoniam illa particula, per omnia, &
hanc particulam foramina determinare debet, at recte iungi non possunt per omnia, &
in foramina. Græcus præterea contextus aliter dicit, & alium sensum facit, qui & ue-
rus est, & nullus alter dici potest. Galeni autem uerba, hæc sunt, ὡς τε βυλῶνος ἀντις ἐ-
πειδὴ πλῆθὺς ἐστὶ τῶν ποδῶν, ἃ ἐκ πάντων ἐκκρίνεται τῶν πόρων. idest, Quam ob rem ra-
tionabiliter eis, quum superfluitates abundant, per omnes excernuntur poros, idest, per
omnes meatus, uel per omnia foramina. πόρος enim & meatum, & uiam, & foramen si-
gnificat. Hic nos interpretaremur meatus, quoniam aures meatus sunt, per quos fit hoc
tempore expurgatio.

APHORISMVS XXV

In progressu uero cum iam dentire incipiūt, gingiuarum prurigines, febres, con-
uulsiones, alui profluuia, & maxime cum caninos edunt dentes, & his præser-
tim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

BRASAVOLVS

MORBI qui in præcedenti Aphorismo dicti sunt, perseverant, quousque pueri de-
tire incipiant, sed postquàm dentire inceperint, his alij morbi fieri consueuerunt, circa
gingiuas pruritus, qui symptoma est, febres, conuulsiones, & alui profluuia, sed hæc
potissimum sunt, quum caninos dentes edunt. Addeq; hæc potissimum fieri crassissi-
mis pueris, & qui duras aluos habent. Philotheus dicit præcedentem Aphorismum esse
primam ætatem, hunc uero secundam. Verba eius hæc sunt, ἕως ὅδε ποδῶν τῆς πρώτης ἡ-
λικίας φασὶν, μετέχεται δὲ λοιπὸν καὶ ὑπὲρ τῶν ἑδν τῶν. idest, Hactenus de prima ætate
uerba fecit, postmodum transit ad secundam, nam ipse hos duos aphorismos, ac si unum
essent, simul copulauit. Celsus capite primo secundi libri hunc Aphorismum Latine ita
refert: proprie etiam dentientium, gingiuarum exulcerationes, distentiones neruorum, fe-
bricula, alui deiectiones, maximeq; caninis dentibus orientibus male habent, quæ pe-
ricula, plenissimi cuiusque sunt, & cui maxime uenter adstrictus est. Referturq; ad uer-
bum hic Aphorismus à Galeno octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis.

Scito etiam, passiones in præcedenti Aphorismo positas, posse & in alijs ætatibus
prouenire.

πρὸς δὲ τὸ ὀδονοφυεῖν προσάγασιν. idest, in progressu uero ad dentitium] uel cum iam
incipiunt dentire, uel (ut Galenus in octauo De dogmate Hippocratis & Platonis) de-
titionem incipientibus. Celsus ita interpretari uidetur, proprie etiam dentientium. nam
ex his passionibus aliquæ sunt, quæ solum dum detiunt, fieri possunt. aliquæ uero sunt,
quæ & dum detiunt, & alijs etiam temporibus fiunt.

οὐλῶν ὀδραξισμοί. idest, Gingiuarum prurigines] hoc tēpore fiunt, quia dentes pro-
deunt, & tanquàm stimuli, gingiuarum carni infiguntur, ideo pruritus cum quodam do-
lore causatur: propter hoc à mulierculis luporum dentes, atque elephantum, & cora-
lia puerorum collis suspenduntur, ut gingiuas scalpant, ex hocq; ingentē sputi copiam
edunt, & senecias. Philotheus de hac affectione loquēs dicit, ὀδραξισμὸς δὲ ὄδιν οἶον κνησ-
μὸς πρὸς μετὰ βραχέας ἀνίας, γίνεται δὲ τῷ, ὅπως οὐ τῷ κνησμῷ ἀσφορηθῆναι τὸ ἄπειρον. idest,
Gingiuarū titillatio, quæ ὀδραξισμὸς dicitur, est quasi pruritus quidā cum exili molestia:
quando cū pruritu causa exhalat, uel exitū querit. Oribasius dicit Hippocrate ad aliam
ætatem trāsmisisse, & tempus specificat, quod est à septem mēsis usq; ad annū. & hoc
non ab re, quia tūc dentire incipiūt, at ita cito non proficiūt: pruriginē uero causant (ut
Oribasius dicit) quia superficiē ex alto pungūt, ideo et titillatū excitāt. Celsus nō gingi-
uarū prurigines, sed exulceratiōes refert: & re uera exulcerāt, quia gingiue à prodeuntibus

tibus dentibus perforatur. De dentitione uero plura notatu digna uno in libello scripsit Hippocrates, quæ quoniã breuia sunt, referre non grauabor. Quibus in dentitione (inquit) uenter plurimum demittit, minus hauriunt quàm qui rarius & parũ. Quibus in dentitione febris grauis & acuta superuenit, hi rarius hauriunt, qui cum dentiunt, non emaciuntur, tamen deponuntur, periculũ est ne conuulsio supercapiat, qui hyeme dentiunt, si cetera pariter eant, hi melius, & tutius euadunt, & liberantur, qui cũ dentiunt cõuelluntur, non omnes pereũt, nã plurimi seruantur. Qui cũ tulli dentiunt, diutius durant, pueri cõpunctione magis emaciãtur, quos dentientes hyems superoccupat, si diligentius procurentur, dentitionẽ facilius ferũt. Hactenus Hippocrates, qui ad aliam materiam sermonem uertit. Hoc in loco quid prurigo sit declaratur, esse prurimum quendam cum aliquo dolore in gingiuis, quo torquetur, ut dicit Paulus capite octauo primi libri, docetq; dẽtitionem & ipse circa mensem ferẽ septimum incipere, quo tẽpore (inquit) non capite eiuſdem libri) gingiuarum, maxillarum, tendonumq; inflammationes fiunt, immo & quandoq; neruorum cõuulsiones, unde & Celsus pruriginis interpretatus nõ est, sed exulceratiões. At hoc uocabulum prurigo apud authores dupliciter usurpatum reperitur, uno modo pro pruritu, sicuti in præsentiarũ gingiuarũ pruriginis, et sunt pruritus in ipsis gingiuis, quibus Græci proprium nomen habent *ὀδοντισμός*, quãuis apposuerit etiam *ὄδον*, idest, gingiuarum; alio modo prurigo accipitur pro exulceratione, à qua squamulæ abscedunt. De prima dicebat Celsus capite septimo secũdi libri, ex qua parte prurigo cum rubore aut calore est, ibi aliquid suppurat. De secunda uero superius habuimus aphorismo uigesimo primo, ubi de sudaminibus loquens Galenus, quæ pustularum genera sunt, dicit quod cutim mordent, & pruriginosam efficiunt. utitur autẽ ibi alio uocabulo, quã sit *ὀδοντισμός*. nam utitur *κνησμώδεις*, *κνησμός* autem prurigo et pruritus est, tamen quicquid sit, uel prurigo, quæ est in genere pustularum, uel quæ ipse pruritus est accipiat, semper cum pruritu inuenitur: immo hanc passionem, quæ pruritus est, magis importare uidetur, quã aliquid alterũ, & *κνησμός* in senibus raro curatur, *ὀδοντισμός* autem est in gingiuis pruritus, cum dentes prodeunt. Dentium uero ortum Galenus & Græci *ὀδοντίασιν* appellant, quam & Paulus *ὀδοντισμίαν* nuncupauit, & hic Hippocrates in principio Aphorismi uerbo *ὀδοντισμίαν* utebatur, prurigo præterea scabiẽ quãdam palpebrarum significat, quam Galenus *ψωριώδεις βλεφαρὰς* uocat, Paulus uero *ψωριώδεις βλεφαρὰς*.

ἄσθηνες, idest, febres, non quod febres ex se absolute fiant, sed quæ ob inceptionem exitus dentium fiunt, tum ex dolore, tum ex motu humorum, et inflammationes & uigilias, unde & Philotheus fieri dicit *ὄδοντισμός* *ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς τῶν ὀδῶν*, idest, propter inflammationes gingiuarum. Celsus interpretatus est febriculas, & re uera tales sunt.

ἄσθηνες, idest, Conuulsiones, hoc tempore fiunt, dum dentes edũt, & ex dolore, inflammatione, atq; uigilijs eueniunt. At potissima causa est humidarum materierum, & crudarum motus, & hoc præsertim quia neruosa partes, quæ maxime patiuntur, imbecilles sunt, causa unde hæ cõuulsiones, quæ ita fiunt, ex repletionem esse oportet, non autem ex inanitione, ut Oribasius inquit. additq; causam esse, quia febres crassam materiã eliquant, & musculos tumescere faciunt. Sed nos rarissimos in cura habemus, qui hoc patientur, tamen omnes, uel maior pars dum dentes emittunt, febres incidunt. Celsus distentiones neruorum interpretatur, quas & Philotheus *ὄδοντισμίαν*, idest, propter incoctionem fieri uoluit, καὶ ὄδοντισμίαν *ὄδοντισμίαν τῶν νεύρων*, idest, propter conuulsionem neruorum partium.

ἄσθηνες, idest, alui profluuia, uel secundum Celsum alui defectiones. Sunt autẽ humorum defluxus, qui dentientibus puerulis non raro accidunt, sit secundum Oribasium ex febre, sed uera & exquisita ratio illa est, quam scribit Galenus, quia alimentum non bene coquitur, tum propter febrem, tum propter dolores, & ex consequenti non bene distribuitur. Adde, quod illo tempore sitiunt, ideo uel bibunt magis quàm conueniat, uel lac exugunt magis quã eorum uentriculus ferre possit; propterea non concoquunt, adeo ut alui profluuia incendant, & hic affectus proprie dentitionẽ consequitur. Easdem causas assignat Philotheus, quas ex Galeno superius adduximus, inquit, *ἄσθηνες ὄδοντισμίαν καὶ κελῶς πῆξιδα τῶν τροφῶν ἀπὸ τῆς δυσκρασίας τῆς φλεγμονῆς*, idest, Alui profluuia propterea

propterea quod non bene concoquit nutrimentum ab intemperie inflammationis.

Καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγῃ τὸς κωνίδοντας. idest, & maxime, quando edunt caninos dentes, hi enim tum quia acutiores, tum quia in loco magis doloroso maiorem dolorē patiuntur, & deinde febres, sitis, & alui profluuiā, & cætera quæ superius fieri dicta sunt. Philotheus uero dicit, hæc fieri cum canini dentes prodeunt, ἢ τὸ πρῶτον τότε τὰ ἄλλα τὰς τῶν ὀδόντων κινεῖται. idest, Quoniam tunc gingiuae à dentibus uulnerantur, & molestia afficiuntur. Celsus hanc partem ita refert, Maximeq; caninis dentibus orientibus male habent. Hippocrates in libro De carnibus inquit, In infantibus ultimo loco nasci dentes, quod capitis ossibus maxillarumque pinguis glutinosi, quod inest, incrementū fit, & augetur, caloreq; siccescit, peruritur, & absumitur, dentesq; redduntur duriores, & densiores quam cætera ossa, quod in his nihil frigidū inest. Quibusdam tamen in matris locellis & uulua, nutrimenti copia primi dentes gignuntur, quibusdam uero postquam editi sunt, & lac sugunt, cum autem hi decidunt, cibi potusq; copia decidunt. Siquidem cum ad primi cibi annos deuenerunt, decidunt. est autem quibus & prius decidant, si morbofo nutrimento pullularunt: plurimi tamen, cum ad septem annos perueniunt. Qui uero postea nascuntur & pullulant, consenscunt, nisi morbo aliquo corumpantur & senescant: propterea uero post hos alij suboriuntur, quod in maxillis solis ossium, uentriculoq; inferiore quædam uenulae sunt, quæ nutrimentum ossibus subministrant. Hæc Hippocrates, qui in postrema eiusdem libri De carnibus parte inquit, pueri hos anno septimo uel perfecto cōplēt. & in ultima parte de septimestri partu dicit: nam septimo anno dentes pueris cadunt, & alij subnascuntur. De diuersitate autem dentium, officioq; et in quot partes diuidatur, & de eorum numero, Galenus in undecimo libro De usu partium agit, & in Isagogis sibi adscriptis. Sunt autem apud Galenum in his locis dētes trigintaduo, quamuis in. 11. De usu partium dicat hoc esse ut plurimum, quia in aliquibus re uera sunt tantū uigintiocto. At maior hominum pars habet trigintaduos, quos in tres partes diuidit, ut etiam in hoc loco Oribasius partitur, In τριῶν, in κωνίδοντας, & in γομφίους uel μύλας, idest, in Incisorios, in caninos, & in molares, uel molas. Incisorij sunt primi octo anteriores, quos Gelasinos à risu uocant, quoniam semper cum ridemus apparent, & hi quibus desunt, ineptum risum habent. horum officium est, quæcunq; ori opponuntur, incidere. Statim post hos incisorios canini sequuntur, qui quatuor sunt, duo in parte superiori, & duo in parte inferiori è lateribus incisoriorū: horum officium est apud Galenum frangere, immo & incidere (ut inquit Oribasius) ea quæ ab incisorijs incidi non possunt. Reliqui dentes uiginti sunt, qui omnes molares appellantur, asperi, ampli, duri, magni, quorum officium est omnia in leuorē exactum terere, quæ ab incisorijs incisa, uel à caninis fracta sunt. Galenus. 11. libro De usu partium rationes affert, cur necessario ita facti, & in tali loco siti sint: ibiq; addit, omnium dentium radicem habere neruū, quod et in libro decimosexto eiusdem De usu partium uoluminis edocuerat, neruus dentibus implantatos esse; uulgus nostrum, & tōsorum turba, illum neruum uidentes uermiculum esse putarunt, quem dentes erodere non solum fatetur, sed manus conferre uolunt si quis negat. At cur hic neruus dētibus implantatus sit, non De usu partium libro edocuit, in Medicis autem definitionibus Galeno adscriptis habetur, dentium officium esse, cibū conterere, conficere q; & ad uocis articulationem nonnihil facere, hocq; loco Oribasius docet, dentes ossa esse, quæ propterea non apparent dum natus fuerit infans, quia inter gingiuas sunt, unde aliqui sunt, qui dentati nascuntur: reddiq; aliam rationem Oribasius cur dentes renascantur, q̄ Hippocrates fecerit. nam Hippocrates dixerat renasci, quia propter defectū alimentī cadebant. Sed recte dicit Oribasius, quod propterea renascuntur, quia à radicibus remittuntur, ut fit in arboribus incisis, à quibus pullulāt frutices. Anteriores sunt debiliores, canini fortiores, molares, uel maxillares fortissimi: quanto autē incisorij debiliores radices habent, tanto sunt subtiliores. Oribasius caninos appellari censet, quia canes horū præsidio ossa frangunt, itaq; in hominibus compertū est, quod incisorij incidere nō possunt, caninis traditur, ut cōstringāt. Hæc autē De dētibus satis sint. At ad rē nostrā redeūtes, dicamus pueros deterrius se habere in exitu caninorū dētium, q̄ incisoriorū, sed in maxillaribus pessime affliguntur, in his præsertim qui è regione oculorū sunt, quāuis & canini è regione oculorū

sint, et uulgus caninos, oculorum dentes appellet. At quia maxillares adultioribus prodeunt, propterea non adeo molestantur, sicuti cum prodeunt canini. Adde quod molares tantam acutiem non habent, quantam canini nati sunt. Multi etiam inueniuntur, in quibus sine aliqua noxa anteriores Gelasini exeunt, & nonnulli in exitu dentium phthias patiuntur. Hæcque de dentibus satis sint, ut caninos edoceremus.

Καὶ πῶς παχυντάροις τῶν παιδῶν, καὶ τοῖς πᾶσι κοιλίας σκληρὰς ἔχουσιν. idest, & his præsertim pueris qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. Celsus hanc partem ita interpretatur, quæ pericula plenissimi cuiusque sunt, & cui maxime uenter adstrictus est: ut omnes hos affectus plenissimis humorum scilicet & cibi potissimum superuenire faciat, & qui aluos strictas habent, quoniam non excernunt ut deberent. Galenus autem hanc partem ad conuulsiones solum referri debere censet, quia scilicet illi pueri conuelluntur, qui & magnam plenitudinem, & aluum adstrictam habent. Philotheus cum Galeno hæc refert ad solam conuulsionem, & causam esse dicit, πλεθωρικὰ γὰρ καὶ ποδὶ τιμασπικὰ τὰ ροιῶτα. idest, etenim hi humoribus & superfuitatibus pleni sunt. Celsus omnino mihi placet, qui de omnibus plenis & strictis intelligit. nam hi, & febres, & conuulsiones, & reliqua facilius incidunt ob plenitudinem, & alui constipationem, quæ plenitudinem seruat, & auget. Oribasius huic parti alium sensum & longe diuersum tribuit, qui talis est, Pueri, qui crassi sunt, uentris constrictionem patiuntur, ut hoc ad passiones supradictas non referatur, quod scilicet crassi illas potissimum patientur, sed quod pueri crassi cum dentes ædunt, uentris constrictionem patiuntur: & rationem affert, ob ipsam materiam crassam: ac si postea inferre uelit, illi qui crassi non sunt, alui profluvia incurrunt. At hic sensus (me iudice) non est uerus, quoniam & crassissimi pueri cum dentire incipiunt, aluos ualde lubricas & profluentes habent, quod anno elapso obseruare cœpi, anno 1537. & nunc etiam perseuero.

GALENVS

PRVRIGINES quidem gingiuarum fieri cum dentes pullulare incipiunt puerulorum, nihil mirum. prurigo enim pruritus quidam est cum paucio dolore, febres uero, & conuulsiones, atque alui profluvia accidunt pueris qui iam dentire incipiunt, & non adhuc morantur, quemadmodum & ipse ostendit inquitens, & maxime cum caninos edunt dentes. Liqueat autem quod a perforatis gingiuis a dentibus prodeuntibus, hi casus eueniunt, quemadmodum ubi stimulus infigitur carni, & sane plus dentes affligunt quam stimuli. Hi si quidem semel firmati in membro quiescunt, cui ab initio infixi sunt, dentes uero semper procedunt, & tantum, quantum augentur. Febricitat ergo hac ætate pueruli, & propter ætates, et uigilias, et inflammationes. Conuulsiones autem eis accidunt, tum propter hæc, tum propter crudum alimentum, et quia neruose partes nondum satis ualidae sunt. Ad hæc omnia etiam ex necessitate uentris profluvia consequuntur, quoniam alimentum non bene coquitur, neque distribuitur. Quod autem dicitur pueris qui crassissimi sunt, et aluos duras habent, ad conuulsiones refertur, cum his maxime pueris dicat conuulsiones fieri, qui crassissimi sunt, et aluos duras habent. Tales enim plenum corpus habent, et abundans superfuitatibus, et ideo conuulsionibus facile capiuntur, maxime uero naturas has conuulsiones offendunt.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, mirum non esse, si cum pueri dentire incipiunt, gingiuarum pruriges fiant, nam prurigo est quidam pruritus cum paucio dolore. et alia etiam quæ enumerata sunt, ut febres, conuulsiones, alui profluvia puerulis dentire incipientibus eueniunt, dum in dentiendi actu perseuerant, et hæc maxime dum canini dentes æduntur. necessarium enim est, in dentiendi actu gingiuas a prodeuntibus dentibus perforari, propterea hi casus sequuntur, præsertim ob dolorem: exemplumque ponit, dentes stimulo carni infixi similes esse: At dentis dolor intensior est quam stimuli, quoniam stimulus carni infixus amplius non mouetur, sed dentes gingiuarum infixi prodeuntes continuo procedunt, nec quoad penitus exiuerint, morantur.

Quod in principio legitur, Dentes pullulare incipiunt, lege prodituri, uel pullulaturi sunt, non autem incipiunt, quoniam Græcus contextus habet μέλλωσι.

Quod deinde legitur, prurigo enim pruritus quidam est cum paucio dolore, Græcus contextus

contextus habet, ὁ γὰρ ἀδ' αἰσινός λησιμός τις δὲ μετὰ βραχέας πινὸς ἀνίας. Diximus autem superius, quod hoc uocabulum ἀδ' αἰσινός, gingiuarum pruritus significat. Adde, quod uocabulum ἀνία, tristitiam & molestiam significat, non autem dolorem: quāuis dolor, tristitia sit & molestia, tamen in dentitione non est necessariū semper habere dolorem, sed bene opus est semper habere molestiam: propterea hanc partem nos hoc modo interpretandam ducimus. Prurigo enim gingiuarum, pruritus quidam est cum breui molestia, uel etiam cum pauca molestia: quia hæc particula βραχέας, utroque modo interpretari potest: & quia re ipsa, prurigo, breuis & parua molestia est: opusque est de molestia intelligere, quātum sit de gingiuarum prurigine: quia gingiuarum dolor, ob dentis prodeuntis punctiōnem, nec breuis est, nec paruus: imò adeo magnus est, & adeo intense infestat, quod febres, alui profluvia, & alia in aphorismo præscripta inducere potest.

Quod etiam dicitur, Quemadmodum ubi stimulus infigitur carni: in Græco codice habetur, κενεῖται ὅταν ἐμπαρωρμηθῆ ἢ σκόλοψ σαρκί. In aliquibus Græcis codicibus scriptum est σκόλοψ, per ὁ μέγα, sed utroque modo spinam significat, palum, & rem acutam. Ego nunc potius interpretarer spinam, quā stimulus: quia sæpe spinæ inter nostras carnes forte fortuna quum tractantur, infiguntur, quæ dum ingrediuntur, dolorem inferunt: at infixæ amplius dolorem non causant, uel remissior est, quā prius fuerit: stimuli uero aut nunquam infiguntur, aut infixi statim demuntur.

Quod etiam hic dicit, ὅτι τις ἀνίας, & Leonicens, dolores interpretatur. Tu (ut in his tibi constes, quæ superius dicta sunt) molestias interpretaris.

SECVNDO, Galenus docet, quare pueri hac ætate febricitent: ob dolores, inquit, ob uigilias, & ob inflammationes. In qua parte id notare debes, quod à Leoniceno interpretatum est, Propter ætates: in meo antiquo cōtextu & in Aldino abest: forte in suo ita scriptum erat. At contextus omnes, quos uiderim, ita leguntur, ἀπὸ τῆς ἀδ' αἰσινός καὶ τῆς ἀγρυπνίας καὶ τῆς φλεγμονῆς, idest, Et propter dolores & uigilias & inflammationes. Galenus de ætatibus nihil loquitur: & re uera, febres propter ætates non fiunt.

TERTIO, Galenus docet, cōuulsiones propter supra dicta, & propter crudum alimentum fieri, & quia nervosæ partes nondū ualidæ sunt. Nos potius hanc partem, propter alimentum crudum interpretaremur, propter alimentū indigestum, uel incoctum, quæ Græce est ἀπὸ τῆς ἀγρυπνίας ἀπεπρωμένου: & si omnia quæ indigesta & incocta sunt cruda appellari possint, tamen crudum id significare uidetur, in quo nulla caloris naturalis actio inuenta sit. Indigestum uero, uel incoctum id non significat, quoniam quod incoctum est, aliquam caloris naturalis actionem suscepit.

QUARTO docet, necessarium esse ad hæc sequi alui profluvia, & re uera semper uel frequenter in dentitione alui profluere uidentur: ratioque est, quoniam nutrimentum non bene coquitur, at crudum non est, sed non coctum, neque etiam distribuitur, imò in uentriculo manet, propterea necessarium est, quod exeat incoctus, & profluvia secundum prædominantis humoris naturam faciant, aut cibus ipse semicoctus prodeat.

QUINTO, Galenus illam particulam, crassissimis pueris, & qui aliuos duras habent, ad cōuulsiones refert, & non ad alios affectus, quoniam qui id habent, corpus necessario plenum habent, & superfluitatibus exuberans, ideo cōuulsiones facile incidunt quia tales naturæ illæ sunt, quæ cōuulsiones maxime incurrunt. Quod dicitur tales enim plenum corpus habent, Græce scriptum est, non plenum corpus, sed πληθωρικὸν γὰρ δὲ τὸ παιδίον, idest, Tales enim plethorici sunt. Plethoricum uero aliud significat, quā corpus plenum, nam corpus plenum ita significare potest, prauis humoribus plenum, sicuti bonis humoribus, sed plethoricum bonis humoribus plenum significat: unde uel absolute per plenum, bonis humoribus plenum intelligamus: uel specificantes interpretemur, tales habent plenum corpus, bonis tamē humoribus: propter hoc addit καὶ πλεθωρικῶς, idest, Et superfluitatibus abundans.

In fine commentī, ubi Leonicens interpretatus est, & ideo cōuulsionibus facile capiuntur, maxime uero naturas has cōuulsiones offendunt: in Aldino codice tota hæc pars ita legitur, καὶ ἀπὸ τῆς ἀδ' αἰσινός καὶ τῆς ἀγρυπνίας καὶ τῆς φλεγμονῆς καὶ τῆς πλεθωρικῆς καὶ τῆς ἀκαταστάτου φύσεως, idest, Et propter hoc cōuulsionibus facile capiuntur, cōuulsiones enim tales naturas maxime capiunt. Leonicensi codex ita habebat sicuti Aldinus, sed antiquus meus

T hæc

hæc uerba solum habet, post id uerbum *περὶ ἡνωματιῶν*, id est abundans superfluitatibus, hoc solum consequitur, *καὶ ἐστὶν ἴσως ἀσμοὶ τῶν ποδιῶν κατὰ λαμβάνειν φύσιν*, id est, Et propter hoc conuulsiones tales naturas inuadunt, illa uero pars, conuulsionibus facile capiuntur, abest.

APHORISMVS XXVI

Qum uerò iam magis adoleuerint, tonsillæ, & uertebrae, quæ in occipitio ad interiora luxationes, crebri anhelitus, quos Græci asthmata uocant, calculi, lumbrici rotundi, ascarides, uerrucæ, quas Græci acrochordonas uocant, satyriæ, strumæ, & alia tubercula, sed præcipue antedicta.

BRASAVOLVS

DE ILLA ætate nunc agit quæ dentitionem sequitur, tamen non accedit ad *pubertatem*, quam Philotheus *τρίτην ἡλικίαν* id est tertiam ætatem uocat. In hac inquam ætate tonsillæ fiunt, & uertebrae quæ in occipitio sunt ad interiora luxantur, & asthmata incidunt, & calculus præsertim uescicæ, omniacq; lumbricorum genera in ipsis generantur, nempe rotundi lumbrici, lati, & ascarides, uerrucas etiam, & satyriæ in ipsis generantur, strumæ in eis fiunt, & multa alia tuberculorum genera: sed prædicta illa sunt, quæ in ipsis maxime fiunt. Celsus capite primo secundi libri hunc Aphorismum ita refert, at ubi ætas paulum processit, Glandulæ, & uertebrae quæ in spina sunt aliquæ inclinantes, strumæ, uerrucarum quædam genera dolentia (*ἀκροχόρδονας* Græci appellant) & plura alia tubercula oriuntur. Galenus quoq; in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis hunc Aphorismum ad uerbum adducit.

περὶ ὑπερφοίτου καὶ γυννομήτου.] Si hæc uerba ut Græci significant, interpretari uoluerimus, id non dicet, quod à Theodoro, Leonicensio, aut Celso refertur: at si Aphorismum ipsum præcedentibus & consequentibus conferamus, horum uirorum interpretationem conuenire deprehendemus. nam in uigesimo quarto Aphorismo de nuper natis sermonem habuit, in uigesimo quinto de dentitionibus, in sequenti uero de his loquitur qui iam ad pubertatem accessere. Ideo nunc de illa ætate pertractat, quæ inter pubertatem & dentitionem media est, quæ ætas (ut inquit Oribalius) inter pueritiam & pubertatem, medium occupat. Hæc autem ætas, de qua hic mentio fit, totum spatium post dentitionem usq; ad pubertatem complectitur. Non autem post dentitionem mutationem, quæ in septimo fit, quia illa ætas in hoc aphorismo continetur. Pubertas uero (in hominibus) quarto decimo anno, uel parum ante, uel parum post, secundum temperaturas initium sumit. de his ergo intelligamus, qui in hac ætate sunt à quarto uel quinto anno usq; ad decimum tertium. At si aphorismum ut Græca uerba important, interpretari uoluerimus, ita dicere opus erit, Senioribus autem factis, Constat autem ipsos non esse senes, tamen respectu præcedentium ætatum enumeratarum antiquiores sunt: & ideo recte Leonicensius incommodum huius uocabuli, seniores, mutauit, Hippocratis sensum considerans & non uerba, dicitq; Cum uero iam magis adoleuerint, id est cum magis in ætate progressi sunt: & Theodorus Adultioribus interpretatus est: imò & Celsus ipse hoc considerans interpretatur, at ubi ætas paulum processit. Apud Latinos uero non est propria illius ætatis denominatio, nec Latina lingua patitur quod in sensu Hippocratis senioribus dicamus: at in nostra materna lingua, id est qua uulgo utimur, uerba Hippocratis imitari nihil refert.

παιδίδια. id est, Tonsillæ.] Celsus hoc loco non tonsillas, sed glandulas interpretatur, qui morbus apud Græcos paristhmia, ex loco (ut in Galeni cõmento edocebimus) denominatur: at quo ad rem propositam spectat, scire oportet, hæc duo Græca nomina *παιδίδια* & *ἀμυγδαί*, & hæc duo Latina tonsilla & glandula, & apud Arabes, præsertim Auicennam, amygdalam idem significare: tamen nos inter ipsa differentiã aliquam assignabimus. Id igitur te latere nõ oportet, quod ipse Galenus in Aggressionibus antotomicis, & in undecimo libro De usu partiũ docet. In radice linguæ, uel in intima oris parte

parte, ubi gula & asperæ arteriæ initium est, illa pars uidetur, quæ γαργαρέων à Græcis, ab aliquibus Latinis gurgulio, ab alijs columella, ab alijs columna, ab Auicenna & Arabibus uua, à quibusdam recentibus uuula nuncupatur; tamen hæc uocabula differentias multas habent; nam hæc pars, quæ à Græcis dicitur γαργαρέων, si humiditatem & materiam à capite fluentem recipiat, adeo ut intumescat, à Græcis λίσων, uel λίσων, à nostris columna uel columella, ob similitudinem, nūcupatur. Si eius inferior pars crassa, & orbiculata fiat, à Græcis σαφύλι uocatur, quod nomen uuam significat; unde hæc pars non dicitur uel columella uel uua, nisi ut prædictis modis affecta est, quamuis multi authores deinde his uocabulis abutantur, & eis, ac si propria sint huius partis nomina, utantur. Hæc igitur pars, quam uulgus nostrū uuula nominat, inter os & asperam arteriam ita producta est, ut breue quoddam spatium inter duas cauitates, ueluti inter duo maria, productum uideatur; propterea à Græcis ἰσθμὸς nuncupatur. Isthmus enim est breue terræ spatium inter duo maria, ita hæc uua breuis quædam extensio uidetur inter duas cauitates, præsertim quando tonsillæ humidæ fuerint. Sunt uero duo isthmi in terra celeberrimi, Achaicus uel Corinthiacus, & Thracicus. Pomponius de Corinthiaco tractas, inquit, Submouere Ægeum mare ab Ionio spatium quatuor milium, in cuius medio Corinthus urbs est, tamē sunt sex miliaria, unde etiam hodie illa angustia uulgo hexamilium dicitur, & quod isthmus inter duo maria breue & angustum terræ spatium sit, Ouidius eleganti carmine docuit in Hermiones epistola, in qua ipsa à Pyrrho librari optat, inquit: Quæ duo porrectus longe freta distinet Isthmos.

At ad rem nostram redeūtes, gargareon, idest uua uel columella, quæ in intima oris parte sita est, tanquā isthmus apparet, circum quam quatuor amygdalæ iacent (ut Auicennæ uocabulo utar) uel duo tonsillæ, quæ sunt glandulosæ carnes, à Græcis πριόδμια nuncupata, quia isthmo adiacent, quorum officium & usum si scire concupisces, Galenum undecimo libro De usu partium, legere ne pigeat, ubi & de uua sermonem habere comperies. Græci πριόδμια appellant, quando nullam affectionem habent; nam plerumq; absq; ulla læsione perseverant; quum autem humidæ fiunt, à Græcis ἀντιόδμια, à nostris tonsillæ & glandulæ nuncupantur; quauis glandulæ in suis proprie sint. Non desunt tamen uiri adeo in cognoscendis humani corporis partibus ignari, ut inter columellam & epiglottida distinguere nesciāt, quorum unus uidetur esse Marcellus in suis in Dioscoridem commentarijs libro primo, capite centesimo decimoseptimo, ubi de Lycio sermonem habet, quod si uelit, non parum aberrat; nam ἀνυλώθης, quam Plinius minorem linguam, idest ligulam, alij sublinguam nuncuparunt, alia res est à columella; & de ea Galenus in alio loco sermonem habuit, nam de columella undecimo libro De usu partium; de minori autē linguam in septimo, imò hoc in loco, ubi de epiglottida Galenus tractat, hoc uocabulo larynx pro gutture utitur. Istud uero addidimus quoniam superius à nobis dictum est quod φάρυγξ quandoq; pro faucibus, quadoq; pro gutture sumebat; sed hic Galenus φάρυγξ pro faucibus, & λάρυγξ pro gutture utitur. Ad rem igitur redeuntes, & si hoc uocabulum glandula amygdalas in suis significet, Celsus tamē pro amygdalis in hominibus utitur, unde capite primo quarti libri utitur hoc uocabulo glandula, pro ipsa amygdala dum sana est. Est autem caro glandulosa & adenoïsa, propterea communi uocabulo dicuntur adenes. At capite primo secundi libri utitur hoc uocabulo glandula, pro glandularum egritudine: sunt autem inflammationes, & ipsarum repletiones, quæ in hac ætate ob multos cibos, quos infumūt, & coquere non possunt, fiunt; ideo implentur, inflammantur, & prædurescunt; propterea à Celso glandulæ appellantur. Hippocrates in libro De glandulis per omnia membra, ipsas amygdalas sine mala affectione glandulas uocat. Quod uero de his tractet (ne forte in dubium uertat) ex hoc liquidum est, quia πριόδμια nuncupari dicit. Cur autem facta sint in hunc modum edocet, Caput siquidem cauum & rotūdum superiacet, humoris totius corporis superfluentis & nimij conceptaculum; nam exhalationes omnes supra corpus in caput mittit, quas rursus caput in corpus reijcit; quod enim superfluit, ubi sedem non habet, manere non potest, nisi caput labore: quare sese cohibet, humoris attractionem afficit, ac in glandulis ea fluctio cōuertitur, fluctumq; illud nihil molestat, donec modicum est, glandulæq; superant. Nam si multum, & acre superfluat, sicq; ac glutinosum perma

neat, inflammat, faucesq; turgescunt, ut ex his Hippocratis uerbis, & glandularū usus, & quomodo ea affectio fiat, & qualis nam sit, cognoscatur. In primo autem folio secundum libri De morbis, quem Galenus ab Hippocrate æditum esse non negat, ubi multos morbos enumerat, utitur hoc uocabulo *ἀντιὰδωρ* pro morbo ipso, & non pro glandulis, idem in tertio folio eiusdem libri facit, in libro etiam De pueri ditione, hoc nomine paristhmia pro morbo in glādulis utitur, ubi dixit, Si ulcera sine febre in paristhmia sunt, tutiora esse, quāuis aliquis dicere posset, quod utitur paristhmia pro loco & glandula, non autē pro morbo: nam morbum, scilicet ulcera significat. at hoc nihil est, quia Hippocrates in præsentī aphorismo hoc nomine paristhmia pro morbo utitur, & non pro loco. Ex his omnibus quæ à nobis tumultuarie scripta sunt, illud inferre intendebamus, *παιδίμια*, & *ἀντιὰδωρ* apud Græcos, quandoq; morbum, quandoq; locum ipsum, idest amygdalas significare: tonsillas præterea & glandulas apud Latinos eodem modo indifferenter accipi, ut quandoq; amygdalas ipsas idest carnes illas glandulosas, quandoq; morbū significēt. Sed apud Græcos *παιδίμια* locum, *ἀντιὰδωρ* uero morbum plerūq; significat, & ideo Paulus Ægineta libro tertio, capite uigesimosexto ubi de paristhmiorum phlegmone pertractat, *παιδίμια* pro loco utitur, in fine uero illius partis *ἀντιὰδωρ* pro tumore ipso accepit, inquit, Est autem *ἀντιὰδωρ* *ἢ* *παιδίμια* prædurus tumor, ut manifeste colligi possit, *ἀντιὰδωρ* prædurum in amygdalis tumore esse, unde utitur uocabulo *αντιὰδωρ* pro morbo, & nō pro loco. Aetius & ipse libro octauo, capite quadragesimo octauo *ἀντιὰδωρ* pro glandula utitur, quamuis putemus, hoc uocabulum glandula, illi uocabulo *ἀντιὰδωρ* correspondere, nempe per *ἀντιὰδωρ* apud Græcos glandulosæ carnes intelliguntur, ita per glandulas apud Latinos, in quacūq; corporis parte inueniantur: sed quæ in ultima oris parte insident, à Græcis proprio uocabulo *παιδίμια*, à Latinis tonsillæ uocantur. *ἀντιὰδωρ* uero morbi nomē est, licet in diuersis authorum locis nomen loci sit, in quo morbus ille generatur, sicut etiam tonsillæ quandoq; pro loco, quandoq; pro morbo in tali loco capiuntur. Sunt autem caruncula illæ glandulosæ, quos nostrum uulgus *boche saporite*, ex sua uis sapore quem habent, appellat, de quibus Aetius capite centesimo uigesimoprimum secundū libri sermonem habens dicit, id commune esse omnibus glandulis (in communi uero tam de his, quàm de illis quæ alias corporis partes occupant, loquitur) suauitatem in edendo ac tenacitatem præstare. nam quæ in lactētibus mammis sunt, habent & à lacte comparatam dulcedinem, inter quas lumetæ à foetibus suis reliquis omnibus præstant; nos uulgo has ex mammis glandulas, *lat testini*, uocamus, quos e uitalis libenter comedimus. Idem Aetius capite quadragesimo quinto octauū libri de *ἀντιὰδωρ* inflammatione loquens, hoc uocabulum pro loco accepit, docetq; hac affectione eos corripī qui multo sanguine abundant: & pueros, utpote illos qui mixturam simplicem habent, & multo cibo se explentes: & infantes adhuc lactentes, ex haustu lactis id malum contrahentes. Hasienus Aetius. Alexander quoq; Trallianus, inter posteriores Græcos præcipuus author, uocabulo *παιδίμια* pro ipso morbo utitur libro primo capite quadragesimoprimum, in ea parte ubi medelā describit *ἔστι βυσσοῦς*, idest ex ruta. prius autem in eodem capite, ubi de simplicibus medicamentis locutus est, quæ sunt anginae præsidia, & de sulphure atq; nitro loquens, inquit, nitrum sumi non debere aut sulphur in angina, donec *ἀντιὰδωρ*, quæ, quoniam locus cui adiacent, isthmo similis est, *παιδίμια* appellantur, unguento prius perungantur. Vbi uide re potes, & antiadem & paristhmia, pro loco, & non pro ægritudine sumi. Hæc de nominibus Græcis apud Græcos autores. Nunc (quo res felici omine succedat) ostendere oportet, apud Latinos hæc nomina tonsilla & glandula, quādoq; pro loco, quādoq; pro morbo usurpata inueniri; tamen quum pro morbo accipiuntur, pro morbo in tali loco sumenda sunt. Celsus capite primo secundū libri hunc aphorismum referens, uocabulo glandula pro ipso morbo utitur, sed pro morbo in tali loco, quæuis glandula commune uocabulum sit ad omnes adenes. Idem Celsus capite primo quartū libri eodē nomine glandula pro loco & non pro morbo utitur, ubi dicit, Atq; in ipsiis ceruicibus glandulæ positæ sunt, quæ interdum cum dolore intumescunt, Plinius libro undecimo Naturalis historiae, ubi de historia animalium per singula membra agit, dicit, Tonsillas in homine, in sue glandulas esse, tamen & in hominibus glandulæ nonnūquam appellan-

tur. Idem Plinius capite undecimo libri uigefimi, tonsillam pro morbo accepit: nam de erratica brasiica fermonem habens, dicit, cōmanducatam tollere tonsillas: & capite decimoquarto eiusdem libri, mentam dicit utilem esse & cōtra tonsillas cum alumine: & decimosextimo capite eiusdem uigefimi, dicit tragoriganum tonsillis & uiuis medetur: & decimonono capite uigefimiprimi libri, ubi de uino ex rosa agit, inquit ualere ad tōsillas, at uigefimo præscripti uigefimi libri capite, uocabulo isto pro loco utitur, ubi de portaculaca loquens dicit, quod succus decoctæ tonsillarum ulcera sedat. Sed ne hæc res in cumulum non necessarium crescat, infinita alia sunt apud Plinium de tonsillis loca, in quibus quandoq; id uocabulum pro glanduloso loco, quãdoq; pro morbo illius loci accipitur. Ne igitur hanc rem diutius prorogemus, dicere oportet, Hippocratem in hoc aphorismo per tonsillas tumorem & inflammationem huius partis intelligere, quæ in pueris potissimum fiunt: quoniam in uictu inconstantissimi & inordinatissimi sunt; & eas partes ualde humiditas habent: nosq; id uocabulum *παρίθμα*, tonsillas potius q̄ glandulas interpretaremur, ut Celsus fecit: quãuis (si Celsum sequamur) in eodem significato accipere opus sit. Oribasius eandem causam reddit inquit, in hac ætate fieri, quia comedunt in compositis, & minus exercitatur: & propter hoc, crassos nutriunt humores. At Philotheus tonsillas esse dicit *φλεγμόνας τῆς ἡστὴς ἰδίων μορίων ἧς τὸ ἰσθμικὸν τῶν ὀφθαλμῶν ἔχει τὸ πρῶτον ὄργανον τῆς ἀσπληνῆος, ἢ πρὸς τὸν θυροῦ ἔδουμα πρὸς αὐτὰ τὰ μέρη, τῶν οὐ φλεγματίζομένων, φλεγμάνων, ἰδὲστ, Inflammationes partium, quæ sunt secundum isthmum, ἰδὲστ oris gulaeq; interstitium: quoniam illis supariacet humidum caput, quod facili in illas partes defillat: istis ergo pituita concitatis inflammantur.*

απονδύλου τὸ ἡστὴς τὸ ἰόνιον ἔστω ὠσπιν. ἰδὲστ, Vertebrae quæ in occipitio sunt luxationes. I Celsus hanc partem ita interpretatur, Et uertebrae quæ in spina sunt, aliqua inclinatio. Ipse enim intelligit quomodo cūq; fiant istæ luxationes, uel etiam inclinationes sine luxatione: quod uerum est, quia in hac ætate talia fiunt. Sed Hippocrates de una solum parte loquitur, scilicet de luxatione ad interiora. Sunt autem hic apud Oribasium uertebrae uiginti quatuor, sex ceruicis, duodecim spinæ, & sex renū. Alia ratio est apud Galenum: at nunc locus non est hæc tractandi, quæ in nostris anatomicis congressionibus ubertim descripta sunt, & in maiores ac minores portiones diuisa, & unicuiq; parti (ut fieri potuit) Græcum & Latinum nomē assignatum est. In hac ætate uertebrae in occipitio, quæ sunt uertebrae ceruicis interius ingrediuntur: & præfocationem atq; anhelitum mouent, ut inquit Oribasius, qui ex hac re causam assignat, cur in angina ceruicis cucurbitula applicetur: hæc autem inclinationes & luxationes intus fiunt, secundū Oribasium, quia nouiter ad sarcinas applicatur, & tenues sunt, & ideo intus merguntur, unde tunc in ceruice nihil ferre possunt: postea crassus humor illas resoluunt, introq; inclinatur, ideo hæc affectio luxatio nuncupatur. Hæc Oribasius. Galenus uero dicit, tonsillarum inflammationē, quandoq; huius luxationis causam esse, quia à musculis inflammationem patiētibus uertebra tracta ad partem ceruicis anteriorem inclinatur, ut in cōmentario uidere licebit. Philotheus autem fieri dicit, *ἧς τὸ σινέλευθρον πρὸς μορίων τῶν νεύρων, ἢ ἐκ τῆς νεύρων τῶν σινδύσμων, ἢ ἐκ τῶν τείνειδων τῶν απονδύλων.* . i. Quoniam ab ijs partibus contrahuntur nerui, ex neruis ligamenta: & ex his intenduntur spondyli. i. uertebrae.

ἔδματα. . i. crebri anhelitus, uel anhelationes. I Celsus hanc partem in suo Hippocratis eodice non habebat. Fit autem hæc passio ex humorum copia in superioribus partibus existente, quæ deorsum ad pulmones fertur, & crebrum anhelitum causat: de quo in uigefimo secundo huius libri Aphorismo per plura differuimus. Philotheus causam assignat, *ἧς τὸ κατὰ τὸν ἄμα ὑπὸ τὰς σύριγγας, ἢ τὰς κοιλότητας τῶν πνεύμων, ἢ καὶ σφοχωρῶν τῶν πνεύμων, ἔδματα δὲ εἰσι πικρὰ ἀναπνοαί, αἱ συμβαίνουσι τῆς ἔδματός.* . i. propter sanguinem defluentem ad fistulas & pulmonis cauitates & in angustum cogentem spiritum. Asthma enim, ἰδὲστ anhelitus, sunt crebrae respirationes, quæ currentibus contingunt.

λιθίασιν. . i. calculi. I Sicuti proprius est seniorum morbus, renum lapis: ita puerorum uesicæ calculus, qui ex pituitosa materia subtiliori parte exiccata & crassa lapidescēte, fiunt. Cum autem hi qui hanc ætatem habent, edaciores sint, multos crudos humores accruant, quorum crassior pars, simul cum urina ad uesicam peruenit, & lapis generatur: & hoc tanto citius & facilius fit, quanto sunt calidiores. Philotheus τῆς ἡστὴς τῶν ἀδύλων

φραγίαν σπυγγαζώνων χυμῶν, idest, congregatis ob uoracitatē humoribus, fieri dixit. Hippocrates in libro quarto De morbis, de puerorum calculis scribēs, inquit, habere principium ex lacte non puro: quod est, quum nutritrix pituitosa & non pura comedit & potat. Quæ deinde sequuntur, diffuse docent, quomodo lapis generetur, & ex qua materia, & quibus de causis in pueris. Et in libro De capitis uulneribus, postea quàm de lapide factio in capite locutus fuerat, inquit, quod & pueris præ lacte non sano euenit, quum nimis calidum biliosumq; est, uentrem & uesicam calefacit, lotiumq; coaccendit, quod calculum creat. Et ibi etiam, calculorum generationem in muliere describit. In fine uero quarti libri De morbis, quinq; calculorum signa prosequitur, inquit, Quum minere uult, laborat, lotium paulatim stillat, uti disticulter mingentibus, quod subcreuatum est, utpote uesica calculo lancinata, quæ inflammatur. sed hoc non apparet, signum uero præputium est, quandoq; arenosa mingit. habeturq; in fine quarti libri de hac re aphorismus, Quibus in urinis arenosa subsistunt, his uesicæ laborat calculo. Paulus & Aëtius hæc omnia referunt. At aliud signum est præ omnibus certissimū, quod tamen nullus antiquorum posuit: Is qui uesicæ calculo laborat, quando mingit, semper aut parum aut multum egerit: & si non egerit, saltem egerendi desiderio tenetur.

ἐλμυθῶν στρογγύλαι, idest, lumbrici teretes.] Sunt uero illi, quos in dies uidemus, longi & rotundi, qui ex putredine nascuntur, & non ex generatione per sobolem. Fiunt autē in lac exugentibus pueris, potissimum quum præter lac, carnes ederint: & uoraciores pueri, qui multos fructus uel multā carnem edunt, uermes incurrunt: at maxime in carniore pueris generantur; tamen & in omni ætate, omniq; temperatura uermes generari possunt, sed in hac potissimum ætate, tanquam in ea quæ cæteris uoracior existit. Vnde & Philotheus dicit, fieri hos teretes uermes, & qui in Hippocrate consequuntur ascarides, ὅσα πλὴν σπύγγων τῆς ὕλης, idest, ob corruptionem materiæ. Addit deinde, quod hi qui in hac ætate sunt, in quibus uermes generantur, θερμοὶ εἰσιν, καὶ ἐκ τῆς ἀδυναμίας ποδιπρωματινοί. idest, calidi sunt, & ex uoracitate superfluitatibus redundantes. Capularem senem in cura habui, qui duos supra octoginta annos natus, compositionem nostram accipiens ex scordeo, coralina, idest brio Thalassio factam, plures quingentis uermibus excreuit, & illico ex mortuo fanatus est. Et hæc fuit casualis cura; nunquam enim arbitratus essem, senem adeo Acherontium uermes incidisse; præsertim in tanta copia, ut puerorum symptomata inciderit. Hic fortē fortuna in me inspirauit, odorem foetidum perferens, qualem in puerulis uermes patiensibus aliās odoraueram; tunc ipsum curare coepi, ac si uermibus correptus esset, & illico in pristinam sanitatē reuocatus est. Nam magnificus & generosus comes Alphonſus Trotus, generalis illustrissimi ducis Ferrariæ architriclinus, omnia quæ ad exequias exiguntur, parari iusserat. At ne patēs, ex spiritu sentirī uermes; sed est putrescentis materiæ fœtor, quæ in uermes conuertitur.

ἀσκαρίδων, idest, ascarides] in hac ætate generantur. Sunt autem ascarides, uermium genus in intestinis concreſcens, præsertim in intestino recto: & apud anum, uermiculi sunt paruissimi & albi; habent ferē effigiem acuminis acus, adeo parui sunt. Ingentissimam copiam in egregio iuene Baptista Paulutio, solo rhabarbaro & scordeo expulsumus. A Philotheo, λεπτοὶ ἐλμυθῶν, idest tenues esse dicuntur. De his Hippocrates locutus est in libro De foeminarum morbis, ubi dicit, Sin autem in foeminae pu- dendis, uel ano, uermiculi innascantur, salicis maris fructum, uel folia trita, cum bouis fellis obulo, cedrino oleo subigito. Quod uero de his tractet, ex hoc manifestū est, quia utitur uocabulo ascarides, inquit sua lingua, ἐπι τῷ γυναικὸς ἢ ἐπὶ ἀσκαρίδων, ἢ ἐπὶ ἀσκαρίδων ἀσκαρίδων γήμωνται. Vt autē de uermibus exquisite loquamur, scire oportet, apud Græcos, ut Paulum capitibus quinquagesimo septimo & quinquagesimo octauo quarti libri, & Aëtium capite trigesimo nono, quadagesimo & quadagesimo primo noni libri, & Galenum in Introductorio sibi adscripto, tres lumbricorum species inueniri, quæ in humano corpore nascuntur. Vna est, lumbricus teres, de qua statim superius Hippocrates sermonem habuit; quoniam dixit, ἐλμυθῶν στρογγύλαι, idest lumbrici longi. Illi autem sunt, qui ut plurimum uidentur, & in humanis corporibus oriuntur. Apud Græcos, in gracilioribus intestinis generantur, & in eisdem inhabitant; quandoq; in uentriculum serpunt, & euomuntur; ut inquit Paulus, & experientia docet. In aliquibus (eodem au-
thore

thore teste, & quod nos hodie uidimus) per nares defluunt: Arabes ipsos longos uocant. Galenus in Introductorio sibi adscripto, palmi magnitudinem habere, uel etiam maiorem dicit. Aetius inquit, magnitudine distingui, multitudine, colore, & tempore: censenturq; peiores maiores minoribus, plures paucioribus, & rubri albis. Re enim uera, qui rubris lumbricis uexantur pueri, ut plurimum moriuntur: hisq; idest teretibus lumbricis, pueri maxime uexantur: qui uero ad pubertatem tendunt, ascaridibus. Hippocrates de teretibus lumbricis quarto libro De morbis, penultimo folio egit. Alia species est, lumbrici parui, qui cum teretibus similitudinem habent, sed paruissimi sunt, qui (ut Aetius inquit) in extrema intestini recti parte fiunt, prope sphincterem, idest anum: imò nos & in ipso ano uidimus, & multi exhibent, & circumcirca mouebantur errantes: unde à Paulo dicitur, Si anus aperiatur, uideri. At unum hic est non mediocre ambiguum, quod Orbasius in huius partis expositione dicit: Ascarides, cucurbitæ feminibus similes esse: & à multis & dictum & scriptum reperitur, cum cucurbitæ feminibus similitudinem habere. tamen his uel à Galeno, uel Paulo, uel Aetio, uel alio ex antiquioribus hæc forma non datur: & ideo uel necesse erit quartum lumbricorum genus describere: uel hoc genus cucurbitinum, ad unum trium ab antiquis positorum reducere. Decies in diuersis hominibus ascarides, idest paruos lumbricos ab antiquis descriptos, circa anum, & in ultima intestini recti parte uidimus. Semel autem uermiculos quosdam albos ad unguis latitudinem & longitudinem excretos uidimus, quos ex effigie in feminis cucurbitæ morem, cucurbitinos fuisse putamus, qui & uiuebant & mouebantur. Hoc etiam anno millesimo quingentesimo trigesimo septimo, in Hercules illustrissimi ducis nostri equis, cucurbitinos nos uidisse testamur: nam equini pulli anniculi, ex eius feminio orti, incognita quadam peste peribant: quod illustrissimus dux audiens, iussit, nos re inspecta & perpena, opem medicam afferre. Quod negotium, & si alijs magis necessarijs adstricti, pro nouitate rei libenter suscepimus. Primoq; iussimus, ut octo uel decem ex emortuis pullis aperiretur: in omnibus ingentem uermium copiam inuenimus, totum uentriculum integre occupantium. Erant autem colore rubro & seminigro, & cucurbitæ feminis formam referebant: in uentriculo potissimum uiscebantur, & in intestinis crassioribus errabant. Equi his uermibus affecti, non comedeant, macrescebant, & quatuor uel quinque dierum spatio obibant. Multa his equis propinanda iussimus: sed nihil uisum est profecisse, præter hydrargyrium & scordeum. Causam uero, propter quam illi uermes in equorum uentriculis generati fuerant, nos terræ attribueramus, quam præcedenti æstate comederat per pascua à talpis eleuatam, & quia aquæ quas potauerant tota æstate, limosæ erant. Tertia species est, latus lumbricus, qui in tenuibus intestinis generatur, quam Paulus & Aetius definire uolentes dicunt esse permutationem pelliculæ intrinsecus tenuia intestina ambientis: in corpus quoddam uiuum, quod continuos stomachi morsus infert, & ad cibos incorrigibilem appetitum, Græci appellant *πυγίαις* & *λεπταίς*, unde in his lumbricis interior intestini pellicula in uermem transit. Tamen apud Hippocratem non reperio, quod lumbricus latus intestini pellicula sit, sed quod ex corrupta materia fiat: nam in postrema parte libri quarti De morbis, inquit: De latis autem lumbricis, siue *ελμίνθων πλατείων*, nunc dicam: quos dico pueris etiam in matris locellis creari: quum enim semel loculos exiuit, tantum tempus sterces in corpore non permanet, uti putrefactum has bestiolas uiuas & magnas gignat, quum quotidie recens, uariumq; oletet, siquidẽ homo sanus est: quæ non fierent, etiam si diutius oletaret. Multæ enim puero in utero matris sic fiunt, quum pus feruidum lacte sanguineq; redūdante, putrefactoq; utpote dulci fit: propterea hæc bestiola illis gignitur. Hæc Hippocrates. In quibus uerbis, ego uidere nescio, quomodo censuerit, latus lumbricos ex ultima intestini pellicula fieri, imò potius ex late & pure & sanguine redundantem: unum tamen est in Hippocratis cõtextu in eodem libro De morbis, ex quo Græcorum sententia sumi posse uidetur. Nam dicit, Est autem species ipsius (scilicet uermis lati) ueluti abrasio intestini alba: indicia eius sunt, quod excernuntur interdum nonnulla cucumeris feminibus similia. At nos Hippocratem considerantes, uidere nescimus uoluisse hunc uermem esse albam intestini abrasionem, ut Paulus & Aetius putarunt: at id solum dicit, esse ueluti abrasionem, quia is la-

tus uermis in partes scinditur, ut quandoq; solum unius cubiti, duorū, uel trium partes exeant; uermis autem non parit, sed est eius pars rescissa. alia deinde species, de qua sermonem habet, & ipsa in partes secatur, quæ ueluti cucumeris semina uidentur. Ideo apud Hippocratem lati lumbrici duæ species erunt, una, quam cum quis habet, partes duum, trium, uel quatuor cubitorum quandoq; excernit. Alia, quam qui habet, partes similes feminibus cucumeris excernit. At re uera lūbrici, quos in equis illustrissimi duos ei nostri uidimus, qui moriebantur, seminis cucumeris effigiem habebant, est autē cum cumis id quod uulgo *anguriam* uocamus; tamē non erāt partes alicuius uermis, sed erant distincti, & per se nati lumbrici; uideturq; Hippocrates sentire, lumbricos rotundos in uentriculo fieri, & alios generare, latos aut non generare. re etiā uera, & si aliqui Græci, longos in gracilibus intestinis generari uoluerint; nos oculata fide & in uentriculo gigni uidemus, ut Hippocrati uisum est. Plinius libro undecimo Naturalis historiae, capite trigesimalotertio, inquit, intra hominem inuentas esse tineas tricennum pedum, alii quando & plurium longitudine. forte hic Plinij locus corrigendus est, ut legendum sit tænia, non tineas, quoniam à Græcis hic uermis ταινία & fascia nuncupatur. Alexander Trallianus libro tertio capite tertio, ubi de βελιμίαις sermonem habet, præsentem historiam recitat, se matronam quādam nouisse, cuius uenter plurimis diebus officium non fecerat, quanquam prægrandem cibariorum uim usq; ingereret, probeq; concoqueret, atq; ob id lancinationem, & morsum quendam in uentre, & capitis dolorē iugiter conquirebatur. hieram itaq; catharticam ad propellendum id mali assumpsit, quæ functio nem suam perficiens, lumbricum immanē amplitudinis duodecim cubitorum, & plurium eiecit, & eo momento à rabida cibariorum appetentia liberata est. propterea hæc à Tralliano subduntur, quod mulier illa eo bulimiam non patiebatur, sed lumbricus ille insatiabilem & intolerabilem inediā inuexerat. Vermis hic, de quo Trallianus agit, ex horum genere est, & ex eo de quo locutus est Plinius, & tineā appellauit, Græci uero ταινίας uel λωπίας idest tæniās uel fasciās. Superius autem docuimus, in Plinio legendum esse tæniās, nō tineas, & hoc merito, quia eadē remedia suis tineis exhibet Plinius, quæ Galenus & Græci omnes tænijs adhibent. Felicianus in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, ubi Galenus hunc aphorismum adducit, ἀσκαρίδης. idest pitulas interpretatus est, quod an conueniat, tu ipse iudex esto. Vt ergo ea quæ dicta sunt in unam summam colligamus, apud Græcos tria lumbricorum genera inueniri certum est, lumbricus teres, ascarides, & lūbricus latus. Nos deinde ascarides in cucurbitinos distinguimus, & proprie ascarides idest paruos uermiculos. at Arabes, Auicenna inquam & Serapio, adeo hæc nomina confundunt, ut quandoq; pro ascaridibus latum uermem intelligant, quādoq; cucurbitinum, & de uera ascaride non loquātur. Sed hæc nos illis discutienda permittamus, qui hos authores adeo mordicus tenent, ut ubi manifestissimum errorem inciderint, suis quibusdam deliris nugis excusare uelint. Nos præterea hoc solum addemus, apud Latinos authores, ut Celsum libro quarto, capite decimo septimo solum duorum generum mentionem fieri, teretum, & latorum. De ascaridibus, aut cucurbitinis, nihil usquam apud ipsum inuentū est. Paulus Ægineta libro quarto, capite ultimo, dracunculorū quorundam meminit in lumbricorū formam, in India, & regionibus supra Ægyptum nascentium, quod genus in intestinis, uel in uentriculo non uersatur, sed in nostri corporis musculosis partibus, ut in brachijs ac coxis. At hoc genus paruipendere debemus, utpote quod apud nos nec fiat, nec unquam uisum sit. Vnum præterea est, quod ab Hippocrate edocemur, circa principium secundi Epidemiorum, lumbricos magis uexare post meridiē, quā in altera qualibet hora. Deniq; Oribasius talem lumbricorū diuersitatem ex humoribus fecit, ut nobis uisum sit, non esse dignum ut adducatur, si tu eius sententiā cupias, sua cōmentaria uidere nihil impedit.

ἀσχορδονες. i. acrochordones.] Sunt aut acrochordones uerrucarū genus. Galenus acrochordona definiuit esse eminentiā rotundā in cute, quæ habeat angustā basim, nos uulgo *porri* nūcupamus. Sunt apud Latinos uerruca: sed uerruca nomē generalius est, q̄ acrochordones: licet aliqui cū hoc uocabulū inueniunt, nomine generis interpretentur, scilicet uerruca. Est aut aliud uerrucarū genus quod formica uocatur, hoc basim latiorē habet, & ferē sessilis est. Id uero nō habēt acrochordones, quia summā partē latā habent.

habent, eum autem propinquam tenuem, unde à chorda nomen duxit: quoniam uti nexæ chordæ pendere uident: formica uero sensum corrodentis formicæ habet. De his Aetius libro decimoquarto, capite quarto, meminit: in qua parte semper illius loci interpretres, ubi Aetius dicit *ακροχόρδνας*, uerrucas interpretat. At Paulus Ægineta de acrochordone capite octuagesimo septimo sexti libri exquisitius pertractauit, quam quisquæ alter, ubi inquit, *ακροχόρδον* uero tuberculum est quoddam paruū in summa cute absque dolore, callosum, rotundum uel plurimum, ad cutem angustum, ut pendere uideatur, unde acrochordum nuncupatum fuit, quod chordæ summitati simile sit. Ego filiam habeo, quæ quintū annum exegit, Margareta nomine, cui plures acrochordones, & aliæ uerrucæ accidere, & per faciem ac manus innatæ sunt: sed sponte sua nulla ope medica adhibita sanatæ sunt: & alij mei filij, qui eodem linteo faciem abstergebant, ex contagio infecti sunt, tamē nulla cura omnes euaserunt. Accidit uero ob multos humores, quos ex ingluuie in hac ætate contrahunt, potissimum uero ex pituita fiunt: Oribasio teste. Celsus interpretatus est, uerrucarum quædam genera dolentia: Græci *ακροχόρδνας* uocant: tamen re uera non dolent, nisi quis scalpens uel eradicare contendat. Acrochordones, strumas, & omnia alia tubercula, Philotheus ita fieri dicit, *ὅτι κροχύμον πλάσσει ἀσπί εκχονα, ὅπως πλῆθος ἐξ ἄσπιδος οὐσις τῆς διυδαμίας ἀπείληται πᾶσι τῶν ὑπερφάνων, καὶ ποτὶ αὐτὰ τὰ πᾶσι*. idest, Quod mali humoris multitudine generantur, quæ multitudine potentia robusta existente ad superficiem reijcitur, & has passiones facit.

στυριασμοί, idest satyriæ.] Galenus in suo contextu uisus est hanc particulam non habuisse, quoniam neque illam interpretatur, neque ipsius meminit: & Philotheus non habuit: & Celsus etiam in suo Hippocrate hanc partem non habebat. Oribasius uero & habuit, & uerrucarum genus esse dicit, quod in hoc ab acrochordone differt, quoniam acrochordon singulatum est, satyriasis uero unam excellentem uerrucam habet, cui multæ paruæ circumstant: tamen (addit) utraq; ex pituita fiunt, quæ in hac ætate plurimum uiget. Galenus præterea in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc aphorismum adducens satyriasis refert. At non desunt recētes, qui hunc locum de satyriasi intelligunt, quæ est membri uirilis erectio: sed hæc in ista ætate non fit. Est uero satyriasis (ut Galenus in Definitionibus sibi adscriptis edocet) malum quod fit intendente & erigente se hominis genitali, simulque etiam propinquæ intenduntur partes: in aliquibusque feminis eiectione cum uoluptate fit: alienantur mente aliquando, qui id patiuntur, sequiturque neruorum dissentio. Idem Galenus in sexto libro De symptomatum causis, inquit, iam priapismus est, quum masculinū pudendum intumescit, & inflatur inuito, habetque causam hoc symptomata spiritum inflantem. Ex quibus uerbis Paulus Ægineta differentiam posuisse uidetur inter satyriasmum & priapismum, nam capite quinquagesimo sexto libri tertij, ubi de satyriasi sermonem habet, inquit, satyriasis est pudendorum palpitatio, phlegmonosam quandam seminaliū uasorum affectionem sequens, arrigente & intendente se hominis genitali, & nisi leniatur ac desinat, palpitatio illa in languore & resolutionem (quam *παράσις* dicunt) seminariorum uasorum euadere consueuit, aut spasmodum inuere, & cito necare, non sine alui tumore & frigido sudore: dicitque, hunc morbum esse rarum. Postea capite quinquagesimo septimo eiusdem tertij, de priapismo tanquam de re distincta loquitur, inquit, priapismum esse uitium genitalis membri, quod in longitudinem & rotunditatem excrescit, nullo Venereorum stimulante desiderio: inflatio uero euidentis est, quia illa corporis pars spiritu turget, fit autem ex humoribus tenacibus crassisque cum calore mediocri: ut hinc manifeste appareat, satyriasmum à priapismo differre: quia primum est extensio, aliud uero magnitudo membri: tamē unum pro alio usurpatur, & in eodem significato indifferēter accipitur. in satyriasi, palpitatio à Græcis recentibus *πλάσις* nuncupat. Quod uero satyriasis & priapismus diuersa sint, ex Arabibus facile colligi potest: nempe Auicēna satyriasin acroin & arsacon uocat: & uno in loco de acraïn & arsacon sermonem habuit: priapismum uero (qui in magnitudine priapi consistit) in illa parte in qua de multitudine erectionis absque desiderio & priapismo locutus est, pertractauit: imò & apud Haliabālē distincta sunt: nā satyriasin titillationē uocauit, priapismū uero erectionē, à Græcis tamē differūt. At Galenus in ultima parte libelli De tumoribus præter naturā, inter satyriasmū & priapismū differētā facere nō uidet: inquit

enim

enim, καὶ τὸ πρὸς καὶ τὸς ἰσὶ φύσιν γυνάσσει τῶν ἀδελῶν μὴ καθ' ἑαυτὰς, τὴν ὀνομαζομένην σατυριασμόν, τὴν δὲ σατυριασμόν, idest, Sicuti pudendorum intentiones non remittentes, quidam satyriasmum, alij priapismum appellant, ut nullam differentiam nisi in nomine laedere uideatur. Tamen in praesenti Aphorismo non putamus satyriasmum in hoc significato accipi, quia satyriasmus, idest uirilis membri erectiones in hac aetate non fiunt. Significat etiam satyriasmus apud Galenum secundum quosdam antiquos, oisium excessus iuxta tempora, sunt enim tales eminentiae, ueluti tubercula in alijs partibus. Ita dici potest, quia & si sit morbus in formatione, tamen est in quacunque aetate, & non in hac solum. Sed Galenus in eadem parte eiusdem libri De tumoribus praeter naturam, de elephante agit: Elephas uero ab humore melancholico, uel à sanguine melancholico ortum habet, & cum temporis processu atra bilis sanguinem excedit, grauius olet, & ingratum aspectum habent. In Galeno deinde haec sequuntur, γυνῆς δὲ αὐτῆς καὶ ἑλκὸς συμπίπτει, ἔσθ' ἂν πάλῃ ἀρχόμενον ὀνομαζομένην σατυριασμόν, ἡπειδὴ τῶν σατυριῶν ὁμοιοί γίνονται τῶν σατυριῶν. idest, Quibusdam autem ipsorum ulcera accedunt: hoc mali dum incipit, satyriasmum uocant, quoniam satyris similes facie fiunt. Nos igitur hanc satyriasmum illam esse putamus, de qua Hippocrates in hoc aphorismo intelligit, & non illam quae uirile membrum extendit. Nam in Gallia multos in hac aetate uidimus tali facie deformatos. Haec passiones apud nos non uigent, sicuti nec lepra, & raras affectiones ingētes, ut elephas est, uidemus. Tamen quandoque pueros uidimus satyriasmum circa fauces habentes, & talem habere cutem, qualem satyros habuisse describunt, denigratam, ob continuas exulcerationes: at sanantur, & abeunt maculae.

χειρῶν δόρ, idest strumae.] Sunt in adenosis partibus durities, quae in collo, alis & in guinibus fiunt. Nonnulli dixere, nihil aliud esse, quam adenes induratos: sed indurati quidem sunt, uerum ob pituitosam materiam, quae ob ingluuiem in hac aetate generatur. Appellantur uero *χειρῶν δόρ* à Graecis, à suis: quoniam *χειρῶν*, sues uocant, & in hoc animante circa collum & ceruicem innumeræ crescunt: unde & recentes medici, scrofulas, à scrofa porca denominarunt: quamuis ipsi hinc significationis rationem accipiant, ita appellari, non quia sues strumas frequentes habeant, sed potius quia multæ semper reperiuntur, sicuti scropha multos filios gignit: unde differentia est inter nodum & alios tumores praeter naturam in collo, & strumas: quoniam illi singuli sunt, strumae plures. Aliqui putarunt, *χειρῶν δόρ* dictas esse à choeradibus, quae petrae sunt per marinas aquas transparentes. Celsus libro quinto, capite uigesimo octauo, eodem modo de strumis agit, sed & Graeci. Aetius capite quinto libri decimi quarti, strumas in suisbus non fieri dicit, fed adenosos globulos, quibus strumae assimilantur, quas definire uolens inquit, esse carnes subcandidas, auctu faciles, intra membranam contentas, utque summam dicat, sunt glandulae induratae. Facitque Aetius strumarum differentias, ex magnitudine, natura, loco, ortu, multitudine, & uasorum multiplicatione. Magnitudine, quia aliquae magnae, aliquae paruae, aliquae mediae. Natura, quoniam aliquae mites, aliquae maleficae. Loco, quia aliae in posterioribus colli partibus, aliae in obliquis, aliae circa guttur, aliae in superficie sub cuti, aliae penitiores partes occupant. Ortum, quia quaedam suspensa, quaedam huc illuc facile mouentur, quaedam inserta multitudine, quia modo una, modo plures: tamen recentes medici unam solam strumam fieri posse non iudicant. Sed haec pars ita distinguenda est, quod modo plures, modo pauciores uasorum coplicatione: nam quaedam uenas & arterias complicatas habent, quaedam non. Haec est strumarum distinctio secundum Aetium ex Leonida antiquo medico excerpta. Paulus Aegineta eodem modo de struma tractauit libro quarto, capite trigesimo tertio, hoc dempto, quod species non distinxit. Hippocrates in libro De glandulis per omnia membra, de choeradibus, idest strumis agit, inquit, esse ceruicis peculiare malum, tamen & in axillis fieri. Idem Hippocrates in libro De capitis uulneribus, asserit, ubi de his urbibus differit, quae quodammodo frigidis uentis oppositae sunt, utpote inter orientem & occidentem aequiuum solis sitis, inquit, quae hi habent aquas crudas, duras, asperas, frigidas, dulces, copiosas aquas habent, homines harum urbium habent capita sana & dura, plerumque tamen strumis molestantur. Celsus dicit, Me gen chirurgicum referre, in mamis mulierum se strumas reperiisse, ac si magnam quod retulerit.

Nos

Nos enim non solum in mulierū, sed & in uirorum mammis strumas uisimus: imò & ratio ipsa in mammis fieri posse ostendit, quia adenosæ partes sunt: & nunc millesimo quingentesimo trigesimo septimo, in mense Aprilis opem medicam exercemus in mulierem quandam, quæ omnem ferè corporis partem, usq; ad inguina strumis plenam habet. Marcello uiro aliqui docto in asphodelo uidetur, quod Plinius hoc uocabulo struma ad duo tumorum genera utatur: nam apud Græcos hæc duo diuersa nomina inueniuntur *σθιδίνας* & *χειριδόνας*, idest dothienes & chirades: secundum proprie strumas, primum uero tumorem in carnosâ parte ad abscessum perueniētem significat. At Marcellus dicit, Plinium semper strumas interpretari, quando Græci authores *σθιδίνας*, uel *χειριδόνας* scriptum habent: sed apud Plinium ita constare non declarat, propterea nos dicimus *σθιδίνας* illos esse, quos Latini furunculos uocant: de quibus Celsus capite uigesimo octauo quinti libri agit, inquit, furunculum esse tuberculum acutum cum inflammatione & dolore, maximeq; ubi iam in pus uertitur. Galenus in ultima parte libri de tumoribus præter naturam, inquit, *σθιδίνας* notum esse omnibus. Additq; certe esse mitem, quia in ipsa cute sola consilit: malignum autem quum magis in altum radices fixerit, nam sic tuberculo similis est: differt tamē ab illo sola duritie, estq; affectus phlegmonodes, apparetq; duritia differre à phymatibus, & secundum Celsum etiam acutie, phymaq; frequenter esse maius, planius & rotundius. Nec differt Galenus à Celso, & si Galenus dicat esse mitem, Celsus uero cum maximo dolore: quoniam quando profundus sunt, tunc maximo dolore molestant, at in superficie mites existunt. Vnde & Celsus in medio ferè capitis, inquit: In eo nullum periculū est, etiam si nulla curatio adhibeatur. Auicenna de illo sermonem habuit in illa parte, in qua de Aldemurenud pertractauit, Multi sunt, qui ipsum clauum appellat, quoniam tanquam clauus infixus, præsertim quo ad dolorem uideatur: alij uero spinam uocant, quoniam ut infixa spina doloris speciem refert. Sed ad rem nostram redeuntes, à nobis ostendendum est, ubi Græci *σθιδίνας* dicunt, Plinium furunculos interpretari, & non strumas, ut Marcellus putauit, imò ipse inconstans est: nam in uarijs & multis locis *σθιδίνας*, idest strumas interpretatur, ut in capite de nasturtio, in capite de grossis ficorum & caprificorum, & in alijs multis locis. At in secundo libro *σθιδίνας*, idest furunculos reddit: nam eo loco de tritico agit Dioscorides, inquit, *καὶ σθιδίνας σὺν ἄλλοις ἐκπίοσι καὶ ἀναστομοί.* Marcellus hæc uerba interpretatur, & furunculos cum sale maturat & aperit, ut hic non amplius strumas interpretatur: imò & in alijs locis, ubi inuenit *σθιδίνας*, uertit tumores in carne ex crassa materia, qui ueniunt ad abscessum, ut ferè totus inconstans & uarius sit. Hermolaus constantior est, qui semper *σθιδίνας* furunculos uertit. Ad primū igitur redeuntes, non solum Marcellus putat *σθιδίνας*, strumas significare: sed in capite etiam de asphodelo dicit, Plinium idem sentire, & semper interpretari *σθιδίνας*, idest strumas. At istud non esse uerum, facile ostendemus. Nam Dioscorides libro secundo, in capite de nasturtio, dicit, *σθιδίνας τε ἐκπυοὶ σὺν ἄλλοις κατὰ πλάσιν.* idest (secundum Marcelli interpretationem) strumas præterea absunt ex muria illitum. Hermolaus hanc sententiā per Plinij uerba reddit, tamen sensus alter est: nam dicit, furunculos concoquit cū fermento. Nos potius uerteremus furunculos ad suppurationem ducit cum muria cataplasmatibus forma applicitum: quamuis Plinius libro uigesimo, capite decimotertio, ubi de nasturtio agit, hæc uerba posuerit, furunculos concoquit cum fermento. Certum uero est, & si non dicat cum muria, tamen & cum fermento ualet: & fortè Hermolai Dioscorides eo modo scriptum habuit. Vnum uero est non omittendum quin consideretur, In tota illa parte, ubi de nasturtio Plinius dixerit, de strumis nihil haberi, sed bene de furunculis, & Græcos omnes hoc sponte fateri, quod *σθιδίνας*, idest dothienibus succurrat. At Marcellus huic sententiæ inniti posset, & quicquid senserit, comprobare: quoniam Plinius ubi de asphodelo agit, strumis succurrere dicit. Dioscorides uero strumarum non meminuit, sed solum *σθιδίνας*, quod indicium esse potest, Plinium Dioscoridem interpretatum esse, ut per *σθιδίνας* strumas intelligeret. Adde quod ubi Dioscorides de ficorum & caprificorum grossis sermonem habet, inquit, *σθιδίνας τε σὺν κηρῷ σελήουσι.* idest, dothienas que cum cera soluunt. Plinius uero libro uigesimo tertio, capite quinto, ubi de eisdem grossis loquitur, inquit, eis strumas discuti. De furunculis autem nullam

nullam mentionem facit. Verum hæc nihil faciunt, nihilque probant, quod Plinius *δδβίννας*, idest strumas, interpretetur: quoniam Plinius non est Dioscoridis interpres, tamen & si id concedamus, Plinium Dioscoridem plerumque interpretari, acrius offendamus non uertisse *δδβίννας*, idest strumas, sed potius furunculos: nam ubi Dioscorides de galbano pertractat, inquit, ualere *πρωτὸς δδβίννας*, idest ad dothienas, & Plinius capite quinto libri uigefimiquarti, idem ad furunculos ualere dicit, & mox strumas specificat. At hoc quod sequitur, maximum est huius rei testimonium, quod apud Plinium, *δδβίννας* furunculi sunt: quia Dioscorides libro quarto, capite de pycnocomo dicit, Quin etiam folia, emplastri modo imposita, *φύματα καὶ δδβίννας εσφαφορῶν*, idest panos & furunculos discutit. Itaque & ipse Marcellus, tanquam ab ipsa ueritate coactus, interpretatur in hoc loco *δδβίννας*, idest furunculos. Nunc Pliniū audias capite duodecimo libri uigefimisexti de pycnocomi remedijs differentem, hanc eandem sententiam his uerbis retulisse. *Πασιμ & in quacunque parte ac maximo incommodo nascuntur, qui furunculi uocantur, mortiferum aliquando malum confectis corporibus. Remedio sunt pycnocomi folia trita cum polenta, si nondum caput fecerint. Vbi uides eadem folia quæ apud Dioscoridem *δδβίννας* ualent, apud Plinium furunculis opitulari. Adde & hoc aliud, Dioscoridem ubi de omni sale agit, scriptum reliquisse, *συνεχθίζει δὲ ἢ σίαν ὕειω ἢ μέλιτι, δδβίννας εσφαφορῶν*, idest, Cum uua passa, surillo uel adipe, aut melle, dothienas discutunt. Plinius modo libro trigefimoprīmo, capite nono, de sale loquens inquit, quod furunculos emendat cum passa uua exempto eius ligno, & seuo bubulo atque origano, ac fermento uel pane, ubi uides idem ferè à Plinio de furunculo dici, quod à Dioscoride de Dothiene scriptum est. Denique ut in hac re finem faciamus, Dioscorides libro quinto, ubi de aphronitro agit, hæc uerba habet, *ἀναστομοὶ δὲ καὶ δδβίννας ἀναλεμβόμεναι τὸν μανθίνην ἔκπτυν.* idest, Extrahit autem & dothienes resinæ terebinthinæ admixtum. Non pigeat modo Plinij uerbis libro trigefimoprīmo, capite decimo, de nitri generibus & aphronitri pertractatibus ueres accommodare, ubi dicit, furunculos admixtum resinæ extrahit, qui & si de terebinthina non specificat, satis est, quod resinam nominauerit. Ex his ergo & alijs multis similibus Marcello fides adhibenda non est, quod Plinius *δδβίννας*, idest strumas interpretetur, sed potius furunculos, ut re uera sunt. Nam & Paulus Ægineta capite uigefimotertio quarti libri, inquit, *δδβίννα* est tumor cum abscessu ex crassis humoribus in carnosis plerumque partibus consistens: clemens quidem ac mitis, quum in sola cute confiterit: maleficus autem, euratque difficilis, quum non in summa cute, sed altius coierit. Non possum etiam ab hoc argumento temperare, quod nobis ansam præbere potest, *δδβίννας* apud Græcos, apud Latinos furunculum esse. Nam Auicenna libro primo, sen prima, doctrina quarta, capite secūdo, ubi de qualitate generationis humorum, de quæ coctionibus loquitur, probare uolens quod aliqua coctio in ore fiat, dum masticamus, hoc argumento utitur: quia si triticum masticatum acceperimus, & furunculo superponamus, ad eius coctionem facit, quam triticum quum aqua pinsum non procurat: ex quo signum elici potest, quod ex masticatione aliquid acquirit. Paulus etiam Ægineta præcitato capite, ad *δδβίννας*, hoc remedium assignat, quod triticum masticum, atque dentibus ita friatum & impositum *δδβίννας* maturat. Sed hæc missa faciamus, & ad Hippocratem reuertamur, quoniam hæc dissiidia in aliud tempus differentes exquisitius discutiemus: aliqui enim sunt, qui *φύματα*, furunculos interpretati sunt.*

καὶ τὰ ἄλλα φύματα. idest, Et alia tubercula. Quæ Oribasius enumerat, ut sreatomata, ganglia. Superius autem nos per τὸ φύμα quid intelligendum sit, edocuimus: nunc Hippocrates ad omnes tumores uocabulum *φύμα* usurpat, imò & strumæ & satyræ & uerrucæ, nunc *φύματα* uocant, licet multi per *φύμα* panum intelligant. Nos autem superius scriptum reliquimus, in quacunque parte glandulosa fieri *φύμα*. Nunc uero addamus, plerumque hoc uocabulū cōmune esse ad omnes tumores, ut in hoc aphorismo accipitur. Philotheus uero unde deducatur hoc uocabulū *φύμα*, edocet, inquit: *φύματα δὲ αὐτὰ καλεῖ ἄρ μεταφορᾶς τῶν φυμαλίων ἢ τῶν γῆ δῆ τὰ ταχέως φύονται καὶ αὐξάνει καὶ ἐκπίπτει σκιδάει.* idest, Vocat autem ipsa phymata per metaphoram eorum quæ producuntur in terra, quoniam celeriter nascuntur & augentur, & ad suppurationem perducuntur.

Μαλιστα δὲ τὰ προειρημμένα. idest, Sed præcipue antedicta] scilicet *φύματα*, ut illa omnia quæ

quæ in aphorismo numerata sunt, sub hoc uocabulo *φύμα* complectatur. In aliquibus codicibus hæc pars abest, nam solum legunt, Et alia tubercula: postea nihil sequitur.

GALENVS

P R I M V M quidem scripsit de recens natis puerulis, deinde illis qui dentes edunt. Nunc uero de his qui mediam habent ætatem, inter illos qui iam dentes ediderunt, & qui sunt pubertati proximi. Nam deinceps sequenti aphorismo illorum cōmeminit, qui quartum ordine obtinent locum. Verum tertiam ætatem quæ nūc proponitur, quæ usq; ad duodecimum & tertiumdecimū annum progreditur, capi ait passioibus, quarum primas tonsillas nominat, quæ sunt locorum ad isthmum attinentiū inflammationes. Hic autem per isthmum oportet intelligere partem illam quæ os, & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab his qui proprie dicuntur isthmī. Sunt autem angusti quidam terræ transitus inter duo maria sitæ. Hæ autē tonsillæ sunt, nonnunquam solius tunicæ uentri, ac gulæ, & faucibus, totiq; ori communis inflammationes: nonnunquam uero, & subiectorum ipsi musculorum, quando & uertebrae quæ est in occipite fiunt ad interiora motiones, de quibus post tonsillas inquit, Et uertebrae quæ in occipite ad interiora luxationes, nam à musculis inflammationem patientibus uertebra tracta, ad partem inclinat ceruicis anteriorem. Nominauit autem hæc partem Hippocrates, non anteriorem, sed interiorem, ut ad uertebra retro locatam suum sermonem referens: corporis si quidem ad profunda traductio, siue ex anterioribus, siue ex posterioribus fiat partibus, per unum uerbum, scilicet intra, monstratur. Quid igitur Hippocrates in nouiter natis puerulis neque de tonsillis, neque de uertebrae quæ est in occipite luxatione aliquid dixit, cum tamen & isti nihilominus cerebrum humidum, & plenum habeant superfluitatibus, adeo quod subiectis partibus possunt demittere fluctiones: an quia hac ætate prius moriūtur, quam subiecti faucibus musculi unā cum neruis fortem subeant inflammationem: adde quod hi partes habeat mollissimas, atq; ideo non possunt uehementius intendi, ita ut uertebra intus ad ipsas attrahatur, & quidem & asthma (sic autem Græci uocant crebrum anhelitum qualis currentibus accidit, aut quouis alio modo ad uehementem ductis motionem) Sed in his quidem fit ob exercitium quod multa indiget animalis respiratione. Vbi autem nō adest exercitium, ob angustiam eorum quæ sunt in pulmone uentriculorum, hæc uero angustia fit repleto uiscere ab his quæ de super ueniunt fluctionibus, hæc autem fluctiones plures quidem in recens natis puerulis sunt. Cito autem ipsos interficiunt, quoniam & aliter male se habent. Nam ex utero ad aerem ambientem transitus, & alimenti mutatio, & si aliqua adsit inflammatio, ab initio quidem locorum ad umbilicum attinentium, postea uero ob dentium generationem, ex his omnibus fiunt imbecilliores, & uix ea quæ dixi tolerant mala, nedum si ad hæc etiā fluctiones accesserint possint sustinere, ubi ad pulmonem decubuerint. Lapis uero propria est passio puerorum qui ob edacitatem non paucos crudos humores coaceruant, ex quibus pars crassior una cū urinis ad uelicam perueniens fit lapidum generationis materia. Accedit altera causa, uehementia caliditatis. Aceruant enim & senes humorem crudum non paucum, non propter edacitatem, ut pueri, sed propter potentia concoquentis imbecillitatem: non tamen calorem fortem habent qui ex materia crassa uaporem resoluens lapidem generet. Lumbrici uero, atque ascarides uidentur alijs animalibus proportionaliter gigni, quæ non ex seminibus, sed ex putredine habent generationem. Sola enim putredo hæc non est ad generandum sufficiens, sed & calore plurimo indiget. Cibus autem plerumque corrumpitur in uentre, & præcipue inferiore puerulis, uerum caliditas in ualde tenellis nondum materiam obtinet, in adultioribus autem & materia idonea est ad animalium generacionem, & præterea caliditas adest. Ascarides igitur sunt tenues quidam lumbrici qui in parte maxime inferiore crassi intestini gignuntur, & plurimi apparent in iumentis male cibum coquentibus, quorum malam coctionem foetor indicat excrementorum. Aliud uero genus lumbricorum est rotundorum, qui in superioribus magis intestinis generantur, adeo quod ad ipsum quandoq; uentriculum ascendant. Multo uero plures hi, quam ascarides gignuntur in pueris. Rarior autem est lumbrici lati generatio, qui & longissimus est, & sepe per tota extenditur intestina. Verum

de hoc nullam fecit Hippocrates mentionem, quoniam neque eius erat propositum, de omnibus agere passionibus quæ mortalibus accidunt, sed de illis tantum quæ singulis ætatibus accidunt. Ob hanc igitur causam ipse enumeratis iam dictis, deinceps uerucarum genus, quod Græci acrochordonas uocant, & strumas adiecit, quæ sunt uitiatæ multitudinis ad exteriora, & cutem repentis germina passionis. Omne autem ipsorum genus tubercula nominat, ita deinceps scribens: Acrochordones, strumæ, & alia tubercula. Quædam autem ex his præcipuo uocabulo tubercula nominantur, quædam sponte nascentes, & subito factæ inflammationes, quæ celerrime in altum attolluntur acumen, & celerrime etiam suppurantur, & plurima est horum in inguinibus & alis generatio: quoniam & in his partibus plures sunt adenes, qui apti natura sunt ad has superfluitates prompte excipiendas: horum passio struma quoque est, non ex calida materia, neque ad suppurationem properante, sed pituitosiore & frigidiore consistens.

BRASAVOLVS

PRIMO, Galenus hunc aphorismum præcedentibus coniungit & continuat: nam Hippocrates prius de nuper natis puerulis sermonem habuit aphorismo uigesimo quarto, deinde aphorismo uigesimo quinto, de his qui dentire incipiunt locutus est. Nunc de tertia ætate pertractat inter eos qui iam dentire, & pubertatem mediâ, qua spatium ferè à septimo anno usque ad duodecimum uel decimum tertium comprehenditur: nam pueri biliosiores & calidiores tertio decimo anno, uel circa puberes efficiuntur: frigidiores uero & pituitosiores quarto decimo, uel circa. Morbos igitur qui in hac ætate generantur, edocere studet.

In primo huius commenti uestibulo, ubi scriptum est, Nunc uero de ijs qui mediam ætatem habent: in contextu Aldino ita præcise scriptum est, ut Leonicenus uertit, *ἐπι νῦν πῶς ἢ μὴ παρὰ τὴν ἡλικίαν*. & reliqua. Sed meus antiquus contextus tria uerba habet, quæ in Aldino scripta non sunt: ita enim legit, *ἐπι νῦν ἐπι τῶν πινδύ τελευτῶν*, id est, Nunc uero de alijs quibusdam tertijs, postea sequatur, ut in Leoniceno habetur, Qui mediam habent ætatem inter illos qui iam dentes ædiderunt: & cætera. Id etiam quod in Aldino codice legitur, *πῶς ἢ μὴ παρὰ τὴν*, & reliqua: in meo antiquo, *ἢ μὴ παρὰ τὴν*, & reliqua quæ ibi scripta sunt, habetur.

In illa etiam parte in qua legitur, Capi autem passionibus: deest particula Pluribus, quæ in meo antiquo codice posita est: nempe dicit, *ἐλισκεδαι πᾶσιν πλείοσι φησὶν*, id est, Capi inquit passionibus pluribus. & conuenit hanc particulam ponere, quam tamen non habuit in suo codice Leonicenus, nec codex Aldinus habet, sed ita simpliciter legit, *ἐλισκεδαι πᾶσιν φησὶν*.

SECUNDO, Galenus ad morbos qui fiunt, descendit: & primo ad tonsillas, quæ nihil aliud sunt, quàm inflammationes locorum ad isthmum atinentium. Interimque quid isthmus sit, edocet. De isthmo uero in aphorismi interpretatione plura diximus, quod est breue terræ spatium inter duo maria. Quum uero à Galeno edoceamur, in homine quid isthmus sit, dicit partem illam intelligere oportere, quæ os & gulam interiacet: hic sua lingua uocabulo *σπλαγχνῶν*, pro gula utitur: nam quod œsophagum & stomachum Græci nuncupant, Latini cibalem fistulam & gulam uocant: quamuis hæc particulariter determinatis quibusdam partibus applicare possimus.

Quum etiam legitur, Ventrî ac gulæ & faucibus: Græce hæc tria uocabula ista sunt, *γαστήρ καὶ τῶν σπλαγχνῶν καὶ τῆ φάρυγγι*.

TERTIO Galenus docet, quandoque inflammationes illas in musculis esse, & propter id uertebrae, quæ in occipitio est, ad interiora luxationes fiunt. Notatque Galenus id eum esse interiorem, non anteriorem, ut suum sermonem ad uertebra recto locatam referat, quia corporis tractus ad profunda, uel sit ex partibus anterioribus, uel ex posterioribus: per unum uerbum explicatur. Dubitatque Galenus, cur de tonsillis & de luxatione prædicta Hippocrates in puerulis nuper natis locutus non sit, quum tamen & hi hos morbos incurere debeant, quia cerebrum ualde humidum habent. Respondet Galenus, quod in hac ætate prius moriuntur, quàm adeo pati possint, ut faucium musculi unâ cum neruis inflammentur. Additque, hos molliissimas partes habere, ideo uehementer intendi non possunt, ita ut uertebra intus ad ipsas atrahantur.

Quod

Quod dicit, Corporis liquidem ad profunda traductio: hæc particula Traductio, *μετακίνησις* est, idest transmutatio, transitus, & etiam traductio.

Quod etiam legitur, Quid igitur Hippocrates in nouiter natis puerulis, neq; de tonsillis, neq; de uertebra quæ in occipitio, luxatione. Pro luxatiōe utitur uocabulo *ξοπή*, quod significat momentum illud, quando lanx inclinat: inclinat uero lanx, quando extra proprium locum cadit uertebra. Adde, pro uocabulo Occipitio, Græce dixisse, *ἡπίϊνιον*. Sed hoc nomen *ἡπίϊνιον*, apud authores pro neruo ceruicis, pro fibra, pro mensura, & pro occipite usurpatum reperitur, hic pro occipitio sumi debet.

Quod legitur, Adde quod hi partes habent mollissimas: Græce scriptum est, *ὅτι μελακα τῶν τε ὀστέων αὐτοῖς τὰ μολεῖα*, i. quod hi partes habent molles: non autem mollissimas.

QVARTO, Galenus causam reddit, cur in hac ætate asthma generetur. Est autem asthma, creber anhelitus, qualis his accidere solet qui cucurrerunt, uel motum aliquem uehementiorem exercuerunt: sed in his ob exercitium & motum fit, in quo multa respiratione indigemus. In illis uero qui non se exercuerunt, ex angustia uentriculorum pulmonis accidit, quæ in nuper natis puerulis ob multas fluctiones fit.

Quod etiam legitur, Et quidem est asthma: Græce habetur, *καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἀδύμα*, idest, Et equidem & asthma, scilicet, præter luxationem in hac ætate causatur.

Quod deinde sequitur, Vocant crebrum anhelitum: Græce est, *καλοῦσι δὲ τὸν πνεύμων ἀναπνοῖν*, idest, Vocant autem crebram respirationem. Nam *ἀναπνοῖν*, respiratio, nem, & non anhelitum significat.

Id etiam quod sequitur, Quod multa indiget animalis respiratione: Græce legitur, *ἀναπνοῖς πολλῆς τὸ ζῷον χρῆζοντι*. Vides Leonicensem statim post duos uersus interpretari *ἀναπνοῖν*, idest respirationem, & non anhelitum: præscriptamq; partem, nos ita interpretandam ducimus, Animalis indigente multa respiratione. Nam in Leonicensi interpretatione conueniens constructio non est, quomodo enim hæc uerba construere poteris? Quod multa indiget animalis respiratione. Nam hæc particula Animalis, iungi debet illi particule Alicui, uel illi Respirationi, uel uerbo. Sed tunc sensus falsus est, & imperfectus. Melius fuisset in recto legere Animal: ut hic esset uerborum ordo, Quod multa indiget animal respiratione. Sed nostra prius dicta interpretatio, Galeni sententiam probius exprimit.

Quod etiam legitur, Ob angustiam eorum quæ sunt in pulmone uentriculorum: hic deest particula Spiritus, quam meus antiquus codex ponit ita dicens, *ἔστι τὸν στενοχωρεῖαν τῷ πνεύμονι κοιλίῳ τὸ πνεύματι*. idest, Propter angustiam spiritus, eorum qui sunt in pulmone uentriculorum. Aldinus codex illi similis est, quem Leonicensus habebat: nam nec ipse hanc particulam *τὸ πνεύματι*, idest spiritus habet.

QVINTO, ad uesicæ lapidem transit, quem propriam puerorū passionem ob eorum edacitatem esse dicit, nempe humores multos & crudos coaceruant, quorum crassior pars unā cum urina descendens lapidum materia fit: & eo magis quo caliditas accedit, quæ fatis uehemens est. Senes uero ob eandem causam humores non generant, quia edaces sint: sed ob id solū, quod uires imbecillas habent, quæ concoquere uel consumere non possunt: tamen quia multo calore insigniti non sunt, lapidem generare non possunt. Adde tu, quod in senibus renum calculi generantur, quoniam in his partibus aliqua caliditas inest.

In illa deinde parte, Lapis uero propria est passio puerorum: duæ particule desunt, scilicet maxime & talium. Nam in antiquo meo contextu ita habetur, *ἡ δὲ λιθίασις ἴδιου ὀστέου καὶ τῆς πλινκίτης πνεύμων πύθμα*, idest, Lapis autem propria est maxime talium puerorū passio. At Aldinus codex eodem modo legit, ut in suo Leonicensus habebat, hoc dempto, quod in plurali legit, *αἱ δὲ λιθίασις, ἴδιου ὀστέου καὶ τῆς πλινκίτης πύθμα*, idest, lapides autem sunt propria puerorum passio.

Quod postea scriptum est, Qui ex materia crassa uaporem resoluens, lapidem generet: Græce habetur, *ὁ πλὴν παχέαν ὑλὴν βλαττικῶν ἐργαζέσθαι εἰς λίθους*. Quam partē nos ita interpretandam putamus, Qui materiam crassam euaporare faciens, lapidem facit: non quod crassum euaporet, sed quod in materia crassa euaporandi naturam habens situm est, euaporat, & lapides fiunt: quod in plurali, non autem in singulari dicit Galenus.

SEXTO, Galenus edocet, quomodo ex putredine & calore lumbrici generentur: & tria illa lumbricorum genera enumerat, de quibus in aphorismo ubertim egimus, scilicet lumbricos rotundos, ascarides, & latos: tenetq; in gracilibus & superioribus intestinis fieri, propterea quandoq; in uentriculum irrepunt. Addimus autem nos, in uentriculo etiam generari, & materiam uidimus, quam pueri quidam euouerāt, quæ in uermem nondum perfecte coaluerat, alia integer uermis erat, alia erat pura materia, uermiculi forma informis.

Quod in hac parte legitur, Verum caliditas in ualde tenellis nondam materiam obtinet: Græce habetur, ἀλλ' ἢ θερμότης τοῖς μὲν πᾶσι νέοις, οὐδέπω τῆς ὕλης ἐχρηστικῆς ὄντι, idest, sed caliditas in ualde iuuenibus aut tenellis, nondum est continens materiam, quia non est tanta ut uermes parere possit.

SEPTIMO, de uerrucis & strumis agit, quæ ex multitudine uitiosæ materiæ generantur: omnia autem hæc uno uocabulo ab Hippocrate φύματα nominantur: quæ omnia ex se clara sunt, si nonnulli in contextu animaduertimus.

Quod dicit, Vitiatæ multitudinis: in Græco exquisitius exprimit, κατὰ χόμον πλῆθος. Quod etiam sequitur, Οὐνε autem ipforum genus tubercula nominat, ita deinceps scribens, acrochordones, strumæ, & alia tubercula: in meo antiquo contextu quædā sequuntur, quæ neq; in Aldino inueniuntur, neq; in suo Leoniceus habebat. Sunt autem ista: Quum dixit, καὶ τὰ ἄλλα φύματα, quam particulam omnes alij codices habent: postea in meo antiquo hæc sequuntur, quæ in alijs non sunt, τινὲς γίνονται μὴ δὲ γινώσκου τῶν ἱπποκράτει τὰς πλατέας ἐν τῷ φάρμακῳ αὐτῶν ἑλμυδίας στρογγύλας ἀντιστραβηκίδιους διδοῦναι πρὸς τὰς πλατέας, καὶ οὐχὶ πρὸς ἀσκαρίδας, στρογγύλας γὰρ καὶ αὐταὶ, ἀλλ' ἐν καὶ λίαν καὶ μικρὰ, idest (ut ad uerbum referamus) Quidam autem putant Hippocratem non cognoscere latos lumbricos, ex eo quod dixit (scilicet, quia non numerauit) Ipse autem cōtrā dixit lumbricos longos ad latos, & non ad ascarides: nam & ipsæ (scilicet ascarides) lumbrici longi sunt, sed graciles ualde & parui. Et re uera decipiébatur, quia in aphorismo ostendimus, apud Hippocratem in libro quarto De morbis, latos lumbricos inueniri. Putamus autem hanc Galeni partem superius ponendam esse, ubi de lumbricis tractabat. Sequitur deinde in meo antiquo contextu, id quod in omnibus alijs scriptū est, scilicet λέγεται δὲ θραύεως ἕνια φύματα φλεγμονῶν πινδῶν αὐτῶν τῶν χριστῶν μὲν γινώσκονται, idest, Principio autem uocabulo quædam tubercula nominantur, quædam sponte nascentes inflammationes & uelocissime factæ. Melius est uelocissime interpretari, ut particula τῶν χριστῶν meretur, quàm subito. Quum Galenus de his tuberculis prosequitur, quæ Græce φύματα nuncupantur, dicit, Et plurima est horum in inguinibus & alijs generatio. hic contextus librarij gratia deprauatus est: legi enim debet Et alis, non Alijs: quia in axillis & in inguinibus φύματα, proprie fiunt. Græcus uero contextus generationē horum esse dicit, ἐν βουβῶσι τε καὶ μαζαλαῖς. Verum tamen est, quod nomen μαζαλαῖς, præter alarum concauitatem, in herbarum geniculis concauitates etiam significat.

Quum prope finem commēti habetur, Horum passio struma quoq; est: hic deest uocabulum, adenum. Græce enim legitur, πύτωρ ἢν ἀδένων δὲ πύτωμα καὶ ἢ χριστῶν, idest, horum adenum passio, struma quoq; est: nam & ipsa sub alis & in inguinibus fit, licet rarius in his partibus, quia plerumq; colli adenes occupat.

APHORISMVS XXVII

GRandioribus autem & iam accedentibus ad pubertatem, plurima ex his & febres diurnæ magis, & ex naribus profluvia sanguinis.

BRASAVOLVS

IN præcedenti aphorismo de mediâ ætate inter dentiendâ ætatem & pubertatem locutus est, de his nunc sermonem habet, qui & pubertati propinqui, & iam puberes esse cōti sunt: his etenim multi morbi ex prædictis fiunt, quoniâ & ætatem habent ualde propinquam & affinem præcedenti: quibus diurnæ febres accedunt, & sanguinis profluvia ex naribus. Celsus præsentem aphorismum libro secundo capite primo, referens, in his

his tantum intelligit, quibus iam instat pubertas. Ideo hæc sunt eius uerba, Incipiente uero iam pube, ex eisdem multæ & longæ febres, sanguinis ex naribus cursus, Galenus octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc aphorismū ad uerbum refert,

ποιοι δὲ πρῶτον τῶν ἡλικιῶν, καὶ πῶς τὸν ἡβλῶν πρῶτον γίνονται. idest, grandioribus autem & ad pubertatem accedētibus]. i. qui iam sunt in pubertate, uel ualde propinqui pubertati. Philotheus dicit, πῶς τῆς τεταρτῆς ἡλικίας νῦν διαλέγεται, πούτῃ τῆς ἡβῆς. i. de quarta ætate nūc disputat, idest pubertate. quam ætatem nullus certe determinare potest, & in omni homine statutum tempus assignare, quia nec temperaturæ sunt æquales; nam qui biliosiores sunt, & calidiores, hi citius pubescunt: pituitosiores uero & frigidiores tardius; nullus reperitur, qui quinto decimo anno non pubuerit, & nullus ante duodecimū puber est. Totum hoc spatium à duodecimo anno usq; ad decimūquintum, secundum maiorem & minorem caliditatem, citius & tardius pubertatē implet; sed nullus decimum quintum annum transcendit, & nullus ante duodecimū pubescit, ut plurimū uero decimo quarto anno puberes efficiuntur; ideo pubertatis terminus ab Hippocrate & Galeno, & alijs pluribus quartusdecimus annus assignat, quia rarissimi hunc transcendunt, & quia rarissimi duodecimo anno puberes fiūt; propterea in calidioribus à Galeno tertiusdecimus annus, pubertatis annus existimatur, hæc q; in uiris intelligenda sunt; nam mulieres citius pubescunt. Ipsæ enim à decimo anno usq; ad tertiumdecimum, secundum maiorem aut minorem caliditatem puberes fiunt, tamen raræ ad tertiumdecimum annum accedunt, & raræ decimo pubescunt; ideo undecimus annus & duodecimus in mulieribus pro pubertatis annis passim recipiuntur. Est autem pubes proprie lanugo illa, quæ circa pudenda oritur, in maribus circa decimūquartum annum, in sceminis circa duodecimū, unde cum hæc incipiunt, puberes nuncupantur, quia uir tunc ad coitum aptus est, & implere potest; mulier uero concipere. Hippocrates in libro De pueri natura, folio secundo, pubertatis rationē affert, quā ipse uocat (ut hic etiam fecit) ἡβη, inquit autem, Nam cum puer pusillus est, uenæq; eius pusillæ, tenuesq; semen per eas non currit, similiq; modo uirgunculis menses; simul enim & pueris & puellis, seminis & mensium uia paratur & fit, pubesq; eorum pilos emittit, cum iam superior pellicula rarefcit, simulq; lanugo satis humoris habet quo nutrietur. Sic & in uiri barba habet; nam cū superior pellicula rarefacta est humor de capite in eā decurrit, simul & in coitu, simul & medio tempore lanugo satis humiditatis habet qua nutriatur; tuncq; maxime cum humiditas, quæ de capite in coitu descendit, aliquantisper immoretur, & in mento quod à pectore distat. Signum autē quod in rarissimis pelliculæ superioris partibus pili nascantur, hoc est, si quis pelliculam superiorem uftulet, pustulamq; suscitet, sanetq; cutem, hoc pacto cicatrice condensata pili non fructuant. Qui autem in ætate puerili castratur, pilos in pube mentoq; nunquam habent, totiq; leues & sine pilis sunt, quoniam semini genitali uia non datur, nec nusquam eorum pellis rarefcit, nam seminis uia læsa est & obturata. Postea Hippocrates rationē reddit, cur mulieres leues sint, & sine pilis, & de eunuchis qui non caluescant, & quare ob coitum caluities fiat; quæ quoniam ad propositum non sunt, ideo ipsa omittamus, & huic rei finē faciemus, si prius addiderimus, antiquos non solum ob id decimūquartum annū pubertati statuisse, quia ita in pluribus inueniatur; sed etiam quia secundæ hebdomadæ finis est; nam & per hebdomadas ætates distinguunt; in hac autē hebdomada secunda, scilicet in fine, uox crassior & inæqualis fit, quod à Latinis hircuitallire dicitur, tunc enim hircum olent pueri. Aristoteles sua lingua uocabulo simili usus est, ἡρῖδης, quod est hircuitallire. De his à Cenforino in libro De die natali, multa scribuntur, præsertim ubi inscriptio est, Quid primū in infante formetur.

τῶν τὴν τὰ πολλὰ, i. multi ex his] Non plurimi, ut Leoniceus interpretatur, quibus pauca differentia sit, tamen uocabulum πολλὰ, multa, non plurima significat. Ex prædictis inquā morbis in præcedenti aphorismo, multi in hac ætate fiunt, quia illi ualde propinqua est & affinis. Philotheus uero istud ad superiores ætates refert, & non solum ad præcedentem aphorismū dicens, τῶν τὴν τὰ πολλὰ, πούτῃ τῆν πρῶτον ἡλικιῶν, ἢ ἕνα εἶναι ἐλμυνοῦν, ἢ λιβάσειν. ἐπειδὴ γὰρ ἡ αὐτὴ ὕλη ἔσποκειν γινώσκου. i. multi ex his, hoc est ex ætatibus præpositis, qualia sunt lumbrici, & lapides, quoniā & in hac ætate eadē materia supponitur. Celsus hanc partē interpretatus est, ex eisdem multæ, non aut plurimæ.

Καὶ πῦρ ἐν γένει μάλλον. idest, Et febres diuturnæ magis] Orisbafius causam afsignat, quia sanguis in hac ætate abundat, & pituita. Philotheus uero dicit febres esse longas, ἔστι τὸ τὴν ἄλλω ὑποκαθῆτα παχέϊον, καὶ διὸ τὰ δυνάμεις ἐξέουθῆται, καὶ ἀφείλουσι συμπυκνωματῶσαι ἐξ μύκας τὸ νοσήματ. idest, propterea quod materiam crassam supponit, & ideo potentia robusta prolixitatem morbi consequi debent. In hoc autem loco ad eos comparatio fieri debet, qui in præcedenti ætate sunt: scilicet quod in hac ætate febres magis diuturnæ fiant, quàm in præcedente, propter præcedentium febres magis acutas esse edocemur, nam (ut Galenus inquit) alterantur facillime puerorū dispositiones, propter humiditatem corporis & naturalis potētia imbecillitatē. uel hunc sensum faciamus quod in hac ætate diuturniores febres magis fiant, quàm alij morbi. Quod an uerū sit, tu ipse considera, mihi ita esse non uidetur.

Καὶ αἵματ' ἐξ ῥινοῦ ἐκ ῥινοῦ. idest, Et sanguinis profluvia ex naribus.] Necessariū fuit hanc particulā Ex naribus, apponere: quia si absolute profluvia sanguinis dixisset, absolute uerum non esset, quoniam & de fluxu ex hemorrhoidibus intelligi potuisset: sed in hac ætate ex solis naribus profluit, ob humoris copiā, ut Orisbafius inquit. sanguis uero in hac ætate (ut Galenus addit) incipit plurimum abundare, quia in ipsa minus sanguinis absorbitur, eo quod in hac ætate augmentum minus est, quàm in præcedentibus: pueri enim in prima ætate plurimū crescunt: cum puberes sunt, adhuc crescunt: sed minus quàm cum pueri erant. Philotheus eandem causam reddit, quàm Galenus reddiderat, in quiens, quod his qui sunt in tali ætate profluvia sanguinis narium accidunt, ἵνα δὴ τότε ὁ πῦρ ἔχει χυμὸς πλεονάζειν ἀρχεται. ἔστι δὲ τότε πλεονάζει πῦρ ἐρηιδόμων: ἐπιπέδη νῦν οὐ ποσῦτον ἀπαναῖται ἐν τοῖς αἵμοσιν, ὅσον παρ' ἐκείνοισ. ἢ γὰρ αἵματος τὸ σῶματ' ἤγησεν ὡς τοῖς γίνεται ἢ παρ' ἐκείνας. i. Quoniam talis humor redundare incipit, quare aut tunc redundat magis quàm in prædictis: Quoniam nunc non tantū absorbitur in incrementis, quantum in illis: incrementum enim corporis fit minus in his, quàm in illis. Scito tamē in nostra plaga, & sub nostra cœli periodo hoc de fluxu sanguinis ex naribus, grā dioribus potius quā pubescentibus accidere, ideo tertio Prognosticorū Galeni sententia uidetur, quod citra trigessimūquintum annum profluvia sanguinis nariū superueniant, tamē addimus nos, à plurimo uini potu & frequētī, & ab ambulatiōe per solē adiuuari.

GALENVS

INCIPIVNT quidem pueri pubescere post annum quartumdecimum. Qui autem prope ad hanc ætatem accedunt, illi essent qui aut duodecimum aut tertiumdecimum aut quartumdecimum agunt annum. Neque enim est unus omnium certissimus terminus pubertatis, propter caliditatem & frigiditatem temperaturæ. Calidi enim citius, frigidi uero tardius pubescunt. Laborant autem pueri hi plurimis quidem ex morbis antea dictis propter similitudinē temperaturæ, & præterea febribus diuturnioribus, quàm priores, non tamen aliquid dixit de his quæ illa ætate febribus superabundant. Verum ex eo quod nunc dicitur clarum est, quod ostendit ipsas acutas esse. Alterantur enim puerorum dispositiones citissime propter corporis humiditatem, & naturalis potētia imbecillitatem. Sanguinis uero profluvia ex naribus fiunt in tali ætate constitutis, quoniam hic humor in ea incipit superabundare, non quia plus de eo generetur, quàm prius: sed quia nunc minus absorbitur ex ipso, propterea quod & augmentum minus est hac ætate, quàm priore, ut ad corporis proportionem.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus docet, post decimumquartum annū pueros pubescere: tamen non defunt & qui ante & qui post hanc ætatem pubescunt: propterea à Galeno admonemur, pubertatis exquisitū terminum non haberi, sed ut temperaturæ se habent uariari, ut calidiores citius, tardius frigidiores pubescant: hic uero per grandiores, illos intelligendos esse iudicat, qui duodecimum, decimumtertium uel quartumdecimum annum agunt: hi quidem multis ex antedictis morbis laborant, quia similitē temperaturā habent, imò qui sunt in duodecimo eandem temperaturam nacti sunt, & in multis in tertiodecimo.

Quod Leonicensis in principio commenti legit, Illi essent qui aut duodecimum, aut decimumtertium aut quartumdecimum agunt annum. legi debet Illi sunt, & non Illi essent: præsertim quia antiquus codex, quem habemus, ita legit, ἐστὶ ἰσχυρὸν τὸ δόγμα ἢ τριοναία

Αὐτῶν, & reliqua. At Aldinus codex legit, εἴη ἂν ποτὲ ἐπὶ τῶν διανοηδένων ἢ τοιοῦταιδένων. Mihi tamen potius uidetur legendum esse Sunt, & non Essent, ut cōstructio commodior assignetur.

Quod etiam legitur, Neq; enim est unus omnium certissimus terminus pubertatis: Græcum uocabulum quod huic correspondet Terminus, in Græco idioma te maius quoddam significat, quàm apud nos Terminus: est uero *πελοδρμία*: nam in con-
textu Græco ita habetur, *ὃ γὰρ ἀπέντων ἀκείβητος, καὶ μία πελοδρμία τ' ἔβητος ὄσι*. At hoc uocabulum *πελοδρμία*, & legem significat, & præfinitū tempus, & diem præscriptū alicuius gratia: unde hoc modo integra illa sententia interpretari potest. Neq; enim omnium unus est certissimus dies præfixus pubertatis, uel certa lex, uel præfinitum tempus.

SECVNDO Galenus rationē affert, cur hi qui in hac ætate sunt, diuturnioribus febribus capiuntur, q̄ illi qui in præcedentibus uersantur. Interim uero & mouet & soluit dubium, quia in præcedenti aphorismo de febre illius ætatis locutus non est, quomodo igitur hæc illis comparari possunt: Respondere uidetur, intelligendum esse in illa ætate acutiorem fieri, quam in ista.

TERTIO Galenus docet, cur sanguinis profluuiū ex naribus fiat: quia, inquit, sanguine magis abundat, & interim dubium soluit, quomodo plus sanguinis in hac ætate generetur. Respondet, plus sanguinis generari, & minus consumi, quia non adeo augetur, ut in præcedenti ætate agebatur.

APHORISMVS XXVIII

PLURIMÆ autem passiones puerulis iudicantur, nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ in septem mensibus, nonnullæ uero in annis septem, quædam uero iam ad pubem accedentibus. Quæ uero permanferint, nec in pubertate finierint puerulis, aut sceminis cum mēstrua erumpunt, con-
fenescere consuerunt.

BRASAVOLVS

QUIA uariæ & diuersæ ægritudines in præcedentibus ætatibus usq; ad pubertatē fiunt, inter quas aliquæ soluantur, aliquæ nunquam, aliquæ diu perseverant: propterea Hippocrates in genere harum passionū terminos edocere statuit, inquit, multas ægritudines in puerulis in quadraginta diebus iudicari, alias uero in septem mensibus, alias in septem annis, ut mensium & annorum septimanas enumeremus: alias uero sunt, quæ ad secundam annorum septimanā perueniunt: ideo cum ad pubem accedunt, terminantur. Si uero aliquæ passiones sint, quæ in uiris cum ad pubertatem accedunt, non sanentur: & in mulieribus, quando menstrua erumpunt: sanari non cōsueuere, sed in seniu usq; imò & in mortem perseverant. Celsus alio modo præsentem aphorismū adducere uideatur, q̄ ab Hippocrate dictum sit: nāq; dicit, Maximeq; omnis pueritia, primum circa quadragesimum diem, deinde septimo mense, tum septimo anno: postea circa pubertatem periclitatur: si qua etiam genera morborū in infantē inciderunt, ac neq; pubertate, neq; primis coitibus, neq; in scemina primis mēstruis finita sunt, ferè longa sunt: sapius tamen morbi pueriles, qui diutius manserunt, terminantur. Hæc Celsus. Hic idē aphorismus à Galeno in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, ad uerbū referē.

τὰ ἐκ πλείστων πῶσι πνεύσονται πῶθια ἐξ ἡμῶν τοῦ. i. Plurimæ autem passiones puerulis iudicantur. Scito autem quod de superscriptis passionibus intelligit, & nō de omnibus, sed de solis diuturnis agit: de nulla enim tractat, quæ citra quadragesimū diem terminetur. Est autē hic quadragesimus dies, chronicorū morborum initium & limē: unde sensus est: ex præscriptis passionibus plurimæ, illæ inquam quæ diutinae sunt, in puerulis iudicantur, propterea & Philotheus his uerbis de longis sermonē ab Hippocrate fieri ostendit, inquit, *τὰ πλείστων πῶθι, δηλονότι τὰ χρόνια, ἐξ ἡμῶν τῶν φησὶν Ἱπποκράτης. i. plurimas passiones, uel delictet longas, iudicari dicit Hippocrates. Docetq; idē author, quod hoc nomine Pueruli prædictas ætates intellexerit, inquit: *ὅτι τῶν πλείστων ὀνόματι τὰς περὶ εἰρημίας ἡλικίας πῶθι πῶθι. i. idest, nomine puerorum prædictas ætates determinat.**

τὰ μὲν ἐν τεσσαρῶν ἡμέραις. idest, Hæc quidem in quadraginta diebus. Qui dies chronicorū morborū initium est, & finis acutorum ex decidētia: unde & Philotheus

dicit, ὅτι ἡ ἀσπασθὴν τὰ ἡμέρησι λείπονται, ἢ τοὶ λύνονται. idest, in quadraginta diebus iudicantur, uel soluantur. Sunt autē passionēs, quæ in quadraginta diebus iudicantur, uigiliae, & aurium humiditates, quæ possunt in quadraginta diebus iudicari; de quibus in uigesimo quarto aphorismo locutus est, & (ut Oribasius addit) pleuritis, quædo in peripneumoniam conuertitur, & multi ex supradictis.

Ἐπειδὴ ἡ τεσσαρακοντὰ ἡμέρησι ὄσην τὴν χρονίω νόσῳ, ἐξαρκος δὲ ἀρκῶν τῆν ἐκμεταπήσιος ὄσην, idest, quoniā in quadraginta diebus iudicantur uel soluntur, quoniā quadragesimus dies iudicatorius est diuturnorū morborū; extremus autē finis eorū qui ex decedētia acutorū,

τὰ δὲ ὅτι ἐπὶ αὐτῶν. i. nonnullæ in septem mensibus.] Vt quartana febris, & illa de qua in præcedenti aphorismo loquebatur, quam febrem magis diuturnam appellabat. Cæbri etiam anhelitus diu perdurant, præsertim quando non sunt ualde intensi.

τὰ δὲ ὅτι ἐπὶ αὐτῶν. i. aliqua uero in septē annis.] Vt est morbus comitalis. Oribasius hoc modo differentiā facit, nouem menses ponit, postea septem annos, dicitq; morbum comitalem in infantibus in nouem mensibus iudicari, in iuuenibus in septem annis. Quod mihi non placet; nam puerulos multos in cura habui morbo comitali laborantes, qui sexto mense sanati sunt, septimo, octauo, nono: at qui usq; ad septimum annum peruenerit, non sunt sanitati restituti, nisi in pubertate. Celsus non dicit sanari, aut iudicari; sed in his ætatibus periclitari.

τὰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἡβλῳ πρὸς αὐτοῖσι. i. nonnullæ autem iam ad pubem accedentibus.] Et hi sanantur in secūda annorum hebdomada, ut est comitalis morbus, qui in multis in ætate pubertatis iudicatur, & in mulieribus cum mēstrua erūpt. Duo in hoc aphorismo à Philotheo annotantur, quæ referre utile erit, nec ego grauabor meam operā imitari; unum est hoc, ἰστέον δὲ, ὅτι πᾶσα μεταβολὴ ἡλικίας, ἡρεπεί το σῶμα, καὶ αὐτῶν παθόντων, ἢ δὲ πῶς ἡβης φανερῶς. i. sciendum autem q; omnis mutatio ætatis mutat corpus, sed insensibiliter; pubertatis autē mutatio manifeste. Aliud quod à Philotheo animaduertitur, hoc est, ἰστέον δὲ, ὅτι αὐτῶν τῶν νοσημάτων, ἀρχὴ τὴν πρώτης ἡμέρας μέχρι τὴν εἰκοστῆς τετραδικῆς ἀεὶ μὴνται, ποτὲ μὴ ἡβλῳ δὲ λείπονται, ποτὲ δὲ ἡβλῳ συνίχθαι. ἀρχὴ δὲ τὴν εἰκοστῆς μέχρι τὴν μὴν εὐδομακίδος ἡβλῳ τὴν αὐτῶν πρώτου, ὅσα ἢ τὴν ἀεὶ μὴν τῶν ἰστέον τῶν ἡβλῳ ἡβλῳ τὴν τὴν εὐδομακίδος λόγον ἡβλῳ τῶν κρείσσιν, ἢ ἢ ἡμῶν ἐπὶ τῶν ἀλλῶ μὴν τῶν εὐδῶ ἐξῆς ἐπὶ τῶν. i. sciendum autem q; iudicationes morborum à primo die usq; ad uigesimalium per quatuor enumerantur, quandoq; quidem secundum diuisionē, quandoq; autem per continuationē; à uigesimo autē usq; ad quadragesimū, per septimanas eodem modo. Quæcūq; autem hunc numerū superexcedūt, per rationem septimanarū habent iudicium: non iam amplius per septenos dies, sed menses, & deinceps per annos.

ὅσα δὲ αὐτῶν ἡβλῳ. i. quæcūq; uero (scilicet passionēs) permanferint.] Ita habet meus antiquus codex. Aldinus uero, ἡβλῳ. Sequitur, πῶσι πῶσι πῶσι. i. quæ uero permanferint in puerulis passionēs, ita quod in his temporibus non abeant, neq; interficiant, ὅμη ἀεὶ μὴν τῶν πῶσι τὸ ἡβλῳ. i. neq; in pubertate finierint. Antiquus cōtextus quem habeo, non legit ἀεὶ μὴν τῶν, sed ἀεὶ μὴν τῶν, idest resoluterit. Est forte Theodoros illo modo in suo contextu habuit; nam simili ferè modo interpretatus est.

ἢ πῶσι ἡβλῳ πῶσι τῶν τῶν κατὰ μὴν τῶν ἡβλῳ. i. aut scemnis cum mēstrua erumpunt.] Quia hoc tempore solēt multi morbi iudicari & solui. Nos multos comitales morbos in hac ætate finire uidimus, & multas pustulas sparlim per corpus, & in mulieribus multas præfociones, quæ erumpentibus mēstruis sanatæ sunt.

χρονίαν εὐδομακίδος. i. perseverare consueuerunt.] Ita habet contextus Aldinus; meus autem antiquus legit συνηράσκων εὐδομακίδος. i. consensescere consueuerunt, Theodoros & Leoniceus habuere in suis cōtextibus συνηράσκων. Celsus uero habuisse uidetur χρονίαν, quia interpretatur Ferè longa sunt. Galenus quoq; in octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis hunc aphorismum referens legit, χρονίαν εὐδομακίδος. Oribasius hanc partem ad morbos, qui in septem annis finiunt, referre uidetur; quos si transeant, cum ipsis consensescant; deinde solent usq; ad alteram ætatem transire, ibiq; terminari. Si uero hi morbi à natura ablati non sint, ars ipsa nunquam auferet, unde & Philotheus dicit, ὅ γὰρ ἢ φῶσις εὐδομακίδος ποιῆσαι, καὶ ἀπελάξαι αὐτῶν τῶν παθόντων, ποτὲ μὴν μάλλον εὐδομακίδος ἢ τὴν πῶσι ποιῆσαι, καὶ βῶσι θήματα χρονοῦ. idest, Quod enim natura facere non potuit, neq; ipsos à passionibus liberare; multo magis neq; ars faciet, & si præsidij utatur.

GALENVS

SI VERBUM Diutinæ, sermoni adiectum esset melius foret, unde & nonnulli non sunt sermones tales, quibus ipse utitur in aphorismis. In acutis passionibus raro, & in principijs uti medicationibus. Et tenues uictus, & in longis semper passionibus, & in acutis. Manifestum itaq; ex his est, quod non in Diutinis tantum, sed etiam in acutis dicere consuevit Hippocrates nomen passionis. Videtur autem hoc in loco, aut de Diutinis passionibus intelligere, aut defectum sermonem protulisse. Nos uero ipsum supplet, dicemus ita. Plurimæ autem puerulis Diutinæ passionis iudicantur, nonnullæ quidem in quadraginta diebus, nonnullæ uero in septem mensibus, quædam in septem annis. Ex diebus autem quadagesimus, primus eorum est ex quibus morbi diutini iudicantur. ultimus autem inter illos, qui acutos ex intercurrentibus iudicant, sicuti etiam supra notauimus. quicumq; uero hunc transcendunt numerum, secundum septimanæ rationem habent iudicium, non a septem iam diebus connumeratis, sed primū quidem mensibus, deinde annis. Et quidem quod qui hoc tempus transcendunt, ad quartum decimum annum perteniunt, manifestum. Nam secūda septimana in hoc completur tempore, & alias in pubertate magnæ fiunt corporis commutationes, in foeminis maxime propter mēstruorum eruptionem. Quare si qui morbi, necq; hac ætate finiuntur, usq; ad longum tempus perdurare consueuerunt.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus, ut huius aphorismi sententia perfectior efficiatur, particulā quādam addit, nam certum est, Hippocratem de solis longis passionibus sermonem habuisse, tamen non specificat, ideo melius fuisse addere uerbum Diutinæ, & hoc modo legere, *πλείστη πᾶσι τῶν χρόνιων*, id est, Plurimæ Diutinæ passionis.

SECUNDO quorundam sententiam reprehendit, qui putabant hoc uocabulum passio de longis passionibus proprie dici. reprehensio uero hæc est, quia primo Aphorismorum libro dicens Hippocrates in acutis passionibus raro, & in principijs uti medicationis, utitur uocabulo passio pro acuta passione, Adde, quod ab Hippocrate in eodem libro dicitur: tenues uictus & in longis semper passionibus, & in acutis, in quibus non conuenit, periculosi: ut hinc facile haberi possit, uocabulum passio, & de longa, & de acuta passione dici. Verumtamen isti Galeni argumenta facile euitare possent dicentes, uocabulum *πᾶσι* si longum uel breue addatur, longiori, & breuiori morbo applicari posse: at si absolute, & sine aliquo addito passio dicatur, semper longa passio significatur. Nihil autem aliud per suas Hippocratis sententias adductas probat Galenus, quā si huic uocabulo passio longum addatur, longam passionem significari: si acutum, acutam. Quod his non repugnat qui dicunt, cum absolute passio profertur, Diutini nam passionem significari: cum uero aliquid additur, tunc ad intētum propositum specificatur. tamen Aristoteles in prædicamento qualitatis aliud sentit, quā isti, nam ipse passionem dicit affectionem esse de facili mobilem, passibilem uero qualitatem de difficili mobilem, & hæc in tertia specie.

TERTIO Galenus addens uerbum *χρόνια*, & Diutinas passionis intelligens, dicit ex diebus accepisse quadagesimum, qui est primus morborum chronicorum, & ultimus acutorum ex decidentia. nam legi debet, ex decidentia, non autem ex intercurrentibus. Græcus enim contextus dicit, *ἢ ἔκ μεταπτώσεως ὀφθαλμοῦ*: & alibi semper Leoniceus acutorum ex decidentia interpretatus est.

QUARTO Galenus docet, in mensibus & annis idem iudicium secundum septimanas haberi, quale id est quod de diebus habet, propter hoc decimus quartus annus, quia secundæ annorum septimanæ finis est, multos morbos iudicat, unde & propter ordinem temporis, & propter pubertatem, & propter mulierum menses multi morbi hoc tempore finiuntur, qui alias diutini esse consueuerunt.

APHORISMVS XXIX

A Dolecentibus autem sanguinis spuitiones, tabes, febres acutæ, morbus coinitialis, & alij, sed præcipue antedicti.

BRASA

QVVM Hippocrates ad pubertatis ætatem peruenit, de terminis quorundam diurnorum morborum uniuersalem sententiam interposuit, quod in præcedenti Aphorismo factum est: nunc iterum ad ætates particulariter descendit; & secundum Leonice ni interpretationem ita dicere uidetur. In adolescentibus sanguinis sputa, & phthifis, & acutæ febres, & alij multi morbi, præter superius enumeratos fiunt, tamen hos potissimum, qui in hac ætate sunt, & ut plurimum incidunt.

Celsus capite primo secundi libri, hunc Aphorismum ad uerbum ita refert: Adolescentia morbis acutis, item comitialibus, tabicq; maxime, obiecta est: fereq; iuuenes sunt, qui sanguinem expuunt. Galenus præterea octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis, hunc aphorismum ad uerbum adducit.

Τοια ἡ νεανίσκησις.] Leoniceus, adolescentibus: Theodorus, iuuenibus: Celsus his antiquior, adolescentibus interpretatur. tamen si Galenū hic imitari uelimus, opus uidetur nos Iuuenes interpretari debere: quia ipse dubitat, quum minutissime de ætate usque ad pubertatem transgisset, nunc suum morem prætermittere uidetur: quoniam ætatem mediā, inter eam de qua hic tractat, & pubertatem, omittit. At si uertamus, νεανίσκησις, idest adolescentibus, ætas nulla mediā prætermittenda uidetur: eo quod adolescentibus illi sunt, qui post pubertatem sequuntur. Ideo si Galeni expositionem imitemur, Aphorismus hoc modo legendus est: Iuuenibus autem sanguinis spuitiones: & reliqua. Vnde & Philotheus hæc considerans docet, πλὴν ἢ μετὰ τὴν ἡλικίαν κατὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς διαμελίσσει τις τοῖς τοῖς νοσήμασι πρὸς λαμβάνειν ταῖς πρὸς χροῖας αὐτῶν ἡλικίας, idest, ætatem adolescentulorum omisit, ueluti eam quæ à circumstantibus ætibus suorum morborum rationem accipere possit. Vnde & propter horum authorum sententias interpretari oportet νεανίσκησις, idest iuuenibus: & quia si ægritudines consideremus quas enumerat, iuuentutis ægritudines potissimum esse percipiemus: nempe experientia ipsa ostendit, in mulieribus præsertim sanguinis spuitiones in iuuentute fieri, potissimum quum uirginitatem seruare student, ut in nostris religiosis uiderelicet. Ad sputa sanguinis tabes sequuntur, quæ à decimo octauo anno ad trigessimum quintum generantur: hæc uero est ætas iuuentutis. Fiunt præterea in iuuenibus acutæ febres, in quibus bilis abundat. Vnde & ratio & Galenus, atque antiqui interpretes, suadent hanc particulam νεανίσκησις, idest iuuenibus, exponendam esse. Imò & his multo posterior Theodorus hoc modo interpretatur. Et Oribasius dicit, quòd inde Hippocrates ad iuuenes transgreditur, quamuis id uocabulum νεανίσκησις, adolescentulorum etiam significet.

Αἷματ' ἢ πύσιν. idest, Sanguinis spuitiones.] Celsus hunc aphorismum distinguere uidetur, ut alios morbos adolescentibus tribuat: his autem qui ferè iuuenes sunt, sanguinis spuitiones condonet, quæ fiunt (ut Oribasius inquit) quoniam sanguine abundant. Id uero intelligere oportet, quia minus eo indigent, quoniam parum crescunt. Patet uero Galenus has sanguinis spuitiones ratione ætatis non fieri, sed potius ex iuuentutis incontinentia, qui singulis diebus tubercinantur & pergræcantur: eiq; simile est quòd in secundo libro dixerat, Senes plerumq; minus iuuenibus ægrotare. Sunt uero omnes sanguinis excretiones (ut Galenus sexto De symptomatum causis, dicit) ferè semper à toto genere præter naturam, his exceptis, quæ ex mulierum utero fluunt, nisi superabundauerint. Excretiones autem sanguinis, uel expuitiones fiunt, uel quia uas per impetum, aut percussione, aut altero simili modo disruptum est, uel propter malam affectionem, quæ uel est in sanguine, uel in uase: in sanguine quidem, quia uitiatus est, ut uas erodat, uel adeo auctus ut à uase contineri non possit: in uase uero, quia nimis molle, uel nimis durum, uel nimis tenue: & expuitiones, uel à capite fiunt, uel à thorace. Vnde Paulus Ægineta libro tertio, capite trigessimoprimum, modos enumerans, quibus expuitio sanguinis fiat, dicit, uiolenter fieri rupta uena: quandoq; fit ex euidenti occasione, ut clamore, ictu, & similibus: quandoq; ex causa abditā, ut plenitudine uel frigiditate præter modum: quandoq; ex erosione uenæ. prima expuitio, scilicet ex fractione uenæ ab hac differt, quia in prima sanguis copiose exit, in hac secunda paulatim exit: prima à Græcis dicitur αἰματόμοις, quæ est apertio uasis sanguinis. uena aut eroditur uel

uel ob acria & praua edulia, uel ob cibi abstinentiam, quæ à Græcis dicitur ἀσπία, uel à capite ad pectus destillatio acris destillar: docetq; quando à pulmone prouenit, sputum esse subcandidum & spumofum cum tufsi: si à uentriculo, per uomitum exit: si absque his, à capite descendit, quem aut dolor aut grauitas capitis præcedit. Actius quoq; de hoc sanguinis sputo, libro octauo, capite quinquagesimo nono, & in his quæ sequuntur capitibus plura egit: & Alexander Trallianus libro secundo, capite quinto. Est uero sanguinis sputum symptoma, quod est exiens mutatum ab ægritudine, quæ est solutio continui dependens. Philotheus quoq; causas spuitionis sanguinis enumerans, dicit: καὶ ἐστὶ τὸν ἐξέλιξι τῶν ἀγγείων, ἅμα ἐγγυνοῦ τὸν τοῦ καὶ ἀπὸ πνευμασμοῦ ὡς ἐπὶ τοῖς κερδοσῶν. ἐπὶ γὰρ ἐχούσι καὶ αὐτοὶ αἷμα πολὺ, ὃ διατείνου τῶν πλῆθει ἐγγυνοῦ. ἐπειτα δὲ καὶ τῆς διαβροσῆς ἐκ φανδῆς χολῆς ἐκ πλεοναζούσης αὐτοῖς, ἢ ἐκ τῶν ἀπὸ τοῦ δόματος αὐτῶν. idest, Et propter uasorum fractionem, simul autem his frangitur, & à præcedente & etiam à præsentē temperatura; nam & ipsi multum sanguinē habent, qui multitudine extendens frangit: postea uero & erofione flauæ bilis redundantis in ipsis, uel propter officia ipsorum.

ὀδισιόν. idest, Tabes.] Adde tu quæ phthises dicuntur, quia ut superius dictum est, phthisis apud Latinos est una species tabis: at tabes ad spuitiones sanguinis consequuntur. Sicuti uero apud Galenum spuitio sanguinis huius ætatis morbus non iudicatur, sed fit ob iuuenum incontinentiam: ita & tabes propter eorundem incontinentiam generantur, & ad sanguinis spuitiones consequuntur. Tamen ab Hippocrate alibi dicitur, Tabes fieri maxime à decimo octauo anno usq; ad trigessimū quintum. Oribasius dicit, quod his celeriter fit. Philotheus uero solum causam assignat, ἐστὶ τὸν τῶν αἵματων πῆσιν, idest propter sanguinis spuitionem.

πυρεσὶ ὀφέδν. idest, Febres acutæ.] Quæ (ut inquit Oribasius) ex bile fiunt. In iuuenibus autem bilis copia generatur. Galenus Hippocratem corrigit, ut simpliciter dicendum non sit, his acutas febres fieri, quoniam & acutæ febres pueris fiunt. Sed tertianas dicendum erat, tamen nullæ fiunt quæ acutæ sint, & à bile non dependeant. De his autem febribus aliàs ubertim tractauimus. Celsus absolute, morbis acutis interpretatur. Philotheus dicit, πυρεσὶ ὀφέδν ἐστὶ τὸν σήψιν ἐκ πλεοναζούσης αὐτοῖς χολῆς, idest, febres acutæ propter corruptionem bilis in ipsis abundantis.

ὠδληψία, idest Morbi comitiales.] Quos Oribasius uitio alterius humoris, quam bili fieri iudicat: ac si uelit, esse præter naturam humorum qui in hac ætate generantur. Vnde Galenus admonuit hunc morbum propter uictus errorē fieri, tum in cibis & potibus, tum quia humi cubant, & se solari æstui & imbribus exponunt: si uero trigessimū quintum annum transuerint, & sani non sint, commoriuntur. Philotheus quoq; non uitio ætatis fieri dicit, inquit, οὐ ἐστὶ τὸν κερδοσιν ἐκ ἡλικίας, ἀλλὰ ἐστὶ τὸν ἐν τῇ διατη πημὶ μίλειαν, idest, non propter temperaturam ætatis (scilicet fit comitalis morbus in iuuenibus) sed propter delictum in uictu. Sed quia tu ambigere posses, an ex bile comitalis morbus fieri possit, quoniam superius in secundo libro à Galeno dictum est, Morbum attonitum & comitalem ex pituita fieri: propterea à Philotheo hoc annotatur, ἢ ἐστὶ τῆς χολῆς γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ φανδῆς χολῆς ὠδληψία, καδὸς ἐν τῇ διαγνωστικῇ εἰρητοι, διαμνομένου τοῦ σωματος, καὶ κερδοσιν αἰματῶν τῶν ἀγγείων, καὶ ἐκ ἀρχῆς αὐτῶν. idest, uel propter bilem: fit autem & à flaua bile morbus comitalis: sicuti in iudiciarijs dicitur, mordente ore uentriculi, & uibrante uasa, & principii ipsorum. Quod etiam Galenus in libro De locis affectis, testatur, ut illi comitiales morbi, qui à uitio cerebri sunt, & non à membro madante, ex pituita fiant: qui uero alicuius membri ratione generantur, ut uentriculi, aut pedis, aut manus, quod nunc in muliere & uiro uidimus, possunt & ab alterius generis materia, quam pituitosa fieri.

καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα. idest, Et alij morbi.] scilicet præter suprascriptos, in hac ætate fiunt. In Leonicensi contextu illud uerbum νοσήματα, defuisse putamus: propterea ipse hanc particulam Morbi, non posuit. Qui uero sint alij morbi, Philotheus edocet, inquit, παντὶ ὅσα ἐκ φανδῆς χολῆς ἐκ ἐκγοναοῖον πλυνεῖται, φρενίτιδν. idest, quicunq; sunt à flaua bile facti, ut laterales morbi, & phrenitides.

Μάλιστα δὲ τὰ πνευμασμοῦ. idest, Maxime autem prædicti.] Nam hi potissimum in hac ætate generantur, quos enumerauit, licet & quandoq; alios fieri nihil impedit.

QVVM primas etates ad pubertatem usq; minutissime diuiseris, nescio quomodo adolescentū etatem prætermiserit, quæ medium obtinet locum inter puberes & illos qui consistentis ætatis uigorem habent. Verum ex alijs quas tetigit, licet & de ista conijcere, quæ in multis quidem communicat illis quæ ex utraque parte ipsam circumstant, sed hoc habet peculiare in maribus, sanguinis ex naribus profusione, de qua com meminit in illis qui sunt prope pubertatem. Nam hic casus incipit illa etate apparere, sed maxime uiget in adolescentibus, deinde subsistit in uiris. Verum hanc etatem transgressus Hippocrates, ad illam quæ est adolescentum peruenit, & primum sanguinis sputum scripsit, ac tabem: deinde febres acutas, & post has morbum comitalem: deinde post hæc ait, & alij morbi, sed præcipue antedicti, recte quidem hoc adijciens. Nam sem ita se habere indicat usus. Quum uero non sat plene de morbis acutis dixisset, neq; enim dicere simpliciter oportebat acutos, qui & in pueris nihilominus fieri uidentur, neq; enim acutis tertianas maxime, & febres ardentes. Hæ enim præ cæteris febribus sunt biliosissimæ, & multis adolescentibus accidunt, quoniam & flaua bilis hac ipsa superabundat etate, in qua morbi tales in summo uigore consistentibus accidunt. Tabem autem & sanguinis sputum, non secundum ætatis naturam patiuntur, sed secundum aliquid, quod ei accidit magis: quare & antea dicebat, quod senes plurimum minus egrotant in uenibus: ubi & nos diximus, quod ob incontinentiam iuuenibus, non ætatis imbecillitatem, ægritudines plurimæ accidunt. Secundum hoc igitur, & adolescentibus profusio sanguinis accidunt, aut quia uulnerantur, aut quia franguntur, aut saliant, aut clamant uehementius, uel quia refrigerantur, aut humi cubant, aut replentur, aut propter aliquam huiuscemodi causam. Ad sputum uero sanguinis tabes consequitur. Quare & propter hæc talia adolescentem ex accidenti egrotabunt non primum, neq; ætatis ratione. Morbi autem comitiales, quamuis malo uictu utantur, tamen ipsis non accidunt multi, ut mihi mirari subeat, quomodo & hos Hippocrates scripserit, quæ in alijs, non modo quod abundant in pueris dixerit, sed quod etiam ex hac causa morbus puerilis nominatur, & quod ætatis mutatione sanantur. Fiunt igitur & in quibusdam adolescentibus morbi comitiales, qui prius non erant, propter uictus errorem, quem in his, quæ assumuntur admittunt, & in alijs, quæ ab ipsis aguntur operibus, & quia humi cubant, & soli se exponunt, & imbribus atq; alijs similibus. Verum hi morbi non multi sunt. Et sunt quidam alij morbi eadem ratione. Quare melius fuerat ita scribere aphorismum. Adolescentibus autem & omnes alij morbi quos diximus alijs accidere ætatibus, sed præcipue ardores & tertianæ febres.

BRASAVOLVS

QVVM hanc etatum continuationem considero, & assidua speculatione mente reuoluo, & quomodo Galenus ordinē disponat, mihi uisum est in hoc aphorismo, quum Galenus *ναϊσικῶς* dicit, semper interpretandum esse iuuenis, & non adolescens: hicq; unū annotato, quod in sequenti Cōmento melius intelliges. Non uideri Galenū dicere etatem consistentem, quæ in eodem tenore, sine additione uel diminutione per aliquod temporis spatium perseveret: imò quum ætas in summo uigore iam est; confestim, ac si montis iuga cōscenderit, aut potius pyramidis, declinare incipit. Ideo hic de iuuenibus sermonem habens Hippocrates in uigore ætatis esse concedit. Propterea dubitat, cur Hippocrates etatem *ἢ μερῶν*, idest uel adolescentum, uel paruorum prætermiserit, quæ inter illos qui puberes sunt, & *ἢ ἀκμαζόντων*, idest eorum qui sunt in flore ætatis, uel in iuuentute, uel in uigore ætatis mediæ, per quos nos iuuenes intelligēdos præcipimus. Respondet Galenus, quod ex alijs quos enumerauit, licet de ista etate conijcere: nam his ætatibus communicat, quæ ex utraq; parte ipsam circumstant: unde in maribus hoc peculiare est, profusio sanguinis ex naribus, de qua in aphorismo uigesimo septimo locutus est, de his qui sunt in pubertate pertractans. In hac enim etate, sanguinis defluxus è naribus incipit, at in adulescentia perficitur, & maxime uiget: per adulescentiam uero, etatem illam mediam inter pubertatem & iuuentutem intelligimus. Scitoq; neq; segniter quum de hac mediâ etate loquitur, eam appellat *μερῶν*, nos adulescentem interpretari possumus. Quum uero de etate, de qua in aphorismo agitur, tractat, uti

tur uocabulo

tur uocabulo νεανίσκος, nos iuuenis uertimus. Ideo cum in Leonicensi interpretatione legitur, Verum hanc ætatem transgressus Hippocrates ad eam quæ est adulescenti peruenit, tu lege iuuenem, non adulescentem, quia utitur uocabulo τῶν νεανίσκων. Superius etiam ubi legebatur Verum ex alijs, quas tetigit, licet & de ista conijcere, ibi deest hæc particula, tibi, nam Græcus contextus dicit ἀλλὰ ἐκ τῶν εἰρημνῶν ἐνεσίσει. idest, Verum ex his quæ dixit, uel (ut Leonicenus uertit) ex alijs quas tetigit, licet tibi, & reliqua.

SECUNDO Galenus enumeratis morbis, qui in hac ætate fiunt, docet exquisite dictum non esse acutas febres, quia & eadem febres in pueris fiunt. At opus erat dicere, tertianas febres, nam potissimum in hac ætate excitantur, in qua biles copiosæ ortum habent. Ideo per acutas febres, tertianas, & ardentes intelligere oportet, quæ præ cæteris febribus iuuenes molestant, utpote flaua bile abundantes.

Quod in Leonicensi interpretatione legitur. Nam rem ita se habere indicat uisus, Græce est, ὅραται γὰρ ὅπως ἐχρη. idest, uidetur autem sic se habere.

Quod etiam legitur, Cum uero non sat plene de morbis acutis dixit, legi debet. At uero, & non cum uero; & Græcus contextus dicit de febribus acutis, & non de morbis acutis, nempe ita habet, πρὸς τῶν ὀξείων πυρετῶν. postea particula sequentes ad ferri aptari debent, & non ad morbos, ut sequatur; Neque enim dicere simpliciter oportebat acutas, quæ & in pueris, non uero acutos, nec qui in masculino.

Quod etiam legitur, Hæ enim præ cæteris febribus sunt biliosissimæ, & multis adulescentibus accidunt, illa particula, multis, non debet determinare illam adulescentibus, sed potius refert febres, & ita exponi debet, & plurimæ scilicet febres tales iuuenibus accidunt, & non adulescentibus. Græcus enim contextus Aldinus legit καὶ πλείστοις νεανίσκοις γίνονται, idest, & plurimæ iuuenibus fiunt. Antiquus uero noster contextus non πλείστοις sed πλείστον, idest, plurimum legit.

Quod etiam legitur, Quoniam & flaua bilis hac ipsa superabundat ætate, in qua morbi tales in summo uigore consistentibus accidunt, illa particula, in qua, secundum Leonicensi interpretationem ætatem refert: at secundum Galeni contextum referre debet τῶν χλωμῶν χυμῶν, idest, flauam bilem. dicit enim, ὅφ' ἢς κοιᾶται νόσοις τοῖς ἀκμάζουσι γίνονται. idest, A qua tales morbi in flore ætatis existentibus fiunt, nam illa particula ὅφ', cum genitiuo constructa significat ab, & non in. Si uero dicamus a qua, intelligi non potest, quod ab ætate fiant, sed à bile flaua, ut intelligenti patet.

TER TIO Galenus docet, Tabem, & sanguinis sputum, non esse huius ætatis morbos, sed esse ob inordinatam uictus rationem, & ob errorem in his sex rebus, quæ ærecentibus non naturales appellantur, idemque est in hoc loco iudicium, quale fuit in secundo libro cum ab Hippocrate dicebatur, Senes iuuenibus ut plurimum minus ægrotare. Quod non erat uerum nisi per accidens, quia iuuenes inordinati sunt: senes uero mortem timentes, ab omnibus sibi nocuis abstinent; iuuenes uero nihil intentatum omittunt, quod suis sapiat palatis, omnia quæ in mentem ueniunt, agunt, per Solem, pluuiam & uentum sine aliqua consideratione obambulant, humi cubant, uulnerantur, saltant, choreas ducunt, & (ut uno expediam uerbo) totis uiribus contendunt ut ægrotent. In tota hac parte ubi legitur, adulescentes, lege iuuenes. unde ibi secundum hoc, igitur & adulescentibus profluuiâ sanguinis accidunt, lege iuuenibus, quia dicit νεανίσκοις. Cum etiam legitur, Quare & propter hæc talia adulescentes ex accidenti ægrotabunt, lege iuuenes, quia & Græcus contextus habet νεανίσκοι. Vbi in principio huius partis legitur Sed secundum aliquid quod ei accidit, magis, illa particula magis, ex superfluo addita est, nam Græce legitur ἀλλὰ κατὰ τὴν συμβεβηκυῖαν αὐτῇ.

QUARTO Galenus de Hippocrate admirari uidetur, qui morbos comitiales in hac ætate fieri enuntiauerit, cum rari fiant, licet nullam uictus rationem seruent, & puerorum morbus potius sit, unde infantilem morbum merito nuncuparunt.

Quod autem dicit, fiunt igitur & in quibusdam adulescentibus morbi comitiales qui prius non erant, lege iuuenibus, quia dicit νεανίσκων.

Quod etiã legitur, Et soli se exponunt, & imbribus, legerem & procellæ maris: nam Græcus cōtextus dicit, καὶ χερμῶσι. χερμῶν uero maris procellam & hyemem significat.

QUINTO Galenus docet, alios etiam morbos quos numerat, præter comitialē eadem ratione fieri, scilicet non ratione ætatis, sed potius ex inordinato uiuendi genere, propter hoc inquit, ita legendum est, *πῆς δὲ νεανίσκου*, idest, iuuenibus (nō autē adulescētibus, ut Leonicensus interpretat) & oēs alij morbi accidunt, quos alij ætatibus accidere diximus: sed præcipue accidunt *καῦσι*, i. ardores, uel ardentē febres, & tertianæ.

Quum uero legitur, Iuuenibus autem, & omnes alij morbi, ibi deest uerbum *ferè*, ita enim legi debet, & omnes ferè alij morbi, quia Græcus contextus dicit, *καὶ τὰ ἄλλα χροῖον πάντα*, ubi uides particulā *χροῖον*, idest, ferè, in Leonicensi contextu abfuisse. nam uir tantus, quantus Leonicensus fuit, necessariam particulam sponte non omisisset.

In fine huius cōmentationis, in meo antiquo contextu duo uersus sunt, qui et in Aldino, & in alijs codicibus desunt, tamen ad exquisitiorem expositionē huius ætatis plurimum faciunt, quos & in Leonicensi codice desuisse arbitror. Sūt autem hi, ne forte in cassum in alijs codicibus quærere tentes, *ἰσίου ὅτι ἡ ἀκμαστικὴ ἡλικία λ. εἴσι πρὸς τρεῖς φεταί, ἢ δὲ τρεῖς ἀκμαστικὴ ποσαρακονταεὐνία*, quæ si ad uerbum referre uoluerim, inquit, Sciendum autem, quod consistendi ætas trigintaquinque annis cit cunferbitur, declinatio autem quadraginta nouem.

APHORISMVS XXX

ULtra hanc ætatem asthma, idest creber anhelitus, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenetides, ardores, diuturna profluuia, cholera, difficultates intestinorum, leuitates intestinorum, hæmorrhoides.

BRASA VOLVS

DE iuuentutis morbis in præcedenti Aphorismo locutus erat, & ætatem illam mediā inter pubertatem & iuuentutem omiserat, quoniam eius morbi ex extremis & ambigentibus ætatibus intelligi possunt. Nunc uero ad illam ætatem, quæ iuuentutem consequitur, transit, in qua hæc quæ sequuntur, sunt, asthma, morbi laterales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenetides, ardores, profluuia diuturna, cholera, intestinorum difficultates, leuitates intestinorum, & hæmorrhoides. Celsus capite primo secundi libri hunc Aphorismum his uerbis interpretatur: post hanc ætatem, laterum, & pulmonis dolores, lethargus, cholera, infania, sanguinis per quædam etiam ora uenarum (ἀμορφοειδίας Græci appellant) profusio. Galenus libro octauo De decretis Hippocratis & Platonis hunc Aphorismum ad uerbum adducit.

Τοῖσι δὲ ὑπὲρ τῆς ἡλικίας, idest, His autem qui supra hanc ætatem sunt] uel ultra hanc ætatem, ut Leonicensus: uel qui hanc excefferunt ætatem, ut Theodorus: uel post hanc ætatem, ut Celsus, idest, post iuuentutem. ætas autem quæ iuuentutē sequitur, cōiter consistentiā est. An uero consistent homines, idest, in una ætate sint, in qua cōtinuo permanent in eodē statu & in eodem gradu, nec intendātur, nec remittantur, dubiū uidetur. Et re uera, si sic exquisite Galenū cōsideremus, non uidetur ipse consistentiā posuisse, sed statim post iuuentutem, & iuuentutis uigorem declinatio sequitur, quæ tamen paulatim succedit, & (ut Galenus in cōmēto dicit) per duas septimanas perdurat, ideo usque ad quadragesimum nonum, uel quinquagesimū annum diffunditur, uel (ut in fine præcedentis Aphorismi habet) quadragesimonono, in quo anno declinatio incipit: nō quia prius non declinasset, sed ita dicitur, quia hæc declinatio oculata fide, & sensu ipso percipitur: tamen certa & stata annorum computatio dari non potest, quoniam ipsæ temporaturæ illæ sunt, quæ in ætatibus diuersitatem faciunt. De ætate igitur consistente, quæ iuuentutem sequitur sermonem habet, in qua tamen fortitudo illa quæ in iuuentute erat non inuenitur, sed paulatim atque insensibiliter declinat. Morbi igitur qui sequuntur, per duas annorū septimanas, post iuuentutē quæ trigesimo quinto anno terminatur, fiunt. Philotheus Hippocrati hanc intentionem in præsentī Aphorismo attribuit, *διαλεξαίμενος δὲ ἐπὶ ποικίλης πρὸς τῆς ἀκμαστικῆς ἡλικίας, πῶς ὑπὲρ τῆς τρεῖς ἀκμαστικῆς ἡλικίας ἔχει*, idest, Cum Hippocrates de uigore ætatis disputasset, nunc ad declinantem ætatem descendit. Quibus uero annis hæc ætates initium, & terminum habeant, idem author in fine commentis

his uerbis edocet, *ιστον δε οπι ακμασικη ηλικια λε. ετη πεντηρακοντα, η δε ηθακμασικη ποσα εαρονικωνια.* idest, Sciendum autem quod iuuenilis ætas trigesimoquinto anno circunscriptur, declinationis uero quadagesimonono.

ησθηματα. idest, Anhelationes, uel crebri anhelitus.] In hac ætate secundum Galenum fiunt, qui & ipsi quoque ut iuuenes faciebant, intemperato uictu utuntur, tamen corpus multo imbecillius habet, quam iuuenes. unde hic morbus, non est huic ætati proprius, sed ex accidenti fit, & re uera paucissimos in nostra patria uidemus, qui in hac ætate asthma corripiuntur. Superius uero de asthma ubertim locuti sumus. fit autem secundum Philotheum hic, ex pituita, nam morbos hic enumeratos ab Hippocrate, aut ex bile, aut atra bile, aut pituita, quæ in nostris corporibus sunt, fieri docet. Quomodo autem hi humores diuersi & contrarij in hac ætate esse possint, ita edocet, *ειδικε γαρ αυτη η ηλικια τω φθινοπωρω. ως πωρ γαρ η εκανω πλεοναζει ο μελαγχολικος μαλλον, η ηρον δε ο φλεγματικος, φυλασσηται δε και η ποισ ακμαζουση πλεοναζου χολωδες. γνησονται ουη και τα νοσηματα η ταυτη τη ηλικια, ως φησιν ιπποκράτης.* idest, Assimilatur enim ipsa ætas autumno, nam sicut in illo magis abundantia bilis, minus uero pituita, seruat autem in his qui sunt in uigore ætatis abundantia bilis, sicut igitur & in hac ætate morbi. Docetque longo processu ex bile flaua febres ardentes fieri, choleras, morbos laterales, phreneses, ex humore uero melancholico, atræ biles, & quartanæ fiunt: at ex pituita, peripneumoniæ, diarrhæ, asthmata.

πλευριτιδες. idest, Morbi laterales, uel morbi costales.] Celsus interpretatur laterum dolores. ex bile fiunt secundum Philotheum: at Oribasius ex pituita eos generat, tamen rarissime apud nos laterales morbi ex pituita gignuntur. Iudicat Galenus huius ætatis proprium morbum non esse, tamen in hac ætate frequentius fieri quam in iuuentute, quia hi iuuenibus imbecilliores sunt, & adhuc inordinatam uictus rationem seruant.

πνευνοθυμοια. idest, pulmonis inflammationes,] uel pulmoniæ, ut Theodorus inquit. Celsus dolores pulmonis interpretatur, quos Oribasius ex pituita fieri iudicat, cui & Philotheus, & ueritas ipsa consentiunt. Galenus putat non esse ratione ætatis, sed potius ratione uictus inordinati, & quia ætas debiliior effecta est, quam in iuuentute fuerit.

ληθαργι. idest, Lethargi, ueterum] ex pituita fiunt, ut Oribasius inquit, & Galenus lethargicas febres, ex pituita in cerebro aceruata fieri contendit. In hac autem ætate in hominibus calor deficere incipit, ideo in medio comenti illam Galenus senilem ætatē appellat, quoniam à summo uigore declinare iam cepit, in hoc quoque morbo non solum dormiunt, sed omnium etiam obliuiscuntur, de quo plura statim differemus, cum aliū morbum hanc ætatem consequentem, & huic contrarium enumerauerimus. est uero hic, *φρενιτιδες*, idest, phrenitides, uocabulum apud Latinos desideratur, quo phrenitim significat. ex bile fit, quod & Philotheus testatur, & Galeno teste iuuenilis morbus est, quia ex proprio illius ætatis humore ortum habet, tamen & in consistenti ætate accidit, quia hic humor adhuc seruat, sequiturque dementia (ut Oribasius dicit) & exagitatio incōposita. Ut autem de lethargo exquisite loquamur, scire oportet, phrenitim lethargo oppositam esse, tum ex humore, tum ex effectibus: in lethargo pituita peccat, & fere semper dormiunt: in phreniti peccat bilis, & fere nunquam dormiunt. est uero lethargus (ut Galenus in libro Definitionum sibi adscripto docet) *καταφορα δυσδιεγερτο μετα αχθας και οιδηματος φυσωδες, σιωπη και απνια των σεριων αυτων και τω σφυγμικω πνδυματι γινωμην, τεπιπαυθη βληχρη και κροκιδος πυρετω. γινονται δε οι ληθαργοι οι μων παδωσης της αφης, οι δε υθη απασσι.* Quem si ad uerbum referre uoluerimus, hæc dicit, Est autem lethargus cataphora, idest inclinatio in somnū inexpugnabilis cum discoloratione & tumore uentoso, cum debilitate ipsarum solidarum partium, & pulsualis spiritus facta, omnino in debili & maligna febre. Fiunt autem lethargi hi quidem principio patiente, illi autem in particula digrediente à principio. Celsus capite uigesimo tertij libri inquit, *Alter quoque morbus est, alter phrenitico contrarius. in illo difficilis somnus, propterea ad omnem audaciam mens est. at in hoc marcor, & inexpugnabilis penè dormiendi necessitas, lethargum Græci nominant. Atque id quoque genus acutum est, & nisi succurritur, celeriter iugulat. unde et Hippocrates in principio primi libri De morbis acutis, acutos morbos enumerans, inter ipsos lethargum ponit. Idem Hippocrates in penultimo folio secundi*

libri De morbis inquit. Cum lethargus surrepit, tussit multū, liquidumq; spuit, nugatur, cū hoc cessat, dormit, olidūq; oletat. In principio etiam libri tertij De morbis inquit, qui patitur hunc morbū hæc patitur, tussit, soporatur, multū liquidūq; spuit, ualde debilitatur, cūq; periturus est, per inferna multū liquidūq; demittit, pusilla uite spes huic est. Idē Hippocrates in libro De Coacis p̄notionibus inquit in. 2. folio, Lethargici, tremuli manibus fiūt, somnolēti, discolorēs, turgidi, pulsibus tardis & debilibus, oculorū inferiora turgēt, sudores superueniūt, uētres nō ualidos, biliosos, siccosq; habent, lotia et oleta non sentientes proiectāt & demittūt, lotiū iumentū simile mingūt, potū uero non petūt, nec aliud quicq;. Cū autē resipiscūt, ceruicē dolere dicūt, p̄ auresq; tinnitū cursitare. Qui uero lethargicorū seruantur, purulenti plurimi fiūt. Galenus etiā in Isagogico libro sibi adscripto inquit *ληθαργος κατὰ φορά δὲ βαθεία καὶ δυσανάκλητος. οἱ κέμονες ὑπὸ λαυθα νόμοι πάντων δὲ λέγεται. ταῦτα δὲ ἐν πυρετῶ ἀνταίσι σωιδροβία, πόπος μὲν ἐν τῷ πάθει ἢ κίφα λη. ποδὶ γὰρ μωλιγίας αὐτοῖς σωίεται. ἀπὸ δὲ τοῦ φλύμα, χυμὸς ὑγρὸς ἢ τῷ ψύδα ἢ τῷ ὑγροῦσι εἰς ὑπνὸς αὐτῶν κατὰ γοῦ. θεραπεία δὲ ἀρμόδιος, ἢ ὑπναγωγία τῷ φρενιῶτι.* Et de eius cura ibidem Galenus copiose tractat, sed hæc quæ ad lethargi intellectiōnem faciunt factis sint, quæ si Latine referre uelimus, hæc dicit, Lethargus est delatio in somnū profunda, & inexcitabilis, qua qui deprehendūtur, omnium quæ dicūt, obliuiscuntur: hæc autē in febre ipsi accidunt. Locus huius passionis caput est, circa mēbranas etenim constituitur: causa ipsius pituita est, humor frigidus, qui frigiditate & humiditate in ipsos somnos ducit. curatur contrariō modo, q̄ phrenitis. Paulus etiā capite nono tertij libri profundum & inexpugnabilē somnum uocat, multa de ipsa pertractans. Eodem modo de hoc morbo Trallianus libro primo capite uigesimo egit, et Aetius libro sexto, capite 3. de lethargo ex Archigene & Posidonio disputauit, in duasq; species partitur, in eam quæ in cerebro proprie est, & in eam, in qua præcordia & uiscera primario affectu lesa, cerebrum ad consensum ducunt. Tu ea quæ in Aetio sequuntur, contempleris, perpulchra quidem & digna scitu: nos interim ad propositum redeuntes dicemus, apud Græcos hæc duo inueniri, *ληθαργος*, & *κάρσος*, quæ utraq; ab eadem materia, & in eodē membro fiunt; in hoc uero differunt, quod lethargus remissior est, carus intensior. Etenim sit carus, ut Aetius præcitato libro dicit, capite quinto, ob frigidus, & humidus, pituitosusq; humores cerebrū occupantes. cum lenta febris caron inuadit, quem sensuum, ueriarumq; motionū priuatio cum imperantiū actionū nocumento cōsequitur, oculiq; in hoc affectu perpetuo cōiuent. Differt à lethargo, quia lethargici interrogati respondēt, neq; omnino muti decūbunt; sed qui caron habent, tantam profunditatē somni habent, ut si stimuletur, sentiant quidē, sed tamen nihil dicāt, neq; oculos aperiant, Paulus Aegineta idē de caro dicit capite nono tertij libri. Differunt autē, quia Aetius in caro febrē lentam esse dicebat. Paulus uero dicit, præcedere febrē uehementē. Conciliari forte poterūt, quod præcedat quidē, sed postea lenta fiat: uel est quidē lenta, sed eius respectu quæ in lethargo sit, uehementior est. unde quō ad materiā & quō ad patientē locū, idem sunt lethargus & caros: sola uero intensiōe, & remissiōe differre cōstat, in utriq; aut somnus est, & obliuio. Ideo cum Celsus de lethargo sermonē habuit, caron prætermisit, nisi quis cōtendat, apud ipsum post mediū capitis de lethargo, carō pertractari, eū dicit, post lōgas febres accidere hunc torporē, & quod in eo cætera seruāda sunt, qualia in lethargo. Hic torpor nihil aliud est, q̄ caros. Sed forsā dubitare poteris, an Latini nomē habeant, quo lethargū significant, Respondemus, multos esse recētes, qui cū apud Græcos lethargū inueniūt, ueternū interpretantur, quos non laudo, nam putamus, & ita esse certū tenemus, id quod à Græcis *κάρσος* dicitur, ab antiquis Latinis, ueternus, interpreta- tū sit, & illi qui caron patiuntur, ueternosi homines nuncupētur. hoc autē ita persuadeo: Plinius libro uigesimo capite quarto, ubi de napo, raphano & suo semine disserit, inquit, quod ueternosis prodest, præsertim q̄ acerrimū est. Deinde in eodē capite dicit, lethargicis ex aceto, uel sinapi sumptos cōferre, ut hinc certū sit, ueternosos à lethargicis alios esse. Cum autem & ipsi in somni profunditate peccent, nihil aliud erunt, q̄ qui carū patiuntur. Præterea idem Plinius libro uigesimo octauo, capite 17. statim in principio dicit, Lethargicos excitat asini lichen, naribus illitus ex aceto. postea in eodē uersu sequitur, lecur aprinū itaq; & ueternosis datur, ut inter lethargum & ueternum, mani- fesse

feste interesse uideatur, unde hi qui patiuntur ueternum, illi sunt qui caro corripitur, propterea & Marcellus, & alij Græcorum authorū interpretes (mea quidē sentētia, de cipiuntur, qui ueternū cōmune uocabulum esse ad lethargū & caron putarunt, nam caro solum conuenit, & Latini nomen non habent lethargo correspondēs, ideo Græco nomine utuntur, ut Plinius semper facit, & Celsus: immo & Celsus, prope finē capitis de Lethargo, utitur hoc uocabulo Lethargus, ad significandū caron, cum dicit eadem fieri ad illam speciem stuporis quæ sequitur ad longos morbos. Re autem uera qui caro correpti sunt, stupidissimi & insensati euadūt. Eos etiā audiendos non puto, qui cum inueniunt *λῆθαργον*, soporē interpretantur, cum id uocabulum sopor potius de dulci quiete, quæ de ista lethargi dicitur. Nec etiā uocabulum stupor, lethargo conuenit, licet illi quodāmodo stupidi sint, qui lethargū patiuntur. Sed Græci stupidū, tardum, lentum ad agendū, ad sentiendū, ad intelligendū *νωθρόν, καὶ νωθρότητα* appellant. Tamen exacte Plinium considerās, ipse utitur uocabulo sopor, et soporiferū in malam partem, ut libro uigesimo, capite. 18. uidere licet, ubi dicit, papaueris uero largus densatur, et in pastillos tritus in umbra siccatur, non ut soporifera modo, uerū si copiosior hauriatur, etiā mortifera per somnū. opion uocant, & libro uigesimo primo capite. 31. de strychno loquens dicit, Quin & alterum genus quod & halicacabon uocant, soporiferū est, atq; etiā opio uelocius ad mortem. ut hinc manifeste appareat, soporem in his locis, in malā partem sumi. Tamē libro nono cap. 13. ubi de uitulo marino agit, inquit, præterea dexterę pinnae uim soporiferam inesse, somnosq; allucere subditā capiti. ubi sopor in bonū sumi uidetur. At alio in loco dicit, Curandum autē ne somnus sopor fiat, ubi uides soporē in malam partem sumi. Quicquid tamen sit, etiā si in malam partem sopor accipiatur, apud Latinos lethargum significare non potest, quia lethargus sine febre non est, quibus modi ca sit: sed sopor, & cum febre, & sine febre esse potest. Ad rē igitur redeuntes, quod Græci *λῆθαργον* dicunt, Latini eodem nomine utuntur, & lethargū appellant, ut apud Celsum & Plinium ubiq; legitur, cum de hac re differūt, quod uero à Græcis *κατὰ* dicitur, apud Celsum sub lethargo est, Plinius autem ueternum appellare uidetur. Quāuis poetarū princeps primo Georgicorū, cum Iupiter aut hominibus inuidens, omnia mala in mundum inuexit, aut eos exercere cupiens, ueternum pro desidia accepit dicens,

Nec torpere graui passus sua regna ueterno,

Tamen Marcus Cato per ueternosum, illum intellexisse uidetur qui hydropē patitur, unde dicit, Cum plurimum ueternosus bibit, tunc maxime sitit, Iuxta illud,

Cum plus potantur, plus sitiuntur aquæ.

Tamen nos illum locum ita corrigebamus, ut uentrosos, non ueternosos legēdum putaremus. Columella etiā libro septimo, capite decimo, ubi de suū medicina agit, ueterno pro ingenti somno utitur inquiring, Solet etiā uniuersum pecus ægrotare, ita ut emacietur, nec cibos capiāt, productumq; in pascua medio campo procumbat, & quodam ueterno pressum, somnos æstiuo sub sole capiāt. Ut autē his omnibus extremā manum cōdonemus, scire oportet etiā apud Græcos uocabulum *κατὰ φρον* inueniri, quod recentēs multi in malam partem semper accipiūt, ut somnū profundum, & pessimū, quicq; ducat in malum, significet. Nos autem ostēdemus uocabulum *κατὰ φρον* mediū esse, & ita in bonum, sicuti in malum sumi posse, tamen grauitatem quandam in somno semper significat. Ideo Galenus lethargum definire uolens cataphora pro genere usus est, & hoc tam in Definitionibus, quā in Isagogis sibi adscriptis, et Paulus Aegineta cum Aetio lethargum per cataphorā definiuere, ut indicium sit cataphorā ampliorem esse, quā malum somnum, omnes tamen recentēs eo in malam partem utuntur. At re uera delationem uel inclinationem in somnum significat. hinc uero hoc uocabulum *κατὰ φρον* deducitur, quoniam qui sopiuntur, *κατὰ φρονται*, id est, deorsum feruntur, & deorsum inclinantur: semper enim dormientium caput deorsum inclinatur, præsertim cum erecti sunt, aut sedent, uel caput (quomodo cunq; sit) eleuatum habent.

φρενίτιδες. id est, Phrenitides, quæ potius sunt morbi iuuenum, quā declinantium, ut Galenus testatur, tamen & in declinantibus fiunt, quoniam biles ad hanc usque ætatem reseruantur. fit autem (inquit Oribasius) quandoq; ex bile, ut demētia sequatur, & exagitatio incōposita; ac si dixerit, quandoq; fieri sine bile: quod ita intelligo, quandoq;

fieri ex bile pura, quandoq; ex non pura. Celsus libro tertio, capite. 18. de tribus insanie generibus loquens, Phrenitim inter hæc genera primum numerat, quam dicit tunc de mum esse, cum continua demētia esse incipit, aut cū eger q̄uis adhuc sapiat, tamē quādam uanas imagines accipit, ubi mens illis imaginibus addicta est. Celsusq; in hæc genera distinguit, quia alij hilares, alij tristes, alij facilius continentur, & inter uerba desipiunt, alij consurgunt, & uiolenter quædam manu faciunt, atq; ex his ipsis, alij nihil nisi impetu peccant, alij etiam artes adhibent, hæc Celsus de phrenesi uel phreniti, nam utroq; modo dici potest Samonico Sereno ita canente,

Ex uitio cerebri phrenesis furiosa mouetur.

dicitur autem *ἡ τῷ φρενός* à mentis inquam deturbatione, cum uero Quintus Serenus penultima breui phrenesim fecerit, Iuuenalis longam protulit iniquis, Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenitis.

Sed hæc missa faciamus, quæ ad grāmaticos potius q̄ ad medicos spectant; satis autem sit, apud uarios authores inueniri phrenitim, phrenesim, & phrenesim, atq; à materia biliosa fieri, quæ quanto magis pura, tanto intēlior: quanto uero magis mixta alijs humoribus, tanto remissior est, & secundū hanc humorum miscellā, species illæ causantur, de quibus & Celsus agebat, & nos superius retulimus. Adde, Aetiū libro sexto, capite. 2. phrenitim ex Posidonio definitū esse inflāmationem mēbranarum cerebri cū febre acuta, delirium & rationis errorē, afferentē. Additq; unū Aetiū, quod nos frequentius experientia cōprobauimus, raro phrenitim simul cum febre inuadere, sed pleriq; post quartā, aut quintā, aut sextā incipit, ac serius; multasq; eius species facit. Sed rem deniq; ad tres resoluit, quia uel imaginatiua solum læsa est facultas, seruata ratione et memoria; uel ratio tantū iniuria afficitur, saluata imaginatione & memoria; uel sola memoria saluabitur, imaginatione simul & ratione corruptis. Galenus & ipse in isagoge ad medicā sibi adscripta, phrenesim definit esse mentis alienationē, cuius notæ sunt insaniam uehemens, temeraria manuū gesticulatio, flocorū & festucarū collectio, & febris acuta, causam habet ut plurimū bilem. In Definitionibus uero medicis sibi adscriptis duas definitiones assignat. unam phrenitim insaniam esse, uel mentis diminutionem cum acuta febre; aliam phrenitim esse desipientiam, uel mentis alienationem breuiusculam, cum tremore, & uocis debilitate, atq; palpitatiōe, prorsus à malignitate febris procedentē. Paulus quoq; libro tertio, capite sexto inquit, phrenesim esse panniculorum cerebri inflammationem, nunc quidem ipso cerebro pariter inflāmato, nunc uero præter naturam caliditatis abscessu incidēte. morbus autē originē trahit, aut ex sanguinis redundantis copia, aut immo dico flauæ bilis humore, aut flaua etiā bile nimis allata & torrefacta, itaq; in atram tendente, unde fit uehementior demētia. Et multa alia eodē loco de phrenesi, & eius speciebus differit, multaq; à Tralliano libro primo, capite. 19. de eadē re differuntur. Græci autē medici multa describūt, quæ ex phrenesi & lethargia cōmixta sunt, ut catochus, coma, coma uigilans, & alia plura, de quibus suo loco differemus.

Καῦσι, idest, Ardores, uel ardentis febres, quas recentes eodem uocabulo causas uocant, & quas Galenus iuuenum morbos esse iudicat, tamen & declinantibus biliosa materia in declinationem ætatis seruata, accidere possunt, quæ materia in iuuentute, & facta & acruata sit, nascitur enim (ut hic Oribasius, & Philotheus dicunt) ex bile.

Διαρροιαί χροναί, idest, Profluuia diurna, uel diarrhæ, quia diarrhia est una profluuij species (ut superius dictum est) in qua humores profluunt, ideo hoc modo interpretari poterimus humorū profluuia diurna, ut cōtra intestinorū difficultates & leuitates (de quibus statim dicet) distinguatur. Itaq; in hoc Aphorismo tria fluorū genera annotētur.

Χολέρας, idest, Cholera; ita ab omnibus hoc nomen uertitur. Nōnulli uero hic cecepti sunt, putantes cholera esse bilis plenitudinē, ut Hippocratis sensus sit, in hac ætate esse bilis abundantia, ignari apud Græcos & Latinos, cholera esse genus morbi, quod Paulus Aegineta libro tertio, capite. 39. definit, esse immoderatā uentris perturbationē, quæ merito bilis fluxu, cū alui deiectione, tū uomitu sit, inherēte cibariorū in stomacho cruditate. Galenus in medicis definitionibus sibi adscriptis duas cholera definitiones prosequitur. una est, cholera esse passionem peracutā, molestā atq; grauē, quæ statim hominē ad catarrhū adducit cū uomitu, & uētris deiectione multa, & in tormina intestino

tum

rum, doloresq; deinde in febres recidit. Alia definitio sequitur, Cholera est passio acuta, cū uomitionibus uitiolis, atq; immodica uētris exinanitiōe, uel eneruatione, & etiā contrahuntur suræ crurū, infrigidanturq; corporis partes extremæ, pulsus in ipsis minores fiunt, & imbecilliores. In lib. uero qui Medicus inscribitur, duplex genus cholerae fecit dum Hippocratē distinguit, unū, quod dicitur humida cholera, in qua uehemens est excretio, bilis infra supraq; erūpit, intestina torquētur, accedunt cōuulsiones, saepe etiā crurum suræ cōtrahuntur. Aliud sicca cholera dicitur, quæ ab eadem prouenit causā, in eisdemq; cōsistit, sed citra uentris fluuorē, ac uomitum. Aetius ca. duodecimo libri noni choleram nuncupari dicit cū ob multas cruditates uomitus biliosus, & nidorosus, & acidus oboritur, ad plures horas cōtinue perseuerās, & uenter inferne eadē excernit, sequiturq; sitis, & exudatio, & impeditus pulsus, musculorūq; manuum ac pedum, maximē uero surarum contractio, ac tensio. & Trallianus libro tertio, capite decimo quarto acutissimum malū esse dicit. est autē immodica uentris perturbatio, cū uomitione molesta cōiuncta, in qua simul & stomachus & uenter torquētur. Recētes quoq; & Arabes in hac passione hoc eodē nomine scilicet cholera, utitur, & Celsus inter Latinos li. quarto, ca. undecimo de intestinorū morbis acturus, a cholera incipit, quoniā inquit cōmune stomachi, atq; intestinorū uitiū uideri potest. nam simul & deiectio & uomitus est, præterq; hæc inflatio est, intestina torquentur, bilis supra infraq; erumpit, primū aque similis, deinde ut in ea recens caro lota esse uideatur, interdū alba, nonnunquā nigra, uel uaria. Apud Plinium quoq; cholera mentio facta inuenitur. nam lib. uigesimo, capite septimo, ubi de lacurca disserit, inquit, in cholera quoq; coctas pastillis dederunt. & eodem libro, capite duodecimo de Ozimo agens dicit, Choleras eo, & distillationes stomachi inhiberi. Quo significatur esse hanc ægritudinē, de qua sermo fit. & capite sexto libri uigesimotertij inquit, cotonea cruda matura profunt cholericis. & lib. uigesimo quarto, ca. decimoterto dicit bac cas paliuri cœliacis, dysentericis, ac cholericis prodesse, eodem capite circa finē de Ruborum moris loquens dicit, cū hypocisthidae tantū & melle bibuntur in cholera. libro etiā uigesimo septimo, ca. 12. de Polygono uerba habens dicit, cholericis, & dysentericis dari. unde certum est Pliniū de hac cholera locutū esse, quæ uentriculo, & intestinis cōmunis passio est, & quæ altera res est & multo diuersa a colica. hæc enim ita dicitur; eo quod in crassiori intestino fiat, quod κώλυμ uocatur. fit autē hic morbus etiā in iuuentute, sed cū & ex cruditatibus, & ex incōstione fiat, necesse est quod in hac ætate quæ iuuentutem sequitur, generetur, quoniam hæc ætas multas cruditates parit, nempe imbecillio res homines reddit, quàm cū iuuenes erant, & æque in uictu inordinatiores perseuerāt.

Δυσγαστρίαι. idest, Intestinorum difficultates, quæ (ut Galenus dicit) nihilominus iuuenibus, quàm declinantibus accidunt, ex bilioso humore fiunt, ut Oribasius & Philotheus hic dicunt, tamen & ex atrabiliario fieri contingit.

Λευγατρίαι. idest, Leuitates intestinorū. Quæ (ut Oribasius dicit) ex glutinatione intestinorum fiunt, & debilitate contentiuarū uirtutis

Αιμορροΐδαι. idest, hæmorrhoides. Tu uero per hæmorrhoidas harum uenarum apertiones, & defluxus sanguinis ex ipsis intellige. sunt enim uenæ (ut Oribasius dicit) quæ ab hepate egrediuntur, & per dorsum ueniunt melancholicum sanguinem deferentes. unde hæc in hac ætate quàm maximē fiunt, in qua melancholicus humor abundat, & deorsum fertur, propterea & Philotheus dicit, γινετ' ἢ ἐν αὐτοῖς αἰμορροΐς, τ' ὕλης ὑπὲρ τὰ κατὰ τὸ φερόμελ' ἢ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἔδραν ἀνασομβύσους. idest, fit autem in ipsis hæmorrhoids, materia deorsum delata, & cum circa sedem ora uenarum aperta sunt. tamen utiles sunt huic ætati, & pro seruanda sanitate plurimum conferunt, propterea & eodem loco addit Philotheus, ἢ καὶ ἐπιωφέλεια γινετ' αὐτῶν πρὸς τὸν πρῶτον. idest, Quæ & utilitatem præbet declinantibus. Celsus hanc partem ita interpretatur, sanguinis per quædam etiā ora uenarum (αἰμορροΐδας Græci appellant) profusio. Theodorus, & multi alij hic interpretantur mariscæ. Quod nobis minime placet, nam si illa quæ Iuuenalis canit consideremus,

Ceduntur tumidæ medico ridente mariscæ,

certum est mariscas hæmorrhoidas non esse, quia si inciderentur, patietes uitæ discrimē inciderēt, nisi ferro candētū, & hoc nō sine periculo uterēt. At mariscæ pprie excrecētū

carnium sunt, quas nos cristas, ex similitudine cristarū Galli uocamus, fiunt autē cum ille partes turpi & inhonesta cōfricatione agitantur & cōfricantur, tunc carneæ quædā eleuationes & tubercula excitantur, quæ nisi ferro incideris, & locū igne nō domueris, frustra sanare cōtendes. Multi decipiūtur qui mariscas Celsi sycofim esse cōtendunt. nā Celsus de sycofi li. sexto, ca. tertio agit, uultq; esse quidē carnis excrescentias in locis qui teguntur pilis, ut in barba & supercilijs. At mariscæ circa anū solūmodo fiunt. diciturq; σκωσις ulcus rotundū, quod à Celso in duas partes distinguit, in durū, & in humidū, quod antiquatur & callosum fit, maxime in barba est, in palpebris etiā. unde à latinis palpebræ ficosæ dicte sunt. antiquatū & in callum redactum à Græcis τύλωσις uocatur. Mariscæ uero fiunt ob confricationē circa illas partes, in quibus in multis mulieribus desunt pilis. Ideo marisca antiquorum, sycofis non est, quamuis marisca genus fici sit, & ideo Plinius libro decimoquinto capite decimo octauo ubi de serēdis ficis loquitur, inquit: ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. & libro decimosexto capite uigesimosextimo dicit, quod mariscæ inferiore sui parte sunt fertiliores, Aliqui dicunt mariscas esse ficus insipidas, ob id quod Martialis cecinit.

Infanti Melimela dato, fatuasq; mariscas.

Nam mihi quæ nouit pungere chia sapit.

Alij putarunt, Mariscas ficus esse, quæ ob pinguedinem aperiantur. propterea à Colu mella hoc uersu pingues dicuntur.

Purpleæq; chelidonæ, pinguesq; mariscæ.

Ad rem igitur redeunt, mariscæ pro hæmorrhoidibus recte non ponuntur, licet sint apud sedem tubercula, nec hæmorrhoides incidi possunt, quamuis nonnunquam ut san guis aderat exeat, pungantur. An uero ficus sint Mariscæ, præsertim de ficibus sui Cæcilia ni apud Martialem, Grammaticis discutiendum omitamus.

G A L E N U S

ADOLESCENTVM ætas quinta septimana terminatur. Iuxta hoc igitur, & ipse in prognosticis dicebat. Magis autem expectare oportet sanguinis quidem proflu uium in his qui nondum trigintaquinque annos attigere. Nam quæ adolefcentibus ætas continuatur, ad duas sequentes septimanas extenditur, in qua ætate omnia uita munia æque atq; illi, qui in uigenti ætate consistunt, conantur peragere, non tamen eodem modo ad labores sufficiunt. Nam exadustione, & algoribus, & humi cubatu, uigilijs, atq; re pletionē, plusquā illi offenduntur. Et quidem horum temperatura plus atræ bilis habet, atq; ideo in ea multi infaniunt, ueluti ex anni temporibus in autumnō. Sicuti enim hoc tempus frigidum existens, ruffam excipit bilem tempore æstiuo exarsatam; sic declinat ium ætas iuuenilem, quæ maximè æstati similatur, subsequitur. Et mirandum est cur in ea non scripserit melancholiā. Ego tamen in quibusdam exemplaribus hanc quoq; scrip ptam inueni, siue aliquis sit ausus apponere id quod defecerat, tanquam ab Hippocrate prætermissum, siue alij qui exemplarium errori fidem adhibuerunt. Moriuntur autē & ex tabe hac ætate, & ex iuuenibus quicūq; ex sanguinis sputo in tabem incidunt, ex ea moriuntur, non tamen hac ætate multi sanguinē spuunt, quoniam neq; in talibus san guinis est multitudo. Asthmatici crebris anhelitibus, & pulmonis inflātionibus, ac laterū doloribus magis capiuntur q̄ iuuenes, ut qui & uictu simili, & laboribus etiā utan tur, sed multo imbecillius q̄ illi corpus habent, & omnino eos quos prætermisit in ætati bus uigore consistentiū morbos nominare, eos nunc omnes enumerat. Nam & phreni tides, & ardores, & cholere, & difficultates intestinorū nihilominus iuuenibus quā decli nantibus accidunt, occasione sui ortus ex flaua bile capientes. Diuturniora autē in decli nantibus uentris profluuia cōtingunt, propter alimenti distributionis defectū. Nam o mnium serē ætatium, ea quæ declinat paucis indiget ad corporis resumptionē, si quidem & id quod ex ipsis resoluuitur paucissimū est. Neq; enim corpus similiter calidum, sicuti prius, neq; amplius in augmentū quicūq; absumitur, sed neq; uirtute cōtentia satis imbe cilli, sicuti in senibus, plus aliquid ex corpore desluit. Quia igitur uentris profluuia, uel coctione uel alimēti distributione frustratis accidunt, fiunt autē & propter bilis acritudinē abradētis intestinū, hæc autē omnia in declinatibus sunt, nō sine ratione in eis alui proflu uia diutina sunt. febres quidē lethargicæ fiunt ex humore pituitoso in cerebro acerato.

Priori

Prioribus autem ætatibus humor hic deficit magis quam superabundet. In senili autem ætate plurimus quidem est, uerum propter ætatis frigiditatem febres non accendit. In his autē qui ab ætatis uigore declinant, & hic superabundat, & nondum corpus frigidum est. Lenitates uero intestinorum, ostense sunt hæc quidem à frigida fieri pituita, hæc uero à sola intentione reddi imbecillum. Quæ autem ab ulcero facta sunt dispositione, hæc omnes in declinantibus superabundant. Sanguinis uero per ora uenarū, quod græci hemorrhoidas uocant, profluuiū, uere ætatis est passio, sicuti sunt atræ biles. Fit enim ex atra bile quando ad uenas quæ in sede sunt repente decumbit. A me quidem omnium enumeratarū passionum causa fuit explicata. Scientia autem, cum horum probatione illis adueniet qui legerint demonstrationes, quas super his in nostris scriptis tractationibus, quæ quot sint, ac quales, & quam doceant cōtemplationem, legenti librum de ordine nostrarum commentationum, licebit discere. Ex his enim per motus, quomodo earum singulæ sint perlegendæ, cognoscet.

BRASAVOLVS

PRIMO de huius ætatis termino Galenus disserit, inquiens, quinta septimana termini nari, id est, trigesimoquinto anno. Quod autē in principio cōmenti dicitur Adulescentiū ætas, & græce *ἡ νεανίσκων*, Iuuenū legendū est. nam iuuenilis ætas illa est quæ trigesimo quinto anno terminatur, post quā cōsistentia sequitur, quæ per duas hebdomadas extenditur, & anno quadragesimo septimo, uel quinquagesimo finē habet. in hac ætate omnia adhuc quæ in iuuentute operantur, agūt, tamē eodē modo ad labores nō sufficiūt, & ab his quæ secundū naturæ usum nō sunt, magis offenduntur. unde ex inordinato uictu, ex cubatu in uda humo, & ambulatione per solē & imbres magis læduntur; quæ iuuenes; propter hoc in consistenti ætate multi insaniūt. Itaq; hæc ætas ad iuuentutē assimilatur, ut estas ad autumnū. nā ætate biles adurūtur, quas autūnus ita superassatas recipit: eodē modo à iuuentute bilis assatur, quæ ab ætate cōsistentiæ exassata recipit. p̄pterea Galenus admiratiōe afficitur cur Hippoc. melancholiā præterierit, quæ tamē morbus uidetur in hac ætate progenitus: imō addit, in aliquibus Hippocratis exemplaribus se hanc particulā additā inuenisse, uel modo ab aliquo adscripta, qui temere ausus sit Hippocrati illā addere, uel ipsemet Hippoc. apposuerit, sed librorū incuria in multis exemplarib; ommissa sit.

Quod dicit, In his qui nondum trigintaquinque annos attingere, græce est, *ἄσι νεωτέροις πέντε καὶ τριάκοντα ἐτέων*, id est, Junioribus quinque & triginta annorum.

Quod etiā sequitur. Nam quæ adulescentibus ætas cōtinuatur, legi debet. nam quæ iuuenibus ætas continuatur. græce enim est, *ἡ γὰρ ἐχρῶν ἡ νεανίσκων ἡλικία*.

SECUNDO Galenus huic aphorismo nōnihil addere uidetur. nā multi in hac ætate ex tabe moriuntur, qui ex sputo sanguinis in præcedenti ætate tabem incidere, uel qui sanguinem prius expuentes, in hac ætate tabidi fiunt: tamen sanguinis sputum difficulter incidunt, quia sanguinis multitudine carent.

Quod dicit, Moriūtur autē ex tabe, Græce est *ἀπό πλωτῆς ἢ τῆς φθίνοντων πολλοί*. i. Moriūt autē & tabidorū multi: qui ob sputū sanguinis præcedētis ætatis pthifim incurrere.

TERTIO morbos enumerat, quibus cōsistentes magis capiātur quæ iuuenes, hi sunt asthmata, inflammationes pulmonis, dolores laterū. quia simili uictu utuntur ut iuuenes, & similibus laboribus, sed ætas eos imbecilliores reddidit. unde Hippocrates hoc unū hic facit, morbos enumerat, quos in uigore ætatis, id est, iuuentute sponte prætermiserat. nā phrenitides, cholere ardores, difficultates intestinorū, iuuenū potius sunt quæ declinantiū morbi: ex flaua enim bile progignuntur, quæ in iuuenili ætate abundat plurimū, & generatur. Scito quæ consistentiā ipsam, declinantē ætatem nuncupasse, quoniam & si aliās consistentiā uocetur, & multū declinare non uideatur, tamen à iuuenili uigore, & summo illo uirium impetu recedere incipiunt. propterea apud Galenū, & ueritatē ipsam nulla consistentis ætas esse uidetur, in qua homo in summo uigore iam sit, & per aliquod tēporis curriculum in eodem perseverent, ut multi putarunt, sed statim cū ad extremū iuuentutis uigorem peruentum est, declinatio incipit, quæ est ab hoc summo uigore decessus, qui paulatim in principio succedit, ut sensu non percipiatur, priusquā in processum ætatis peruentum sit. Ex his igitur exploratū sit, consistentem ætatem illo modo non dari, ut tibi luce clarius constabit, si hoc Galeni commentum contemplari ne pigeat.

Quod

Quod legitur, Asthmatici, Græce est *ἄσθμα*, idest, Asthmaticus.

Quod etiam legitur, Occasionem sui ortus, græce habetur *ὑπόθεσις* sui ortus.

QUARTO rationem reddit cur in hac ætate, quã declinationẽ uocant, uentris profluuia cõtینگant, nempe propter distributionis alimẽti defectũ. nam inter ætates illa, quẽ declinat, paucis pro refectione indiget, & quod resoluitur, paucũ est. nam corpus ita calidum non est, ut erat prius, neq; aliud in augmentũ consumitur. unde cũ profluuia sanguinis, uel ob coctionẽ fiant, uel ob distributionẽ alimenti, uel ob acritudinẽ bilis, quẽ intestinum corrodit, his de causis in hac ætate longa profluuia generari contingunt.

Quod dicit, Nam omnium ferẽ ætatum, ea quã iam declinat paucis indiget ad corporis reuumptionem, græce habetur, *χειρὸν γὰρ ἅπασι τῶν ἡλικιῶν, ἢ ᾗθακμασικῆ βραχυπνιγῶν δ' αὖται τῶν ἀναλαμβάνοντων εἰς τὴν ἔξιν*, idest, Nam omnium ferẽ ætatum, ea quẽ iam declinat paucis indiget reuocantibus rebus ad habitum.

Quod etiam legitur, Neq; amplius in augmentum quicquam absumitur, Græce est, *ἔτι εἰς αὔξησιν ἐπιδραπανᾶται κατ' αὐτῶν*, idest, Neq; amplius in augmentũ adhuc absumitur.

QUINTO rationem reddit cur in hac ætate lethargicæ febres causentur, quia pituitoso humore superabundant, quo illi qui erãt in præcedenti ætate carebant. At si quæras cur in senili ætate non fiant, in qua plures humiditates uigent, Galenus respondet, in senio non fieri propter ætatis frigiditatẽ, in qua febris facile non accenditur, sed in ætate à uigore declinatẽ pituita abundat, & tantã caliditatẽ habet, quod febris accendi potest.

Quod legitur, propter ætatis frigiditatẽ febres non accendit, hoc uidetur absurde dictum quod pituita febres non accendat: nempe febres non accendit pituita, sed ipsa febris est, quẽ in pituita accenditur: propterea puto, febris non accenditur: quãuis Græcus contextus dicat, *ὅτι ἂν ἀπὸ πυρρός*, uel sicut dicimus, sulphure ignem accendi, ita forte dici potest, pituita febrem accendi quasi alimento.

SEXTO docet Galenus leuitates intestinorum in hac ætate & pituita fieri ex sola in temperatura, quæ uim alui continuam imbecillam reddit, & ab ulcerosa dispositione, ab omnibus his causis in declinationibus fit.

Quod legitur, Quæ autem ab ulcerosa fiunt dispositione, legi debet, quædam autẽ ab ulcerosa sũt dispositione. nã Græce habetur, *αἰ δὲ ὑπὸ τῆν ἑλκώδους διαθεσεως γινόμενα*.

SEPTIMO dicit huius ætatis proprium esse, ex uenis hæmorrhoidalibus profluuũ sanguinis habere, sicuti & ipsæ atræ biles huius ætatis proprie sunt. fit autẽ hoc profluuium ex atra bile ad sedis uenas decurrente: & hic Orisalis teste: hæ uenæ à iecore ortum habent, & per compendia ad sedem terminantur.

Cum dicit, uere huius ætatis est passio, Græcus contextus legit, *οἰκείον ὄντως, καὶ εἰς τὴν ἡλικίαν τούτης πέθεται*. idest, Et huius ætatis propria sic sunt passio (scilicet hæmorrhoides) ut facile uidere possis, in Leonici interpretatione deesse uocabulum passio.

Quod legitur, fit enim ex atra bile, quando ad uenas, quæ in sede sunt, repente decumbit. hæc ultima pars scilicet repente decumbit, græce est *ἀβροῶτόρον κατὰ σκλήη*. In aliquibus codicibus legitur *ὑπὸ σκλήη*, at id nihil refert, ego potius interpretarer *ἀβροῶτόρον*, idest statim, & non repente: propterea dicerem, statim decumbit.

Deniq; quia Galeno uisum est, quod morbos in Aphorismo ab Hippocrate enumeratos ad unguẽ non tractauerit, propterea se ipsum excusat dicens, cur passiones ab Hippocrate enumeratas non exposuerit, in causa fuit, quia aliàs de ipsis in particularibus libris particulariter pertractauit. Si quis autẽ scire cupiat in quibus libris hæc sint, Galeni librum legat de ordine suarum cõmentationum, nam Galenus librum edidit, in quo nõ solum, de quibus in uno quoq; libro pertractet, edocuit, sed etiam quo ordine quæq; legenda sint, & quæ prius addicenda, & quæ posterius, instituit.

Quod legitur, Scientia autem cum horum probatione illis adueniet, Græce est, *πὸ δὲ αὐτῆς κληρονομικῆς πείρας αὐτῶν ὑπαρξαι*, idest, Scientia autem cum fide illis adueniet. quam uis & Leonici more interpretari liceat, scientia scilicet cum probatione.

Quod etiam legitur, Et quam doceant contemplationem, ibi deest hæc particula, *συν* gula: ut hoc modo legendum sit, & quam singula doceant contemplationem. nam Græcus contextus dicit *καὶ ἢν λυα θεωρίαν ἐκείνην διδάσκω*.

Orisalius in hoc Aphorismo cardiagmon legit cũ de illo Hippocrates ipse nihil dicit. est autem

est autem stomachi uitium, licet à corde nomen habeat, quod nunquam afficitur, de hac autem affectione in quarto Aphorismorū libro loquimur, ubi Galenus Cardiaomon ad cor etiā referri edocebit. Causam uero hoc loco Oribasius reddit cur ipsum cor nō patiat: quia (inquit) habet duas aurīculas, unde egrediuntur duæ arteriæ, illa quæ in sinistram partem uadit, plus sanguinis habet, ideo ab illa parte uenā secamus: illa uero quæ in dexteram, plus spiritus, unde & in dextera manu pulsū tangimus. Sed an hæc uera sint, nunc discutere non est opus: tu ipse quid sit, contemplari nihil impedit.

APHORISMVS XXXI

Senibus spirandi difficultates, destillationes cum tussē, urinæ stillicidia, urinæ difficultates, articularum dolores, renum passiones, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, uisus obtusus, glaucedines, auditus graues.

BRASAVOLVS

DELLA ætate nunc agit quæ in nostræ uitæ cursu ultima est, in qua spirandi difficultates, & destillationes multæ fiunt, quæ etiā nunquam sanantur. Tussēs eiusdem generis accidunt, stillicidia, & difficultates urinæ, dolores articularum, passiones renum, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus per totum corpus, qui & ipsi arceri nullo medicamine possunt, uigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, imo & destillationes, & materierum abundantia. hæc ætate uisus obtunditur, & caligant oculi, glaucedines incidunt, & auditus grauis efficitur, hi morbi in hac ætate potissimū fiunt, sed quod ceteris summum est, nescio an pessimum, mors aduenit, quæ ab infinitis serē passionibus caducum hominem liberat, quam tamen odio magis habent, atq; refugium iij qui in hac ætate sunt, quàm iuuenes, nempe hi magis ægreferunt, & de morte ipsa condolent, quàm faciant, qui in præcedentibus ætatibus sunt.

Celsus in fine primi capituli secūdi libri inquit, in senectute spiritus, & urinæ difficultas, grauedo articularum, & renum dolores, neruorum resolutiones, malus corporis habitus (*καχεξία* Græci appellant) nocturnæ uigiliæ, uitia longiora aurium, oculorum, etiā narium, præcipueq; soluta aluus, quæ sequitur hanc, tormina, uel leuitas intestinorum, cæteraq; fusi uentris mala.

Galenus quoq; octauo libro De decretis Hippocratis & Platonis hūc aphorismum ad uerbum adduxit.

Τοια δὲ πρὸς ἐντέροις.] Alij contextus habent *πρὸς ἐντέροις*. Sed quomodo cūq; legitur, nihil refert, uel etiam legamus ut alij faciunt, *πρὸς ἐντέροις*, semper significat senibus. habent græci duo uocabula, quibus senes significantur *πρὸς ἐντέροις*, & *γέρωντες*, nonnulli erant qui putarunt illud uocabulum *πρὸς ἐντέροις* illos significare, qui in primo senio constituti sunt, *γέρωντες* uero in ultimo senio. Tamen cum hic Hippocrates uocabulo *πρὸς ἐντέροις* utatur, Galeno placet ut eos intelligamus, qui ultimū senium iam peragunt, quoniam in hoc Aphorismo de his sermonem facit qui in ultima uitæ parte sunt: hic enim totū humanæ uitæ cursui habenas imponit, nam in præcedenti Aphorismo ubi dicebat, ultra hanc ætatem scilicet iuuenum, quæ est ætas consistentiæ & declinationis, erat autem primum senium, propterea & conuenit, & necessariū est, quod hic de ultimo senio loquatur, & extrema uitæ parte, ut inquit Oribasius, in qua passiones, quæ dicuntur, accidere possunt, & in dies accidunt.

Δυσπνοιαί, idest, Spirandi difficultates. Quæ sine sonitu fiunt, quāuis & in hac ætate asthma cōtingūt, sed tūc facile & ex leui causa occūbunt. Celsus interpretatur spiritus difficultates, quæ secundū Oribasium ex materia frigida & humida ortū habent. Philotheus dicit fieri dyspnoeā *διὰ τὸ κατὰ ῥέειν ὑπὲρ θώρακα τὸν πλεονάζοντα ἐν αὐτοῖς φλεγματικὸν χυμὸν, καὶ διὰ ἀδυναμίαν τῆς μοσλευ*, idest, propter destillationem pituitosi humoris in ipsis thoraces implentis, & propter partium debilitatem.

Κατὰ ῥέειν, idest, Destillationes. Quas incidunt, quia partes ad caput attinētes, in ipsis senioribus facillime refrigerantur, & plurimis pituitosis materieb. abundāt, nempe cerebri partium

partiū temperaturā multum frigidā habent, & etiā humidam Oribasio teste. Leonicensius interpretatur destillationes cum tussis: tamen contextus omnes quos legerim græci, habere uidentur destillationes, postea tusses: iudicatq; ex eadem causa generari Philotheus, ex qua spirandi difficultates ortum habuere.

Βυχάδεδον. Aldinus contextus, & meus antiquus hoc modo legunt, at antiquus meus correctus est à uiro satis antiquo & probo, legitq; *βυχάδον*, idest, tusses, quæ à materia pituitosa fiunt ad pectora descendente, & ut cum Philotheo summam dicamus, ex eadem materia, ex qua spirandi difficultates accidebant. Nempe in hac ultima ætate iam senio confecta ad omnes corporis partes destillationes cōtingunt, itaq; & ad pectus stillant, & hæc illæ sunt, quæ tussim incitare possunt, & frequentissime in hac ætate insaniabiles excitat.

σπαγγελαί, διουσελαί idest, Stillicidia urinæ, difficultates urinæ.] Quæ secundum Oribasium ex frigida materia oriuntur. Celsus urinæ difficultatum solum meminit, Philotheus fieri dicit *δία ἀδρνεϊαν* *ἢ καθεκτικῆς διωκτικῆς* *ἢ κύνσεως*, καὶ *δία φλέγμα ἐμφράσθηον τὸν πόνρον*. idest, propter debilitatem contentiue uirtutis uescicæ, & propter pituitam obstructentem meatum.

Ἀρθρωμὸν πόνοι. idest, Articulorū dolores.] An uero aliud sint *ἀρθρωμὸν πόνοι*, ab *ἀρθροῖσι*, dubium uideretur, nisi experientia sciremus, in hac decrepita ætate & arthritides, & articularum dolores fieri, & quod idem omnino sunt, si uniuersaliter, idest, in omni artu contingant: si uero in parte, idest, in aliquibus membris generantur, idem non sunt. nam arthritides simul est in omni artu, sed articularum dolor in aliqua statuta parte, ut in pede, genu, cubito, ex pituita consequi Oribasius dicit. Galenus uero ex superfluitatibus ad hæc loca fluentibus quandoq; fieri docet, quandoq; autem ex frigiditate instrumentorum quæ natura fabricauit ad motum, & Philotheus inquit, hos dolores fieri *δία τὸ δύσκινητὰ γίνεσθαι τὰ πολλὰ κινῆσθαι ψυχρὰ καὶ ἄνυδρα δυνάμει*, idest, propterea quod ob difficilem motum, partes neruosa læpius frigida fiunt. Celsus articularum grauedines interpretatur est. At *πόνρον* laborem significat, non autem grauitatem, quamuis grauedo quædam laboris species sit, tamen re ipsa considerata, grauedines articularum in hac ætate contingunt, & tales ut gressum tentare non possint.

νεφροῖσι πόνοι. idest, Renum dolores.] Qui & ipsi (ut Oribasius dicit) ex pituita generantur. Paulus Aegineta capite quadragesimo quinto tertij libri de Nephritide egit, ut Aetius capite trigesimo noni libri, & Trallianus libro tertio, capite trigesimo quarto. Te uero non lateat, calculum renum dolorem excitare, & hunc dolorem qui *λιθίασις* dicitur nephritidis speciem esse. Nam apud græcos uocabulum *νεφροῖσις* ad omnia renum uitia, quæcumq; illa sint, cōmune est, ut Galenus sexto aphorismorū li. aphorismo sexto luce clarius ostendit. & illi qui patiuntur, nephritici nuncupantur, unde & Philotheus hic dicit, nephritides autē *ὁ πόρος δηλοῖ, ἢ πόρου νεφροῦ ἢ λιθίασις*, γίνονται ἢ τὸ λίθον ἐμφράσθηον τὸν πόρον ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἢ χυμῶν, ἢ δὲ λιθίασις, δία τὸ πάντων ἐν ἡμῶν τῶν χυμῶν, καὶ παχύνει. idest, Quod quidē significat, uel dolorē, uel lapides renum. fiunt autē dolores propter obstructionē renum ab humore glutinoso: lapides uero ob id quod humor est ualde crudus & glutinosus.

ἰλιγγοί. idest, Vertigines.] Quæ scotomiæ non sunt, fiunt autem ob uaporosum spiritum (ut Galenus inquit) qui in cerebri partibus inordinato motu cietur. Philotheus dicit, fiunt autem *ἰλιγγί, τὸ τίσι πλημμελεῖς κινήσεις ποδὶ τῶν κεφαλῶν δία πνθίμα ὅτι πόρος ἢ τὸν ἐγκέφαλον ἢ χυμῶν, ἢ ἢ τὴν γαστέρα, καὶ καθέναν ἄγειται*, hoc est, inconditi & incompressi motus circa caput, propter spiritū qui quidem uel per caput oritur, uel per uentrem, & hinc fertur. Celsus non enumerauit *ἰλιγγος*, tamen in hac ætate contingunt.

Ἀποπληξία. idest, Attoniti morbi.] Quorum etiam non meminit Celsus, proprius est huius ætatis morbus, & ex pituita ortus, senioresq; in hyeme hoc morbo corripiuntur, presertim in ultima hyemis parte, quando prius intensum frigus uiguerit, deinde remitti incipiat, his uiris oppletiones ex pituita generantur, unde & Philotheus hic dicit, καὶ μὴ καὶ ἀπὸ πληξίαν δία τὸ πληροῦσθαι τὸν γέφυρον φλεγματικῶν ποδὶ τῶν ἡμάτων. idest, etiam apoplexiam ob id quod cerebrum pituitosis superfluitatibus abundat.

καχεξία. idest, Mali habitus.] Quos quàm maximè reperiri in senibus Oribasius dicit. De Cachexia Paulus Aegineta capite quadragesimo septimo libri tertij agit, quam hydropico

hydropicorum caput esse dicit, nam qui hydropem incidunt, primo in cachexiam perueniunt, quæ est in toto corpore malus habitus, ut Aetius definit lib. tertio, capite uigefi motertio, omnes autem Græci authores de cachexia loquuntur, ante hydropem. Aetius libro decimo capite decimonono dicit, in cachexia uniuersam corporis miscellam laxio rem fieri, atq; emollescere, quod ex somno inæqualiter contingente maximè manifestum est, corpusq; ipsum totum cum uïrore albicans redditur, & inualidum, ita ut erura inter eundem uacillent. & in principio quidem coctiones impediuntur, manente etiam appetitu, postea uero & fastidium accedit, & respiratio ipsa fit rara & debilis, quæ motibus & actionibus condensatur, alius etiam inæqualia recrementa excernit. Hæc affectio ut plurimum ex longo morbo fit, & quandoq; ex uiscere indurato, aut lie ne aut icore, quandoque fit in longa dysenteria, & in celiacis dispositionibus, & quandoque fit quia solitus erat quis quædam excernere, quæ non excernit, ut in mulieribus menses, in uiris hæmorrhoides. Sed ut ea quæ ad Aphorismum spectant, referamus, Aetius eodem loco dicit, Capiuntur autem hac affectione maximè senes, qui etiam maximè liberantur, imò & pueri hac affectione detinentur, sed facile pereunt propter uitalis firmitatis debilitatem, & quod ob cutis raritatem succi in eis facile transpirant. Sed qui in uigore sunt, raro incidunt, & facile se inde extricant. Quod si diutius adsit malum, in aquam intercutem transit. Rationem uero cur fiant in senibus cachexia, ita reddit Philotheus, καχεξία δὲ ἐστὶ τὸ, ἢν λόγῳ προφῆς φερομένην ἐν τῷ πᾶσι σώματι, ἀπὸ πῆδων τῆ ἀδυναμίας ἐν δυνάμει, καχεξία δὲ ἐστὶν, τὸ ἀπὸ τῆς τῷ σώματι. διὸ καὶ ζῆτι δὲνται, καὶ κακοχρόσι, idest, Cachexiam autem ratione nutrimenti, quod in totum corpus defertur, & debilitate potentia non coquitur. Cachexia uero est quædam innutritio corporis, unde & corrugantur, & male colorantur.

Ξυσμοὶ τῷ σώματι δὲσ. idest, Pruritus totius corporis.] Nam senes facile pruriginem incidunt, quia humores illi qui prurimum faciunt per cutem difficulter euacuantur, ut Galenus inquit, nam eorum cutis ex frigiditate densatur, & ideo multæ superfluitates & crassæ retinentur, & pruritus excitant. & hæc ratio est cur in senibus hi pruritus non sanentur, immo in plurimis ad mortem comitari soleant. Theodorus interpretatus est aspredines totius corporis, quæ licet in senibus fiant, quia eorum cutes exiccantur & indurantur; tamen Galenus ostendit, pruritus intelligendos esse, qui fiunt (Orisasio teste) ex falsa pituita, corporis superficiem petente, de qua Aetius libro decimotertio capite 129. agit. non defuere, qui interpretati sint pruriges, quæ in senibus certe fiunt. At Græcis non ξυσμοί, sed κνισμοί nuncupantur. nos autem superius Aphorismo uigefi moquinto huius libri hæc exposuimus; de κνισμῷ uero Paulus libro quarto capite quarto disseruit. Celsus in huius Aphorismi interpretatione hanc particulam non ponit. Philotheus uero in sua commentatione legit κνισμοί, & non ξυσμοί, nempe dicit. πάλιν δὲ κνισμοί δὲσ τῷ σώματι γίνονται, ἐστὶ τὸ σίπειναι τὸ φλέγμα ἐν αἰμοί, καὶ ἀλμυρότερον φέρειν ἀπὸ τῆς τῷ σώματι. ἐστὶ τὸ αἷμα αἰμαίαν, καὶ ἴσθραι, καὶ λέπρα, καὶ ἀλφοί, idest, Rursus autem pruriges totius corporis fiunt, quoniam ipsis pituita putrescit, & quoniam ad superficiem corporis saluginea defertur, propter eandem causam, & psora, & lepra, & uirilignes fiunt; quamuis ab Hippocrate hoc in loco non enumerentur.

Ἀγρυπνία, idest, Vigiliæ.] Celsus interpretatur nocturnas uigilias. hic notat Galenus, tanto magis uigilare, quanto magis sani sunt, quia uigiliæ ex siccitate fiunt, sicci autem sunt suapte natura seniores, ideo uigilant, & etiam, quia senectus plena curarum est, unde in senectute, omnes partes naturaliter sicciore euadunt, tamen ob debilitatem materiarum pituitosarum multitudinem aceruant. unde multi extitere qui senectutem frigidam, & humidam esse existimarunt, sed longe decepti, cum illud ex uirium debilitate fiat, Galeno in libro De temperaturis magno teste; & ideo illi senes, in quibus humiditates istæ in corpore manent, & non euacuantur, immo & in ipso capite sunt, hi plurimum dormiunt. Illi uero, quibus hæc superfluitates euacuantur, uigilant, propterea dormire ipsis præter naturam contingit, uigilare uero ob ætatem naturale habent. In pueris è contrario res se habet, hoc autè symptoma, quod est nimis uigilare, quia simpliciter præter naturam est, ab Hippocrate numeratur, licet senioribus proprium sit, & quia in aliquibus uigiliæ adeo lōge sunt & morosæ, quod nisi succurratur, uaria mortis

discrimina incidunt. Oribasius dicit, quod uigilias patiuntur ob indigentiam. humidum quidem sunt, sed humectatio partium in ipsis iam diminuta est. nam ex humiditate fit sanguis, quando mediocris fuerit, ac si Oribasius uelit hanc sensilem humiditatem talem non esse, ut somnum conciliare possit. Paulus libro primo, capite nonagesimo octauo de his uigilijs tractat, quæ bene habentes infestant. At si dubites quomodo sint bene habentes si hac re molestantur, Respondemus, esse bene habentes, quia febre carent, & nullæ operationes præter hanc dormiendi impediuntur. Est autem symptoma prauæ qualitatis siccæ cerebri, unde & Philotheus dicit, in his uigilijs fieri *δυστοξογονία*, καὶ δὲ τὸ πλὴν τοῦ σώματος ξηρανσι, idest, propter curarum plenitudinem, & propter corporis siccitatem. At sicuti superius, quando lethargia species exponebamus, malas somni affectiones apud græcos edocuimus, ita nunc malas uigiliarum affectiones apud eosdem pertractare conueniet. ἀγρυπνοῖαι, idest uigiliae apud græcos illæ sunt, quales eæ quæ senioribus contingunt, & quæ negotiosis in dies accidere uidemus, Appellant & Græce κῶμα somnum, & medici authores in malam partem utuntur. At poetæ pro somno naturali etiam accipiunt. Habent & græci medici alia nomina ut κῶμα ἀγρυπνοῖαι, idest, coma uigilans, uel somnus uigilans, & καδύχθη, quæ affectiones somniculosas significat, ex materia pituitosa, & biliosa genitas. unde sunt mediæ quædam passiones inter phrenitim & lethargiam, ut unus humor alium superat, etenim si bilis superet, κῶμα ἀγρυπνοῖαι, idest, coma uigilans nūcupatur, si uero pituita superet cathochus uocatur. At hæc in aliud tempus exquisitius enucleanda differamus, nunc autem satis sit, uigilias illas edocuisse, quæ senioribus sine febre, & sine alia passione, sed ob solas curas, aut ob suam temperiem naturalem siccam, contingere solent. κωλία ὀφθαλμοῦ, καὶ εἰνδρὺ ὑγρότητες, idest, Alui oculorum, & narium humiditates. sunt uero narium & oculorum humiditates (ut Galenus inquit) ob cerebri superfluitates, quæ etiam cum descendunt, ad aluum accedere possunt, & alui humiditatem generare, & excrementa mollia reddere. semper enim senioribus perstillant nares, & gramiosos oculos atq; epiphorarum plenos habent. Oribasius autem dicit uentris solutionem fieri, aut qualitate, aut quantitate: qualitate ciborum, cum coctio expedite obitur. quantitate humorum, cum ex ipsorum conglutinatione fit. Item oculorum, & narium humiditas, quam maximè in senibus est, quia quicquid humidum est, semper decurrit. Philotheus uentris, oculis, & naribus suas rationes hoc modo assignat, τὸ μὲν λόγῳ ἐπιτεταφίας, καὶ τὸ μὲν αἰσθητικῶν γίνεσθαι πολλῶν. τὸ δὲ δὲ τὴν πρὸς τὴν ἐγκέφαλον, idest, hoc quidem (scilicet uentris humiditas) ratione incoctionis, & hoc (scilicet oculorum humiditas) quoniam multa fit digestio & distributio alimenti per corpus. Hoc aut (scilicet narium humiditas) propter superflua quæ in capite sunt. Celsus addens aures hoc modo interpretatur, uitia longiora aurium, oculorum, etiam narium, præcipueque soluta alui (addit deinde Celsus) quæ sequuntur hanc tormina, uel leuitas intestinorum, cæteraq; fusi uentris mala. Opus autem est hæc in his senioribus intelligere, qui aluum siccam in iuuentute habuere, quæ in senectute deinde humida effecta sit: quamuis Aphorismus ille uniuersaliter uere non sit, in quo id prædictum erat, qui aluus in iuuentute humiditas habebant, in senectute siccas habituros, & è contrario. experientia enim docet, in senioribus multis aluus humiditas fieri, tum quia non concoquunt, tum quia humiditatibus ex hac incoctione abundant, qui alioqui sicci suapte natura extitissent, hæc autem humiditates ad uentriculum & intestina descendentes aluum lubricam reddunt. & hoc ea sententia non obstante, quæ in penultimo aphorismo secundi libri dicitur, uidelicet senescentibus magna ex parte exiccantur. quia hoc per se est & ratione ætatis senilis, humiditates uero per accidens sunt, quia ob ætatis decursum concoctrices potentie debiliores effectæ sunt.

Αμβλυωπία id est oculorū hebetudines, uel obtusus uisus.] Celsus hanc particulam sub illa, uitia oculorum, complexus est, quia ob potentia sensibilem, quæ imbecillis est, uisus imbecillis redditur (ut Galenus inquit) est autem imbecillis, non ipsius ratione, sed quia instrumentum indisponitur. nam anima semper bene operaretur, si instrumenta in sua naturali constitutione permanerent, ut in libro De anima Aristoteles docet. Oribasius dicit, has hebetudines ob ætatem accidere, ideo conspiciuntur. Philo-

theus

theus autem ita causam reddit, inquiring, ἀμβλυωπία δὲ καὶ βαρυνήται, ἢ τῷ φιλιδιη/ κῆρ δυνάμειος ἀμύρωσι. idest, Oculorum autem hebetudines, & graues auditus, propter sensitiuæ potentiaë obtusionem.

Γλαυκώσιν. idest, Glaucedines.] Celsus in suo codice, & Theodorus hanc particulam non habuere; fiunt autem secundum Galenum ob immodicam instrumentorum siccitatem, & quia speciem quandam suffusionis habent, immo multi decipiuntur, qui suffusiones esse existimarunt. Vidimus nos ocularium medicum, qui glaucedines has suffusiones esse arbitratus, deponere uolens hominem exoculauit. Oribasius oppositum sentit, quàm Galenus faciat. nam Galenus ex siccitate fieri, Oribasius ex humiditate putauit. Inquit enim, Glaucomata accidunt, quoties quatuor tunice oculorum humiditatem perpeffæ fuerint, & opticus neruus apertior fuerit, & in tertia tunica infusus, unde procul nihil uident, prope autem uident. Galeno Oribasius hoc modo conciliari posset, quod Galenus ex siccitate instrumentorum fieri dicit, sed ex humiditate illuc currente, propterea dicit, quod speciem suffusionis habent. Oribasius uero instrumentorum nihil meminit, sed de fluente materia solum sermonem habet, Scitotq; & ex ipsis antiquis aliquos glaucoma suffusionem esse putasse, à græcis enim non solum γλαυκωσις, sed etiam γλαυκωμα nuncupantur, à nostris glaucedo. Græci quoque posteriores suffusionis speciem esse arbitrati sunt, quorum unus est Philotheus ita inquiring: γλαυκωσις δὲ, ὅπερ ἔστιν ἐστὶν ὑπόχυμα, ἢ τῷ ἀσθράσαν τῷ ὀφθαλμῷ. idest, Glaucedo autem quæ species suffusionis est, propter debilitatem oculorum fit: ut hic author aliam causam ab illa Galeni assignare uideatur. In Definitionibus medicis Galeno adscriptis, Glaucoma definitur esse mutatio naturalis humoris in colorem cæsum. In libro autem Introductorio inquit, Glaucosim esse humoris, quem Græci κρυσθαλοειδή uocant, in album atq; aqueum colorem mutationem, cuius gratia uisus impeditur. Quod uero ex siccitate fiat, ex Galeno decimo libro De usu partium post secundum folium manifeste apparet, ubi edocere uolens: humorem in oculo necessarium esse, inquit, de humore uero ex his utiq; discet, quod scilicet non solum ad replendam uacuum regionem, sed etiam ne siccetur ipse humor crystalloides, & interna Rhagosis portio, maximè est necessarius, si primum cognoueris quod nocumentum sit uisioni, quando is plurimum euacuatur in punctationibus. postea sequitur: quodq; affectus à medicis nominatus γλαυκωσις, idest Glaucedo; est siccitas, & coagulationis immoderata crystallini humoris, occæcat autem si quis alius oculorum morbus est autem alia res, & longe diuersa γλαυκωμα uel γλαυκωσις, quàm glaucedo spontina, & oculus naturaliter glaucus, de quo colore Galenus capite uigesimo septimo Artis medicinalis egit, inquiring fieri, uel propter magnitudinem, uel propter splendorem humoris, qui à græcis crystalloides nominatur, uel propter situm prominētē, uel propter tenuis & aquei humoris, qui in pupilla existit, puritatem & paruitatem. atq; omnibus quidem in unum conuenientibus fit glaucissimus oculus: ut hinc colligere possis, hunc naturalem colorem, quando ægritudo non est, ob aquei humoris paucitatem fieri, quando autem ægritudo est, fit quia exiccatur: semperq; ægritudinem uel symptoma γλαυκωμα uel γλαυκωσις appellant, in oculo autem naturalem colorem γλαυκῶν ὀφθαλμῶν uocant. Paulus etiam Aegineta libro tertio, capite uigesimo secundo, quorundam antiquorum errorem ostendit, qui idem esse γλαυκωμα, & ὑπόχυμα, idest, suffusionem putarunt. At posteriores distinguere tentarunt, quia γλαυκώματα sunt crystallini humoris in oculo uitia, quæ ex humiditate in glaucum colorem transeunt: sed hypochymata, idest, suffusiones, circa pupillam fiunt in medio corneæ & crystallinæ, speciem, lucemq; impediunt. ut hi Oribasij sententiam sequantur, quoniam ex humiditate fieri dicunt. Galenus uero ex siccitate fecit. Glaucomata nunquam sanantur, ut inquit Paulus, quem Auicena in capite De destructione uisus secutus est. Glaucom uero oculi colorem in capite De uarietate, oculi uiriditatem appellauit. Si uero de glaucocolor ambiguis sis, qui nam sit ille, uia quædam est regia inueniendi illum, si antiquos autores pensiculate contempleris, quas res naturales glaucas appellarint, & naturali re conspecta atq; considerata, in coloris glauci cognitionem deuenies. scito igitur Græcos antiquiores, quos deinde recentes secuti sunt, noctuam γλαυκα ex cælo oculo

rum colore nuncupasse: tu igitur oculorum nocturæ colorem considera, ille est glaucus color, & floridus adeo atque pulcherrimus, ut Homerus plerumque Palladem γλαυκῆς πῖδα uocet, eo quod oculos glaucos haberet. Tamen Lucianus utiuperat glaucum colorem in oculis, et propterea dicit Palladem in iudicium trium deorum noluisse prodire sine galea, ut turpitudinem oculorum obtegeret. Mare etiam, & ab Homero, & ab alijs antiquioribus glaucum uocatur. si ergo maris colorem contempleris, colorem glaucum statim cognoscere poteris. & Virgilius glaucam salicem appellat, quoniam ex uno latere uiridia folia, & alio glauca uideantur. ut inde facile sit colorem glaucum ex naturalibus rebus percipere, tamen hic color satis latus est, id est, penes intensionem & remissionem latitudinem quandam habet. nam cæsius color & ceruleus, qui differunt, glauci uocantur. cæsius enim in solis oculis dicitur secundum aliquos, tamē Catullus appellauit Cæsius leonem. Ceruleus & in alijs multis rebus. Glaucus uero tam de oculis, quam de alijs rebus dici inuenitur. Laudat Virgilius in equis colorem glaucum, cōstat autē non esse uiridem, sed potius eum esse, quem baiū clarū uulgus appellat. nam quem uere baiū uulgus dicit, spadix est: tamen Seruius exponit Glaucos, id est, felineis oculis, id est, quodam splendore perfusus, ut hunc colorem in equorum oculis intelligat, & non in pelle. Sed hæc missa faciamus, quoniam hic locus non est de coloribus, eorumque differentijs disputare, satis sit nos glaucos oculos uulgo gazolli nuncupare à colore illarum picarū quas gazas uocamus, glauco colore maculatas, immo nos simplici uocabulo illas gazas dicimus, ac si diceremus glaucas, à colore: forte id genus picarum est de quo Plinius libro decimo, capite uigesimo octauo, & uariū appellat à colore. Aetius libro septimo, capite quingentesimo de glaucedine certius tractare uidetur, quam alijs, nam inquit duobus modis intelligi, uno modo proprie, & est crySTALLINI humoris ad glaucum colorem transmutatio, arefactio, & concretio. Altera species glaucedinis ex præcedenti suffusione producitur, humore in pupilla uehementissime congelato, & arefacto, quæ quidem insanabilis est. illa uero, quam proprie glaucedinem appellauimus, in principio nonnunquam sanari potest. ut ex his Aetij uerbis facile sit Oribasium Galeno conciliare.

Βαρυνοσία, id est, Auditus graues. Qui (ut Galenus dicit) ob potentia sensitia imbecillitatem generantur. nam ex pituitosa materia fiunt, ut Oribasius inquit. Philotheus autem fieri dicebat propter πῶν ἐπιδητικῆς συνάμειως ἀμυρωσῆν. id est, sensitia potentia hebetudinem. Hippocrates uno uerbo dicere potuisset, omnes sensus in hac extrema ætate labuntur & debilitantur, non ratione potentia & animæ intrinsecæ, sed ratione instrumenti, quod ex ætate paulatim afficitur, & deficit, quia ex elementis compositum est.

GALENVS

SENES à senioribus nonnulli Hippocratis sectatores distinguunt, nomen seniorum ultima ætati tribuentes, & hoc perpetuum esse existimantes. Senes autem in prior ætate statuentes quæ media est inter iuuenes, ac seniores. Sed nunc manifeste monstrauit se senes eos qui extremam agunt ætatem nominare, quare ad ipsos sermone terminauit, ut qui iam iam omnes ætates percurrisset. Hi uero sæpissime à destillationibus, quæ sunt cū tulle, capiuntur, quoniam partes ad caput attinentes in ipsis facillime refrigerantur, & quia multæ in ipsis fiunt pituitosæ superfluitates, cum iam satis frigidam cerebri habeant temperaturā. Asthmata uero, hoc est, cerebri anhelitus, ex his destillationibus ortū habent, cum alioquin & ipsa spirandi instrumenta non raro habeant proprium sui algoris principium, quando & in ipsis multæ ac crassæ superfluitates generantur, & præterea uirium imbecillitate presente, renes sæpius obstruuntur, & lapides generant, quando tenax, uel crassa superfluitas ibi firmata in similem callo substantiam transierit. Articulorū autē dolores fiunt fluentibus aliquando ad hæc loca superfluitatibus, aliquando uero propter instrumentorū, quæ natura ad eorum motionē fabricauit, frigiditatē. Vertigines autē ipsis accidunt propter spiritum uaporosum, qui in partibus cerebri inordinato cietur motu, sæpius uero & in uentriculo uitiosis superfluitatibus acruatis ad cerebrum fertur exalatio uaporosa. De apoplexia autē quid oportet dicere? Nullus enim morbus adeo est senili ætati familiaris, quoniam in ea cerebrum pituitosis repletur superfluitatibus. Si quod uero ulcus aduenerit senibus, difficulter sanatur propter defectum sanguinis, & frequen

ter se

ter se scalpunt, quod pruriginis appellant, quoniam illæ quæ prurimum operantur superfluitates, difficilem habent per cutem euacuationem. rationabile siquidem existit, & cutem in ipsis ex frigiditate densari, & superfluitates plures simul, ac crassiores existere. pluresque ipsorum, neque enim omnes, continuo uigilant, quod eis accidit, quia senectus plena curarum est, & præterea corpus habet exiccatum: unde & tunc magis uigilare contingit, quando integra sanitate fruuntur. Dicitum autem à nobis est, & in commentarijs de temperaturis, ipsas quidem corporis partes in senectute fieri sicciore, sed multitudinem superfluitatum pituitosarum aceruari, ob quam causam à multis putatur senectus frigida, & humida. In quo autem tempore hæ plures aggregantur, fiunt senes magis somnolenti. In quo uero bene excernuntur, per uigilant. Contingit autem & pauciores superfluitates generari, & citius excerni, magis eo tempore, quo salubriter degunt, unde & maxime propria passio senilis uidetur esse uigilia. Humiditates autem in ipsis, & oculorum, & narium, liquet fieri propter cerebri superfluitates, quibus eis ad alium defluentibus, & ipsa sæpius humectatur. Hebetes autem uisus, & graues auditus, propter potentie sensibilis accidunt imbecillitatem. Glaucedines uero propter immodicam instrumentorum siccitatem, & quia speciem habent suffusionis.

BRASAVOLVS

PRIMO Galenus in hoc commento, quid per senes intelligendum sit, exponit: ita men hæc pars si Græcis uocabulis utamur, aptius quam latinis intelligitur, quoniam nos indifferenter his uocabulis senes & seniores utimur. At Græci duo nomina habent longe distincta, scilicet γρόντος, & πρσβύτου. Nonnulli ante Galenū fuere, qui dicebant γρόντος & πρσβύτου distingui, quia γρόντος illi sunt qui ultimam ætatem agunt, & qui à nobis ultimi senes uocantur. πρσβύτου uero illi sunt, qui in primo senio uersantur, & hoc perpetuum esse existimant. At Galenus illos coarquit, quoniam hic Hipocrates utitur uocabulo πρσβύτου, tamen de his sermonem habet qui in ultima ætate sunt: ad hos enim sermonem terminat tanquam ad ultimos in hominum ætate.

SECUNDO rationem reddit, cur in his senioribus destillationes fiant, quoniam inquit partes, quæ ad caput attinent, in his decrepitis facile refrigerantur, & multæ pituitosæ superfluitates in ipsis fiunt, nam ex decursu ætatis, cerebri partes satis frigida effectæ sunt.

Quod legitur, Hi uero sapissimè à destillationibus quæ sunt cum tussi, capiuntur, Aldinus codex eodem modo legit ἀλίσκοντα δὲ ὅποι σωχεῖσάτα κατὰ ῥῆσιν βηχῶδες, & meus antiquus codex eodem modo legebat. sed ille antiquus qui librum scripsit, contextu aptauit, & ubi βηχῶδες legebatur, ipse βραγχῶδες. id est, destillationes, quæ raucum faciunt, legendum instituit.

Quod etiam legitur, cum iam satis frigidam cerebri habeant temperaturam, contextus Græcus habet ψυχῶν τῶν κρᾶσι κανῶς ἡδὴ γημομένων ἢ ἢ τὸν ἐγκέφαλον: ubi apparet illam particulam, ἢ ἢ τὸν ἐγκέφαλον, non esse exponendam, cerebri, sed potius partium quæ circa cerebrum sunt. nam in hac ætate omnia membra, & illa etiā quæ calida sunt, frigida efficiuntur, & non solum frigidissimæ partes, quale cerebrum est.

TERTIO, cur asthma fiant, rationem assignat inquit, cum habeant frigidiora capita, in quibus pituitosæ superfluitates abundant, ad respirationis instrumenta destillant. immo quandoque hæc materia ad renes tendunt, & obstruuntur, & lapides generantur, quando crassa materia ibi firmata, in callum redacta fuerit. Quod autem legitur, in similem callo substantiam transierit, græce scriptum est, πωρώδην λάβη σύσασιν. uides Leonicenum hanc particulam πωρώδην interpretatum esse simile callo, cum potius lapideum significet, & durum. nam græci uerbum habent πωρεω, quod solidare, & durum facere significat, & πῶρος dicitur lapidosa articulorum durities. propterea & hic interpretandum est, in lapideam substantiam transierit, & non in similem callo.

QUARTO docet articulorum dolores duplici de causa fieri posse, uel ex superfluitatibus ad hæc loca fluentibus, uel ex frigiditate instrumentorum, quæ natura ad eorum motum fabricauit.

QUINTO docet, & uertigines ipsas duplici de causa contingere posse, uel propter spiritum uaporosum, qui in cerebro est, & in suis partibus inordinato motu mouetur:

uel exhalatio uaporosa ex uitiosis humoribus in uentriculo acruatis ad cerebrū fertur. **S E X T O** docet nullum morbum esse magis peculiarem huic ætati apoplexia, quia cerebrum pituita repletur.

S E P T I M O, uniuersaliter profert omnia ulcera, quæ senibus contingunt, ob sanguinis defectum difficulter sanari: unde sese frequenter scalpunt, & pruriginem incidunt, quia superfluitates, quæ prurimum faciunt, difficilem habent per cutim euacuationem. In hac enim ætate cutis ob frigiditatem densatur, & multa superflua crassiuscula habent, quæ & prurimum faciunt, & difficulter mitigantur, ut non nisi magno negotio in sanitatem reduci possint.

Quod legitur, se scalpunt, utitur uerbo *κνῶνται*, idest scalpuntur.

Quod etiam legitur, & quod prurigines appellant, Græce est, *ὀνομάζει*, idest appellat. **O C T A V O** rationem reddere cupiens, cur in hac ætate uigilent, inquit, hoc non esse in omnibus necessarium, immo aliqui sunt, qui optime dormiunt. At cur uigilent causa est, tum quia senectus plena curarum est, tum quia siccum corpus habent, tantoq; magis uigilant, quanto magis sani sunt. Nam ut in libro De temperaturis edocuit, partes corporis in senectute sicciores fiunt, tamen & pituitam acruari contingit. propterea multi decepti sunt, putantes senectutem frigidam & humidam esse. Ad rem igitur redeuntes, illi, in quibus superfluitates pituitosæ acruantur, & non excernuntur, plurimum dormiunt. Illi uero, in quibus bene excernuntur, peruigilant; cum autem sani sunt, pauciores superfluitates generant, & citius excernunt, propterea quando sani sunt, propria ipsorum passio uigilia est.

Quod dicit, quia senectus plena curarum est, Græce legitur, *ὅτι φροντιστικὸν πῶς ἴσται χάρι τὴν γῆρας*. Prouerbium antiquum est, plena curarum senectus. Sed adde tu, & morborum omnium, atq; uitæ discriminum, ut in eo carmine habetur,

φόβος τὸ γῆρας, ὃ γὰρ ἐρχεται μόνον. idest,

Metue senectam, non enim sola aduenit. Et id aliud passim inuulgatum,

χελιδὸν τὸ γῆρας ὄσιν ἀνθρώποις βάρος. idest

Pergrauē senectus est onus mortalibus.

& apud Terentium in Phormione, Senectus ipsa morbus est. unde & Homerus 8. Iliados.

Σὺ δὲ βίη λελυτῶ, χελιδὸν δὲ τὴν γῆρας ὀπίσει, idest

Viribus effectum iam te premit aspra senectus.

Est apud Homerum frequens *χελιδὸν γῆρας*, idest molesta senectus, quam tamen Aristoteles in quinto libro De animalibus *νόσος φυσικὴ*, idest, naturalem morbum uocat. De qua hæc dicta satis sint, si illud Virgiliarum addiderimus, de senectute in Georgicorum libris.

Subeunt morbi, tristisq; senectus.

nihil enim aliud est, quàm defectus, decli-

natio, & extrema debilitas, de cuius incommodis pleni sunt, & uniuersim conspersi auctores. Quamuis Marcus Cicero totis uiribus illam ab aliorum calumnijs defendere nitatur. Sed nos ut huic libro finem condonemus, hæc dissidia his authoribus discutenda relinquamus.

Quod dicit, in quo aut tempore hæc plures aggregantur, deest particula, circa cerebrū, uel in cerebro: legi enim debet, in quo autem tempore plures in cerebro aggregantur. nam Græcus contextus hoc modo scriptus est, *ὅτι ἂν μὲν γέρον τῶν ἀβροισδῶν πλείω ἦν ἢ τὸν ἐγκέφαλον*. immò & addere conuenit, quia si in alia parte essent, somnolenti necessarium non fierent.

Quod etiam legitur, In quo uero magis excernuntur, peruigilant, hæc particula peruigilant, Græce est *ἀγρυπνιστικῶς*, idest uigilantiores, & potius hoc modo interpretandum est, ut hæc particula uigilantiores, illi correspondeat, magis somnolenti.

Quod etiam ita scriptum est, contingit autem & pauciores superfluitates generari, & citius excerni, magis eo tempore, quo salubriter degunt. In hac sententia hæc particula, magis, in græco codice abest.

N O N O causam assignat, cur in senioribus oculorum & narium humiditates fiant, scilicet ob cerebri superfluitates, quæ ad alium sæpe fluunt, & eam humectant.

DECIMO propter sensibilibus impotentia imbecillitatem, hebetes uisus, & grauior
res auditus fieri dicit.

Deniq; inquit in senioribus glaucedines fieri, propter siccitatem immodicam instru
mentorum, & quia suffusionis speciem habent. Immo multi antiqui (decepti tamē) suf
fusionem esse putarunt. Sunt uero longe distincta γλαυκωμα, idest, glaucedo, & ὑπό
λμα, idest, suffusio.

Quod legitur, Quibus eis ad aluum defluentibus, legi debet, quibus eisdem. nam
Græce est τῶν αὐτῶν δὲ τῶν, etenim si legamus eis, ad senes referendum uidetur; at ad
ipsas humiditates referri debet. Ideo quibus eisdem, et reliqua, potius legēdum est. Itaq;
huic nostræ interpretationi in tertium librum Aphorismorū extremam manum impo
suimus die. 30. Maij, Anno à Christi ortu. 1537, eam uero inceperamus die. 26. Februa
rij eiusdem anni, quam in triginta quatuor lectionibus exegimus, dum publice in Fer
rariensi Academia hunc librum interpretaremur.

TERTII LIBRI

FINIS.

AD MAGNIFICVM ALPHONSINVM
TROTIVM EQVITEM HIEROSOLYMITANVM AN
TONIVS MVSA BRASAVOLVS.



ES CIO magnifice Alphonsine, quid illud in te sit tam glutinosum &
tenax, quo in morem Magnetis, omnes qui literas ac bonas disciplinas
sectantur, in tuum amorem protocas, et quasi hamo quodam irretitos
tenes. Quum mecum ipse cogitarem quid hoc esset, statuebam bona
fortuna id efficere non posse, quando quidem multi diuitijs affluētes,
à probis tamen uiris odio habeantur, id quod certum est, Naturæ bo
na multo minus hoc efficere posse, cum & multos his bonis præditos sapientibus inui
fos uideamus. Sed (ni fallor) hamus hic tam glutinosus & adūcus, ut uideo omnes exi
stimare, in animi bonis situs est, quæ adeo ample & fulgide in te splendent Alphonsine
uir Magnifice, ut omnes facile in tuum amorem pellicere possis his animi bonis, idest,
egregijs uirtutibus, liberalitate, animi magnitudine, comitate; fortuna, atq; naturæ bo
na tam indissolubili nodo iūxisti, ut ex ijs diuinitas quædā resultet, qua omnes in tuum
amorem uelint nolint pertrahātur. En ego diuino quoque hoc numine ductus, in tuum
decus Quartum hunc Aphorismorum librum in lucem prodire uolui, quem si læta (ut
soles) fronte te excepisse intellexero, multum eius commendationi acruisse, mihi cer
to persuadebo. Bene uale, & me ama,